aureola quia vincũt hoſtes inferentes paſſiones ad ext. Uirgines vincunt carnẽ et ſic eis debetur ſecũda aureola. quia ſuperant paſſiones innatas. et ſicut eſt iſta excellentior victoria ſic et excellentior aureola. Predicatores vincũt dyabolũ et ſic debetur eis tertia aureola que pro tanto eſt excellẽtiſſima quia crudeliorẽ et fortiorẽ vincũt inimicuȝ expellentes non ſolũ de ſe ſed etiã de cordibꝰ audientiũ. nec etiã dicẽdũ eſt vt dicunt quidã ꝙ aureola predicatorum debetur prelatis ſolũmodo quibus cõpetit ex officio predicare et docere. Sed quibuſcũqȝ qui licite exercent actũ iſtũ. Prelatis autẽ nõ debetur aureola hec quãuis habeant officiũ predicãdi niſi actu predicẽt quia aureola non debetur auditui ſed actui pugne ſecũdo illud apli ij. Non coronabitur niſi q̃ legittĩe certauerit. Patet igitur ex predictis quid eſt predicatio. qualis dȝ eſſe et cui prodeſt ac qualis debet eẽ predicator euãgelicus. in quibus conſiſtit armatura ſpũalis viri predicatoris cũ quibus ad pugnã põt exire impauidus cõtra hoſtes ãnũciando populo dei ſcelera eoruȝ et domui iacob peccata eorũ.

De nobilitate et excellẽtia fidei catholice

Circa terciã et vltimã conſiderationem huius primi libri que eſt de excellentia et nobilitate fidei catholice in particulari. in qua velud in ſpeculo mũdiſſimo milites xpi ſe intuẽtes optime et delectabiliter armari poterũt. Sex ſunt articuli per ordinẽ declarandi. Primus eſt ꝙ iheſus xpus eſt filius dei viui. Secũdus ꝙ fides xpi ẽ lege moyſi antiquior. Tertius eſt ꝙ fides xpi eſt lege moyſi ſtabilior. Quartꝰ eſt ꝙ fides xpi eſt lege moyſi nobilior. Quintus eſt ꝙ fides xpi eſt lege moyſi vtilior. Sextus eſt ꝙ lex moyſi iã non eſt lex ſȝ ceſſauit eẽ lex. Primus articulus eſt totius religionis xpiane fundamentũ et ideo eũ voco turri omenagij noſtri fortalicij. Reliq̃ qñ ꝙ articuli ſunt ad eius ornatum. Hũc ergo cum ſit principalior inimici tam iudeorum ꝙ ſarracenoꝝ timẽtes per eũ deuici. vt eum deſtruant corde et opere ſapientes utroꝝqȝ ad hoc applicãt totũ ſuũ ſtudiũ. Uerũtamẽ lapides et ſagitte ſuorũ argumẽtoꝝ ad eius ꝓpriã lucẽ amouẽdã nõ aſcendũt adhuc tã alte quãtũ nebula celo loco vbi eſt ſubſtantia ſolis exñte altiore in mille et pluribꝰ gradibus ꝙ aſcẽdit nebula in aere. Uñ quantũ põt ignis vnius crucibili puiſſimi cõtra aurũ quod iã fuit multotiens appuratũ trãſcundo per magnos ignes fornacis. tñ poſſunt oĩa argumẽta nõ ſolũ accepta ex oĩbus ſcientijs humanitus acquiſitis adinuentiſqȝ etiam accipiẽdo dicta ſacre ſcripture ſicut ſepe faciũt iudei ſarraceni et heretici cogitãdo et eadẽ poſſe iuuari cõtra eandẽ. et iam ſũt vlt. mille. ccc. lx. ãni. ꝙ multi poſuerũt oẽs vires ſuas ad deſtruẽdã hanc altiſſimã turrim ſiue hanc veritatem. ſ. ꝙ ihũs xpus ẽ filius dei viui certiſſime firmus fundata ꝙ celum et terra et precioſior ꝙ aurum in pluribus fornacibus depuratum quod euidentiſſime declaratur teſtimonio quatuor examinũ publicorũ ſuper ea factorum

Primum examen.

Primũ examẽ fuit factũ per iudeos quouſqȝ occiderunt xpm ihũm. ex quo dederunt cauſam ꝙ predicta veritas eſſet magis fortificata. Eſt ergo hec veritas ꝙ ihũs criſtus filius marie ẽ verus deus et verꝰ hõ verus homo quia verꝰ filius marie verus deus quia verus filius dei. verꝰ dico nõ per gratiam vel per verbũ ſed per ſuã naturã quia ſua natura eſſentia. ſubſtantia et vita eſt ipſam et natura eſſẽtia ſubſtãtia et vita dei. ſicut quia eſt ex eadem natura qua maria dicitur verꝰ filius marie. hec veritas fuit totiens diſputata et examinata ꝙ ſecuriſſime dico precioſiorem et puriorem eſſe ꝙ aurum. quod per plures magnos ignis fornaces tranſiuit. Et fuit primum examen perſonale inter ipſum et ſapientes legis iudeorum vltimis tribus annis vite ſue. quos expendit predicando publice non ſolum in ſinagogis iudeorum in iheruſalem et alijs ciuitatibus locis et caſtellis ſed etiam in cãpis et etiam de mari ꝯprimẽte eũ multitudine gentiũ in terra ut accederet ad eum et hoc rationabiliter faciebãt ſcȝ volentes ad eum accedere. ex quo quotienſcunqȝ aliquis accedebat et tangebat veſtimenta ſua ſtatim ſanus erat quacunqȝ infirmitate detineretur. Diſputando etiam cũ ſapientioribus quoꝝ ſtudiũ erat poſtquã viderũt tatã multitudinem gẽtiũ ſeq̃ predi

cationes eiuſdē obſeruare ſi poſſet eū cape-re in aliquo verbo maledicto. et vltra hoc in ſpeciali ſtudiū eorū erat obſcureſcere predi-ctam ueritatē in cuius confeſſione eſt ſalus omniū hominū. ſ. ꝙ eſſet filius dei viui. Vñ cōtra ipſum arguebāt ſicut hoīes pui intellectu attēdentes ad quatuor regulas ꝑ quas reguntur homines fructus terre elem ta et celi dicendo ſibi. Ex quo hō erat. q̄uo ſe faciebat deum in quo blaſphemabāt con tra totā ptātē dei. qui cū poſſit oīa facere. ꝙ nō poſſit facere ꝙ ipſe ſit homo. ex quo eſſe hoīez ē vna de excellētioribꝰ rebꝰ ꝑ dū faci. Unde qꝛ primo ē credere factū quē moduz eius intelligere xp̄s r̄ndit eis verū eſſe quod ipſe dicebat allegando quatuor teſtimonia quorū neutrū iudei potuerūt negare. ſ. teſti-moniū dei patris qđ dedit de ſuo filio. Te ſtimoniū ioh. baptiſte teſtimoniuz opm ſu orū que faciebat. et teſtimoniū qđ in multiſ ſuis paſſibus dabat de eo ſcriptura vera et reputata ꝑ iudeos vera et auctētica dicēdo eis. ꝙ moyſes eſſet acuſator eorū qꝛ ſi credi diſſet ſuis lr̄is crederēt ei ex quo ille dabant teſtimōiū de illo. Et poſtquā totiēs vidrūt ſe cōfuſos in publico ante populū cuiꝰ lau-dē et honorē pluſquā dei deſiderabant non potētes reſpōdere replicato ꝙ ſi ſolūmodo erat filiꝰ dđ q̄uo dđ vocauit eū dn̄m ſuum. Ma. xxij. c. Ab illa die nūquā aplīꝰ fuerūt auſi iterrogare eū. ſꝫ vt liberarēt ſe a ſua do ctrina ſtudioſe ordinauerūt mortē ſuā ſicut ꝑ examiātione vltīe ſue doctrine dicēdo. ꝙ ſi erat filiꝰ dei ipſe liberaret eū đ māibꝰ eoꝝ et ſic dicebāt qn̄ erat in cruce. deſcende et cre dimꝰ tibi. M. xxvij. et Mar. c. xv. cū tamē ei leuius eſſet deſcendere de cruce quā reſurge re de ſepulchro poſt mortē. Et ꝓbauerunt eorū poſſe nichil ualere ſi iā nō placuiſſꝫ qn̄ eū apphēderūt qꝛ nō poſuerūt i eū manꝰ ni ſi qn̄ ipſe voluit. Interrogati eni per eū quē quererēt et ipſi r̄ndētes ꝙ ihūm nazarenuz qn̄ dixit ego ſū abierūt retrorſū et ceciderunt in terra. ioh. xviij. ſtupefacti ſiue attoniti Et ꝑ ſcūda vice dedit eis licentiā ꝙ ipſum ſolū caperēt. et nō aliquē ſuoꝝ diſcipulorū volendo in hoc iplere ꝙ ipi nolebāt atten-dere ſcꝫ ꝙ ipe erat in lege ſua in ꝓphetis. et ps̄. de eo ſcriptū. ꝙ oportebat eū primo pa ti mortem ignominioſā et poſtea intrare in gloriā ſuā quā mortē ipſe recepit cū multa

hūilitate et obedientia. ſciens ꝙ ei fuerit ꝑ deū prēz ſuū mādatū Vñ ad ſplendū man datū dei p̄ris ſui cōfeſſus eſt libere in iudi-cio illud in quo ipſi itendebant cōdēpnare eū ſcꝫ ꝙ erat filiꝰ dei viui et rex iudeoꝝ q̄s duas cōfeſſiones fecit interrogatus qn̄ eis defecerunt et erāt iudicata vana allegata cō tra eū teſtimonia. Prima cōfeſſio ſua erat per iudeos reputata blaſphemia. et ſcūda per gentiles erat reputata iniuria ceſaris. qꝛ exn̄te eius lege nullus debebat dici rex ſine ſuo mādato Quādo primā ſuā cōfeſſionez fecit in cōſilio iudeoꝝ ut nō intelligerent ꝙ ꝑ mortem ſuam ꝓbat doctrina ſua audie-runt ab eo Ammodo videbitis filium ho-minis venientem in nubibus celi. Math. xxvij. et Mar. xiiij. q̄ fuerūt et ſunt ſui predi catores. ꝓpter qđ ipſi bene ſēſerūt ꝙ ad ob ſcurādū et ad ānichilandū doctrinā xp̄i ihū parū ꝓderat eis occidere magiſtrū pluribꝰ ꝙ per eū ꝯuerſis ad ſuā doctrinā per p̄dica tionē ſuorū diſcipulorū. et ſic nō potuerunt extinguere lucē de qua loquimur. ſ. ꝙ ihūs filius marie eſt verus filiꝰ dei Item cōfeſſꝰ eſt libere in iudicio pilati locum ceſaris tenē tis ſecūdā veritatem. ſ. ꝙ erat rex iudeoruz cuius confeſſione audita pilatus reſpōdit ꝙ non inueniebat in eo cauſam mortis. Certiſſime ſciens ꝙ per inuidiā ꝓcurabant mortem ſuā et q̄uo cōfeſſus eſt ſe eſſe regez ꝙ declarauit regnum ſuū nō eſſe đ hoc mū do. Et ſic anteꝙ daret ſniam contra euz. cō fitendo eū eſſe iuſtū et innocentem. Iudei qui tn̄ deſiderabāt mortem ſuā publice ſe obligauerunt ꝙ peccatū mortis ſue eſſet ſu per eos et ſuper filios ſuos dicentes. San-guis eius ſuper nos et ſuper filios noſtros Math. xxvij. hac obligatione et peccato exi ſtente cauſa quādiu mundus durauerit exi ſtentibus in eo iudeis et filijs eorū ira dei ſemper erit ſuper eos qui manifeſtiſſime vi derunt ꝙ annullandam doctrinam iheſu xp̄i nichil profuit mors per eos procurata quando in puncto ꝙ dedit animam ſuam in manibꝰ patris audierunt dici a centurio ne qui executionem faciebat ꝑ pilato ꝙ ille homo crucifixus vere erat filiꝰ dī. vñ examē mortis ſue fortificauit plus doctrinam ſuā ꝙ gentiles qui eum crucifixerunt confeſſi ſunt eum eſſe verum filium dei.

## Secundum examen.

n

On minus cõfirmata fuit p̄di/
cta veritas in ſecũdo examine
poſt mortem ſuam quando iu
dei vidẽtes ꝙ xpiani ſic cõuer/
ſi de iudeis ſicut de gentibus attẽdebãt pl⁹
ad doctrinam ihũ ꝙ̄ moyſi coniuncti ĩ mul
tis conſilijs et habitis plurimis conſilij nũ
ꝙ̄ potuerũt tñ facere ꝙ apoſtoli nõ predi/
carent in eius nomine a quibus audierũt ꝙ
magis cõueniens erat obedire deo, qui eis
mãdauit p̄dicare quã hominibus mandã/
tibus contrarium. et quõ ſub celo non eſſet
datum aliud nomen in quo oporteret hoi/
nes ſaluos fieri niſi in nomine ihũ xpi. qd̕
ipſi non poſſent non manifeſtare ueritatem
quã vidrãt. Act. v. et audierãt. et ſic deuicti
ratõibus apoſtolorũ quos prio cognoue/
rant homines ydeotas et laycos. Poſtꝙ̄ ꝓ
bauerunt ꝙ non ꝓficiebãt in ſuis publicis
mandatis. ordinauerunt vnã ſubtilem inco
opatamq; telã que videbatur ſatis rõabilis
qñ multi de ſuis maioribus receperũt ficte
baptiſmũ. moti ex hoc fine ꝙ xpiani itelli
gerent ꝙ ipſi habebãt bonũ zelũ et affectio
nem ad fidem xpi ihũ Hos vocat ſcriptura
pſeudo apoſtolos ſiue deceptionis apoſto
los. qui deſubtus ſiue per minerã factam ĩ
muro intrauerũt in eccleſia ad pſcrutandaz
libertatẽ xpianoruz per doctrinã ihũ xpi. li/
beratorum d̕ ſeruitute legis moyſi cuius iu
gum ferre nõ poterunt nec ipſi nec p̄res coꝝ
Iſti ergo ficti apoſtoli cũ eſſent magis phi
magis rethoricĩ magis lr̄ati in lege et vltra
ſicut in conſuetudine phariſeorum magnaz
ſanctitatẽ fingentes. facta ſua diligentia cũ
maiori aſtucia qua potuerunt videntes. ꝙ̄
non curabãt xpiani de rationibus ſuis qui/
bus arguebant per phiam eſſe ĩpoſſibile. ꝙ
infinitũ et finitum tp̄ale et eternũ. cauſa et ef
fectus dominus et ſeruus eſſent vna res. et
ſic ꝙ deus et hõ nõ poterat eẽ vna perſona
filius marie. plus credẽtes uerba xpi ꝙ̄ oĩa
ſua argumenta. vſi ſunt alia aſtucia magis
ꝓfũda qñ uidendo ꝙ ex quo nõ poterãt fa/
cere ꝙ xpiani nõ obſeruarẽt legem grĩe q̃ eſt
euangelij lex. dicẽdo ꝙ lex data ꝑ moyſem
equa erat lex dĩ multũ laborauerũt vt ſerua
rent ãbe cõiũctim ſiue inſimul et aliquo tẽ/
pore tñ ꝓualuerũt ꝙ multi etiã de maiori/
b⁹ xpianis et rectoribus aliorũ in parte eis
cõſentiebãt nõ ꝯmedendo cibos qui ꝑ moy
ſen defendebantur. et ſic erant dãtes exẽplũ
gentib⁹ conuerſis ſimilia facere ſicut ſi illud
ꝓ eorũ ſalute eſſet neceſſariũ. Sed facta de
claratione ꝙ ſeruatio vnius legis ꝯtradicit
obſeruationi alterius. et ꝙ lex data ꝑ moy/
ſen qui erat ſeru⁹ dei nõ põt cõpari legi date
per dñm ſuũ. ſed ꝙ eſt ei ſubiecta et cum lex
moyſi eſſet figura. ſm ꝙ cũ dei adiutorio d̕
clarabitur in alio paſſu. ꝙ habita veritate fi
gurata per eã debebat ceſſare figura. pſecu/
tio iudeorũ non potuit p̄ualere. qñ ſolũmõ
cũ hac veritate ꝙ filius marie eſt verus fili⁹
dei ceſſauerũt oĩa cõſilia minatões incoop
te ꝓhibitiones et diſputationes quib⁹ vſi
ſunt iudei ꝓpter multa dãna. ꝓpterea ex to
to cõfuſi, videntes ꝙ cũ rõe nõ poterant pre
ualere. vſi fuerãt vi ſicut vtitur tirannus. qñ
aliquis dat ei bonum conſilium ꝙ vt non
audiat eum. licentiat eum de domo ſua uel
expellit eum per vim Sic fecerunt iudei cuz
apoſtolis. ꝙ nolentes eos audire ĩ ſinago
gis ſuis licentiauerunt eos extra terram ſu
az. et ſic patet veritas examiata ꝙ poſtquã
xpus aſcendit ad celos iudei ĩſurrexerunt cõ
tra ſuos diſcipulos quos nõ potentes cõui
cere verbis. non dimittentes eos predicare
in ſuis ſinagogis ꝓpter hoc eorum doctria
ſemper magis ac magis creſcens predicata
fuit gentilibus.

## Tercium examen.

ſ

Acceſſit huic examini aliud fortius
examen et multo maiori tempore
agentibus contra diſcipulos xpi
quorum cum iudeis vna ſola erat principa
lis differentia ſcilicet ꝙ meſſias promiſſus
eis in lege et prophetis iam venerat. ſed qr
interfecerant eum maiores eorum uidendo
ſe damnatos ſi confiterentur ꝙ ipſe eſſet ſu
us meſſias. ſuus rex ſuus dominus. reſtitu
erunt quantum potuerunt faciendo illud
quod erat peius pro eis. nolendo audire
eos qui de hoc loquebantur. ſic ꝙ ſua pro/
pria voluntate manſerunt ſemper in cecita/
te. propter quod cum cecus non ſit dignus
magno regimine expulſi de ciuitate iheru/
ſalem. perdiderunt dominium quod pri/
mo habebant. vbicunq; ſint ſemꝑ ſubiecti

eꝫñtes ei⁹ q̄ tenēt dominiū tp̄ale. et ſic erunt
quādiu mūdus durauerit in hoc ꝯtra totā
uolūtatē ſuā vificato vbo quā vt occiderēt
xp̄m dixerūt añ pilatū. ꝙ nō haberēt alium
regē niſi ceſarē ip̄atorē ꝓ tēpore regnātē. et
cogitātes ꝙ nō audiēdo diſcipl'os ihū xp̄i
ceſſaret lux ueritatis: ꝯtra ꝙ ut nō intrarent
in eorū domib⁹ clauſerūt ianuas ꝓ ipſomet
facto dederūt occaſiōem ut āplius p̄dicta
vitas ſplēderet. qꝛ ipſi habitādo i toto mū
do diſpſi inter gētiles iſti audiētes ꝙ erant
int̄ iudeos et apl'os q̄ōnes voluerunt ſcire
cauſā ſuarū q̄ōnū. et ſic audirēt doctrinam
ihū xp̄i quā nō audiuerant ſi apoſtoli volue
rāt p̄dicare in tēplo ſuorū deorū. ſm ꝙ in q̄
cūq3 domo ciuitate ꝓuīcia uel regno nolūt
audire aliū eē dn̄m ſuū niſi illū quē pro tali
ip̄i hn̄t. Iſte fuit finis pſecutionis iudeorū
ꝙ veritas ꝑ ipſos cōtēpta. fuit fortificata et
exaltata in multo maiori gradu. qm̄ multo
maior pplus gētiliū ꝙ eēt iudeorū eam re
ceperūt de quo facto maiores eoꝝ ſcꝫ impa
tor et illi q̄ erāt de ſenatu romano diſplicue
rūt uidētes ꝙ illi qui efficiebāt̄ xp̄iani non
curabāt de ſua ordinatione ſcꝫ ꝙ nullus de
beret eſſe receptus pro dō ſine ſuo examine
et mādato exquo erāt gubernatores totius
mūdi. Manifeſtat̄ ſuper hoc paſſu vnū ſe-
cretū et vitas facti qd̄ hō intelligēs qui ſcit
romanorū hiſtorias. et qualiter icepit mul-
torū deorū adoratio ꝑ ſeipſum pōt cogno-
ſcere. et hoc ē ſecretū ꝙ nō erat difficille poſ
ſe habere cōſenſuꝫ a ſenatu romano ut ihūſ
xp̄s recipet̄ in deū ſm ꝙ erāt illi multi quoſ
ipſi adorabāt exquo multo maiores excel-
lentie fuerūt in eo ꝙ in quocūq3 aliorū. Sꝫ
gētiles regebāt̄ illis tp̄ib⁹ quātū ſpectat ad
adoratione ſuoꝝ deorū duplici ſnia ſuorū
ſapiētū. Prima ꝙ null⁹ de⁹ deberet eē refu-
tatus. Scd̄a ꝙ ſm qd̄ ille de⁹ uellet deberet
eſſe adorat⁹ et honorat⁹. et cū eſſet doctrina
ihū xp̄i. ꝙ erat vnus ſol⁹ de⁹ et ꝙ illum ſo-
lū debebāt adorare et ei ſoli ſeruire viden-
tes ꝙ in hoc facerēt ꝯtra id qd̄ tota vita ſua
ipſi et ſui āteceſſores habuerūt ꝓ fide quia
adorādo ihūm xp̄m anullabat̄ ſeruitiū oīꝫ
deorū ſuorū. fecerūt ordinatiōes et mādata
ꝙ oēs q̄ adorarēt ihūm xp̄m exquo repro-
babāt religionē deorū ſuorū ipſo facto bo
na ipſorū eſſent cōfiſcata. et ipſi occiderent̄
crudelioribus et forcioribus q̄ poſſent ex
cogitari tormētis. quas ordinationes et le-
ges fecerāt ꝑ vim et nō ſpontanee. qꝛ quan
to plures occidebāt xp̄ianos tāto amplius
amittebāt ſuū dominiū. ſoluētib⁹ criſtianiſ
integre oīa tributa et onera eis impoſita ad
hoc expreſſe ſe ſciētes obligatos ſcd̄m do-
ctrinā ſancti pauli. faciēdo etiā in rebus eis
mandatis fidele ſeruitiū. Itē gētiles quia
ſic plus faciebāt ad ſuā laudē et gloriam et
ſuorū deoꝝ. multo āplius voluerāt ꝙ deui
cti ꝑ diſputatōnes cōformauerāt ſe eis ado
rando quos ipſi pro diis adorabāt. Sꝫ q̄i
ꝓ ultimo remedio fecerūt leges mortis vi-
dendo manifeſte ꝙ ſui ſapientes phi. nec p̄
lati tēplorū deorū ſuorū et ydolorū nō po-
terant reſiſtere nec cōtradicere rōibus et au-
ctoritatibus predicatis ꝑ diſcipl'os ihū xp̄i
q̄b⁹ cū dedit mādatū p̄dicādi doctrinā ſuā
ꝓ ſingulari cōſolatiōe dixit eis ꝙ mittebat
eos ſicut agnos inter lupos. et cū iſti nō eſ-
ſent niſi duodecim et ſeptuaginta duo et ſic
pauciſſimi. Et illi quib⁹ eos mittebat erāt
iudei atq3 gentiles taliter ꝙ ſine cōparatio
ne alicuius ꝓpoti ſcd̄m moꝫ loquēdi erant
infiniti lupi. cū tn̄ vnus lup⁹ ſit ſufficiens cō
tra magna agnorū multitudinē. Hec fuit vi
tas maximi miraculi ꝙ pauci agni victoriā
habuerūt de infinitis lupis: qn̄ tot⁹ mūdus
firmiſſime credidit verū eē quod primo ha
bebat pro incredibili et ſm ſuos ſapientes
phos ꝓ impoſſibili ꝙ ihūs criſtus hō qui
fuit mortalis et mortu⁹ reſurrexit ꝑ ſe viuus
et ꝙ in fine mūdi hꝫ reſuſcitare omnes mor-
tuos. et ꝙ nō min⁹ ē admirabile ꝙ iſta duo
incredibilia fuerūt a toto mūdo credita fir
miter per doctrinam duodecim hominum
ſcꝫ apoſtolorū iheſu xp̄i quorum multe fue
runt ydeote et piſcatores. et ſic crediderunt
ſine donis temporalibus quia erāt paupe
rimi. crediderunt ſine aliqua deceptione qꝛ
predicabant in publico. crediderunt ſine ali
qua vi. quia non legitur de aliqua guerra
per eos facta vel procurata et ꝙ plus eſt
abſq3 poſitione timoris alicuius guerre ſu
per hoc factis principibus criſtianis ſeruan
do doctrinam iheſu criſti ſuam legem eſſe
libertatis q̄ voluerit credere euangelio ſal
uabitur qui uero non condempnabitur. et
ſic durante uita apoſtolorum in toto mūdo
ſplēduit et fructificauit doctrina ihū criſti:
Et fuit hoc admirabile. ꝙ nō obſtātib⁹ oi

bus perſecutoribus vt cōiter oīs ipſi receperūt martiriū ꝯpletis dieb⁹ ſenectutis coꝝ. In quorū tēpore et ducētis ſequētib⁹ ānis paucos dicā. ſi dico centū mille xpianos ꝑ cōfeſſione veritatis quā tractam⁹ ſcꝫ ihesuꝫ criſtū filiū marie eſſe verū deum volūtarie ipſimet ſe offerēdo cū magnis tormētis fuerūt mortui. Etiā dicā paucū ſi dico vnū milionē gentiliū vidēdo firmitatē martirū i dicto tēpore recepiſſe baptiſmū et ꝯbuſtis ſuis ydolis factos eſſe veros xpianos ꝙ non ſolum accidit rome in grecia in ytalia in partibus occidentis ſed etiā in toto mūdo imperatoribus illius tpis exītibus dn̄is totius mundi. et ſi in aliquibus regionibus erant diuerſa dn̄ia ipſimet principes faciebāt contra xpianos ſimiles perſecutiōes: Specialiter de hoc ſunt manifeſte hiſtorie actoribus earū mortuis. iam ſunt elapſi mille agni ꝙ de arabia et de perſia qui ſunt prima dn̄ia habita perſecutatores legis machometi fuerunt ꝙ̄ plurimi glorioſi martires ſancti quorum feſtiuitates vbicūqꝫ ſunt criſtiani celebrat eccleſia. vn̄ multi principum et ſpecialiter imperatoꝝ multi videntes ꝙ non diminuebant predictā ſanctam veritatem: ſed ꝙ per ſua tormenta eam fortiſicabāt multiplicatis cōfitentibus tādem ceſſauerūt aliquo tēpore executare ſuas ordinatiōes crudeles et mandata in criſtianis. Iſta tertia perſecutio tirannorum fuit maximū examen veritatis quā ego predico et omēs ſui fideles ſcꝫ ihesum filium marie eſſe verū filium dei Iſtud tertiū examen in tanta confirmatiōe profuit huic veritati ꝙ deſtructis templis ydolorum fuerunt in toto mundo edificate ſolemnes eccleſie. In quibus cum magnis laudibus ymnis et ſingularibus cantibus ſeptem horis diei publice confitet̄ predicta veritas. Cantoribus aſſignato ſalario de publico ſufficienti et multū honorabili ſpecialiter in eccleſijs cathedralibus. et ſic patꝫ tertiū examen. in quo explicatur vnum ſecretum ꝙ omnes principes mundi non potuerunt extinguere lucem predicte veritatis data per eos mortem pluribus ꝙ̄ centuꝫ mille martiribus et ꝙ illo tempore fuerunt conuerſi ad fidem plures: quam vnus milio gentilium.

## Quartum examen.

Cum xpiani iam fuiſſent in pace et trāquillitate ad fidem ꝯuerſi et ſic ceſſante perſecutione gentiliū cōtra eos ex inter ſemetipis natū eſt quartū examen ꝙ predictā veritatē ſcꝫ ihesum filiū marie eſſe verū deū apurauit vſqꝫ ad vltimū punctū. Hac perſecutiōe exīte periculoſiſſima qꝛ eſt inter eos qui ſunt eiuſdem domus qn̄ plurimi magī literati qui erant de principalibus eccl'ie patriarche. archiepi. epiſcopi. preſbiteri. et dyaconi et nō minus laici. cū multis et magnis argumentis noui et veteris teſtamēti quod gentiles facere non poterāt qꝛ neſciebāt nec iudei allegabant contra xpianos: ꝙ confitēdo predictā veritatē ſtabant in magno errore ex quo ipſa non approbat̄ per ſcripturam eorū habita ꝑ ſancta: ymmo allegabāt multos paſſus eiuſdē ſcōm ꝙ ipſi exponebant qui videbantur contrariū dicere. quorū rationes et argumēta etiā multorū doctorum catholicoruꝫ in prophecia et methaphiſica fundatorum et in theologia perfectiſſimoꝝ vt amplius predicta veritas apuraret̄ facta habemus ſcripta in tanta habundantia ꝙ omnia argumēta que fiunt per infideles cōtra eandem faciunt paruiſſimū volumen et paruam empeſiam. Sic ꝙ per apparentiaꝫ eorū dicta veritas ꝙ̄tum ad ſtudioſos in lege dei ſit nec in minima parte obſcurata: ꝙ per ſeipſum quilibet ꝙ̄tumcunqꝫ infidelis poſſet videre ſi vellet attendere etiam paruo tempore cū pura intentione cognoſcendi veritatem et ea cognita amare eam et amādo confirmando ſe illi et defendere eam. hoc dicto in omnibus nationibus mundi et inter omnes ſapientes ſcientiarū exīstente approbato ꝙ multa reputantur falſa et adhuc impoſſibilia que examinata diligenti ſtudio inueniuntur vera et multum neceſſaria et ꝑ contrariū de alijs multis. Vn̄ quia circa examen altiſſimarum veritatum delectantur ꝙ̄ plurimum clariſſimi intellectus hominū et ex alia parte quo ad cognicionem veram illarū multum proſunt voluntates pure et dānant affectionate. et ꝙ̄to plus durat mūdus propter nimiam continuationem exercitiorū veritates ſcientiarum plus declarātur et cothidie apurantur. Et ideo examen predicte veritatis ſcꝫ ꝙ ihesus filius marie eſt verus filius dei. ſicut principale omniuꝫ in eccleſia dei durauit maiori tēpore ꝙ alia prima examina et durabit vſqꝫ ad finē mūdi

Tunc in maiori fortitudine qn̄ illud ꝙ ma
chometus beſtia q̄ aſcēdit de terra non fecit
beſtia q̄ aſcēdit de mari et extolleť ſuper oē
qd̓ diciť et honorať ſicut deus ſedebit in tē/
plo et oſtēdet ſe ſicut ſi eēt deus. Vn̄ ſtudiū
huius beſtie erit ad hoc vt ponet oēs vires
ſuas ꝙ ſit vt deus reputata. cōſequēs eſt ꝙ
faciet crudeliſſimā perſecutionē cōtra oms
cōfitentes ꝙ ihūs filius marie ē filius verꝰ
dei. et ipſemet deus. Sup̱ qua veritate pro
tēpore illo quo plus vniuerſaliter hec quar/
ta perſecutio durauit vt nō preualeret. facta
fuerūt multa ꝯſilia aliqua ꝑticularia aliqua
gn̄alia. Itē multe cōuentiōes aplazate ātē
principes vel cōitates quibus habitis ma/
gnis diſputationibus allegātes ꝯtra predi/
ctam veritatē fuerūt ꝯfuſi et dimiſerunt er/
rorem ſuū. multi illorū quos ipſi peruerte/
rant et in fauorē ſuū venerāt ad dicta cōſi/
lia vel cōgregationes: et q2 aliqui pauci re
manebāt: vel cū fauore aliquoꝝ principum
vel ſicut ē ꝯdicio falſa ꝓbatarū ſcienciaruꝫ
non gn̄aliter et in publico Sed nūc iſti nūc
illi predicādo ad partē iterū reuiuebāt ſui
errores. Et iō in illis tꝑibus plusq̄ in alijs
ante nec poſt fuerūt q̄plurima cōſilia. Hoc
reputato pro ſano remedio et ſingulari de/
fenſione fidei catholice ꝙ veniat ad lucē et
oſtēdať in publico quicquid cōtra eā diciť
in abſcōdito et nō ſolū huius veritatis de
qua ad pn̄s loquimur ſꝫ et cuiuſcūq3 verita
tis. ē hec ſua propria condicio ꝙ q̄to plus
tractať et reuoluiť tāto amplius lucet ſimi
lis lapidi vere precioſo qui q̄to plus poliť
tanto plus lucet. Eſt etiā ſimilis auro ꝙ ſi
ſemel bn̄ apuratū fuerit q̄to pluries poniť
in fornace ignis. tanto ſine aliqua diminu/
tione ſui ponderis efficitur precioſius. Vn̄
ſicut dicit dn̄s iohānes de ʒegobia Archi/
ep̄s Ceſarieñ. in tractatu contra ſarracenos
vbi tangit predicta examina. Ego vidi mul
ta examina multarū veritatū catholicarum
tēpore meo et fui particeps in illis. Sed de
illo quod magis publicū eſt poſſum dare
exēpluꝫ. Homo quidā cuiuſdā magni dn̄ij
ſuper certos articulos affirmatos per eos eſ
ſe veritates euāgelij poſt habitas per eos a
liquas magnas victorias contra fideles qn̄
venerūt ad cōſiliū auditis ſuis diſputatio/
nibus q̄tum voluerunt dicere ſenſerūt veri
tatē ꝑ tam forti ſuo cōtrario ꝙ amplius nō
eleuauerūt caput perdita tota ſua elatione.
Vnde cū nos ſciamus certiſſime veritateꝫ
de qua loquimur trāſiſſe per tam multa. tā
grandia. tā fortia tā notoria. et tam examia
cōtinuata et ꝙ q̄to plus de ea tractať et cō/
tra eam diſputať vł aliquid dr̄ tanto ampli
us inuenitur clarior purior et firmius funda/
ta non poſſumus predictā veritatē abſcon
dere dn̄o ihū xp̄o cui ſeruire debemus fide/
les mādāte diſcipulis ſuis ꝙ illud qd̓ fuiſ/
ſet eis in ſecreto dictū maifeſtarēt in publi/
co: et qd̓ audiſſent in aure. i. in abſcondito p̄
dicarent ſuper tecta. quia qui incendit lucer/
nam in domo ſua non ponit eā ſub modio
vel ſub lecto. ſed ſup̱ candelabrū in alto vt
clare videanť q̄ ſunt in ea quicūq3 ingrediū
tur in domo ſua. Et ſic magiſter veritatis et
proprius loquā ſi dico magiſter qui ē ipſa
veritas. poſtq̄ fuit captus quādo interroga
uit eū iudex de doctrina ſua et de diſcipulis
dixit. Ego palā locutus ſum mundo. Ego
ſemp̱ docui in ſynagoga et i tēplo quo oēs
iudei cōuenerūt et in occulto locutus ſum.
Nihil: Interroga eos qui audierūt quid lo
cutus ſum ipſis ecce hij ſciuntꝰ quid dixerim
ego. In iſtis verbis oſtēdit totā fiduciā ſue
innocentie qn̄ acceptabat cōtra ſe totū mun
dū in teſtimoniū. ſic etiaꝫ qn̄ aſcendit ad ce/
los dedit mandata ſuis diſcipulis ꝙ darēt
teſtimoniū de factis ſuis et dictis in iudea
et iheruſaleꝫ in ſamaria et vſq3 ad vltimum
terre. i. vſq3 ad fines totius mundi et ratio/
nabiliter hoc precepit ex quo receperat a pa
tre ſuo in hereditatē dn̄ationē totius mūdi
et non ſolū in hoc habeat firmū teſtimoniū
ꝙ deus pater ꝯſtituit eū heredem omnium
ſuoꝝ faciendo caput et principiū non ſolum
omniuꝫ hōim. ſed etiā angelorum minoꝝ
et maioruꝫ qui ſunt in celo. et conſequenter
omniuꝫ dyaboloꝝ q̄ angelis ſunt ſubiecti.
Propterea ergo q̄ dicta ſunt i hijs quatuor
examinibus fideles xp̄iani predicant publi
ce. et confitentur Ihesum xp̄m filium marie
eſſe verū filium dei.

Quod fides xp̄i eſt lege moyſi antiquior
ſiue prior.

Secundus articulus ē. ꝙ fides chriſti
ē lege moyſi antiquior ſiue prior. Ad
cuius euidentiam duo ſunt notanda.

Primū ē ꝙ Abrahā ante legē imo et ante circunſionē iuſtus fuit et nō fuit iuſtus niſi merito fidei: vt patet. Geñ. xvi. Credidit abrabam deo et reputatū eſt ei ad iuſticiam Itē merito fidei fuit ſibi facta repromiſſio et ſpecialiter illa in ſemine tuo benedicētur omnes gentes. vt pꝫ Geñ. xxij. Sequiť ergo ex his ꝙ fides xpi fuit ipſa lege moyſi tempore prior et ꝗuis apoſtolus hoc ſpecialiter ꝓbet ad gal. iij. exēplo abrahe. tamen hoc idē ꝓbat ad hebr. x. per plura exēpla ſicͭ patet ď abel. Enoch. Noe. Sara. Iſaac. Jacob. Joſeph: et Moyſe Iſti enī et multi alij iuſti fuerūt ante legē iuſtificati. ut pꝫ ibidē Secūdo notādū ꝙ deus promiſit abrahe īter cetera quatuor. Primo hereditatis ſuccesſorem Secūdo hereditatis adeptionem. Tercō ſeminis multiplicationē Quarto vniuerſe gentis benedictionē. Et licet ad litteram iſta quatuor ei promiſſa fuerint de aliquo tēporali: principaliter tamē deus ſpiritualia intelligebat. Primo ergo ꝓmiſit ſibi deus heredē. ſ. Iſaac. geñ. xv. Sed ī hoc principaliter promiſit ſibi xpm qui pro tanto heres Abrahe dicitur. qꝛ ex eo ſm carnē deſcendens in eius regnauit regnat regnabit hereditate. Unde gabriel ait de xpo Regnabit in domo iacob ineternū. luce. i. Secūdo ꝓmiſit ſibi hereditatem tpalē. ſ. hereditatem chanaā a fluuio egypti vſqꝫ ad fluuium eufratē. vbi ſupra non ꝙ ipſe vnqꝫ illam poſſederit niſi in ſemine ſuo. Unde et ſemini ſuo dicebať. Et dabo tibi terrā hāc In hoc autē ſpiritualiter ſibi ꝓmittebatur ſpiritualis hereditas. ſ. vniuerſa congregatio fidelium tā iudeorū ꝗ gentilium. cuius ipſe per fidē pater eſt. Promittebať etiā ſibi hereditas glorie qui propter fidem eius ſinus abrahe nūcupatur. Tercio promiſit ei ſeminis multiplicationem ſicut ſtellas celi et ſicut harenā maris. Geñ. xxij. Boni ꝗ ex ipſo deſcendunt per Iſaac et Jacob ſunt ſicut ſtelle celi. Sed precipue veri xpiani ꝗ ſunt eius ſemē ſpūale et ſemen dei repromiſſum inꝗtum eius fidē imitantur. Sed mali qui ex eo deſcendūt per iſmahelē et filios zethure et per Eſau fuerunt ſicci et ſteriles velut harena maris. ſed precipue mali criſtiani. qui ſi habent fidem abrahe nomine fidei. tamen eius operibus contradicunt.

Quarto promiſit ei deus omnium gentium benedictionem. benedictionē quidem gratie in preſenti et glorie in futuro. non ꝙ per eum eēt dāda vel fienda hec benedictio ſed per ſemen. nō per quodcūqꝫ ſemē ſed ꝑ vnicum quod eſt xpus non enim in Iſaac Jacob. vel Joſeph vel Moyſe. David vel Salomone vel in aliquo alio homine potuit hoc uerificari. in ſemine tuo benedicenť omnes gentes Geñ. xxij. quod declarat apoſtolus ad gal. iij. dicens. Abrahe dicte ſunt promiſſiones et ſemini eius non dicit in ſeminibus quaſi in multis ſed quaſi in vno. et ſemini tuo quiˀ eſt criſtus. Nota Abrahe cui deus non falleret propter eius fidelitatem et amiciciam dicte ſunt ſupple a deo merito ſue fidei repromiſſiones loquiť ī plurali ꝓpter promiſſiones ſupradictas. vł quia ſm gloſam frequenter idem .i. eterna beatitudo eſt ſibi promiſſa. et ſemini eius. i. xpo. non ꝙ ad criſtū fieret ꝓmiſſio ſed quo ad eū pertinebat: qꝛ per eum promittebatur danda benedictio. et ꝙ illud ſemē ſit criſtꝰ et non alius. notatur ex uerbis ſcripture ꝗ ē in ſemine tuo benedicenť omnes gentes ñ ſolum iudei. Unde ait non dicit ſupple ſcriptura in ſeminibus quaſi in multis qđ faceret ſi de multis uellet intelligi ſed dicit quaſi in uno et ſemini tuo qui eſt criſtus. Unđ de uno ſolo vult intelligi. et illud unum eſt xps. Si enim de multis uellet intelligi dixiſſet. In ſeminibus tuis benedicentur et cetera. ſed dixit ibi ſemini: volens de uno intelligi ꝓpter quod dicit aplus. et ſemī tuo: Patet igitur ꝙ cū promiſſio facta fuerit Abrahe merito ſue fidei. ſicut ipſe apoſtolus innuit ad hebr. x. Et iſta promiſſio fuit facta diu ante legis dationem ꝙ fides xpi promiſſi preceſſit legem moyſi. Et ſic ex predicta ſcriptura. Pauli quaſi ex quadam areola aromatum collegi hunc florem pulcerrimum. ſ. ꝙ fides chriſti eſt lege Moyſi antiquior.

Qđ fides criſti eſt lege Moyſi ſtabilior.

Tertius articulus eſt ꝙ fides criſti eſt lege moyſi ſtabilior. Ad cuius euidentiam duo ſunt notāda Primū ꝙ ſicut dicit apoſtolus ubi ſupra a tempore facte promiſſionis Abrahe vſqꝫ ad tempus quo lex Moyſi fuit data

fluxerunt ānı.cccc.ꝺ.xxx.quos ſic cōputat.
Rabanus ſicut dicit magiſter in hiſtorijs:
Act.vij. Dicit enim Rabanus ꝙ a tēpore
promiſſionis primo facte abrahe fluxerunt
vſq; ad ingreſſum egypti anni.cc.xv.qꝺ ve
rum eſt.qꝛ tēpore future promiſſionis erat
abrahā.lxxv.annorum et ab illo tpe vſq;
ad natiuitatem Jſaac fluxerūt.xxv.anni et
ab illo tpe vſq; ad natiuitatem Jſaac iacob
fluxerunt.xl.ānı et ab illo tpe vſq; ad igreſ/
ſum Jacob in egyptū fluxerūt anni.lxxv.ꝺ
inde ab ingreſſu Jacob vſq; ad mortē Jo/
ſeph ānı.lxxi. Deinde vſq; ad exitum filio/
rum iſrahel de egypto ānı.cxliiij.et quinq;/
geſimo die egreſſionis data eſt lex.Exo.xix
et.xx.et ſic ſunt.cccc.xxx.anni. Et ſi dicatur
contra apoſtolū id quod dicit domus A/
brahe Ge.xv.ꝙ ſemē eius eſſet futurū pere/
grinū in terra non ſua.cccc.ānis Jdeoq; dic
Stephanus Actuū.vij.non faciendo men
tōnem de.xxx.ānis dici poteſt ꝙ ſcriptura n̄
cōputat inimicitias.dicit etiā Auguſtinus
ꝙ hec cōputatio debet protēdi vſq; ad mor
tem.Seon regem amorreorum.et Og regē
baſan.Secūdo eſt notādū ꝙ promiſſio fa/
cta Abrahe que fuit iuramēto dei confirma
ta Gen̄.xxij.per memetipſum iuraui dicit
dn̄s et cetera ſequitur in ſemine tuo benedi/
centur omnes gentes terre.Et luc.i.Juſiu/
randum quod iurauit Abrahā fuit dictū
ꝓpter ſui ſtabilitatē et firmitatē teſtamētū:
Eſt enī teſtamētū ſcriptura auctētica et ſoli/
da et talis fuit illa promiſſio.qꝛ fuit ſumme
auctoritatis et ſumme ſtabilitatis.Vn̄ tan/
te fuit firmitatis.ꝙ lex poſt data non euacu
auit ipſam.ſed potius ſemē promiſſū eua/
cuauit legē.ſicut declarabitur articulo.vi.ꝺ
ceſſatione legis.Si enim lex euacuaſſet pro
miſſionem tunc hereditas glorie non eſſet
ex promiſſione ſed ex lege.et ſi eſſet ex lege
cū abraam Jſaac.et Jacob fuerunt ante le
gem.tunc non haberent iſtam hereditatē cū
tamen dicat criſtus Ma.xxij.adducens illꝺ
Exo.iij.Ego ſum deus abraham et deꝰ J/
ſaac et deꝰ iacob non eſt deus mortuorū ſed
uiuorū.Viuūt ergo illi nō vita nature.ergo
vita glorie.quod plane dicit xp̄s.M.viij.
Dico autem uobis ꝙ multi ab oriente et oc
cidente venient.et recūbent cum Abraham
Jſaac.et iacob in regno celorum.Jdeo hec
hereditas non eſt ex lege ſed ex promiſſione
que cum fuerit merito fidei criſto promiſſi.
quia illam repromiſſionem habet iā abra/
ham.et non hꝫ eā ex lege.qꝛ diu an̄ legē fuit
mortuus.ergo hꝫ eā ꝑ ꝓmiſſionē.ergo cū ꝓ
miſſio fuerit facta et iurata vt p̄dictū ē meri
to fidei ſeqꝛ ꝙ fides xp̄i ē ſūme ſtabilitatis
et ſtabilior lege moyſi cū illa ſit euacuata ꝑ
ſemē ꝓmiſſū hec oīa pulcerrime potuit pau
lus apl's ad gal.iij.hoc autē dico uobis te/
ſtamētū cōfirmatū a deo ꝙ poſt.cccc.et.xxx
ānos facta eſt lex.nō irritū facit ad euacuan
dā ꝓmiſſionē.nā ſi ex lege hereditas iam n̄
ex ꝓmiſſiōe.Abrahe autē ꝑ repromiſſionē
donauit deꝰ.qꝺ ſic explicatꝛ.Hoc aūt.i.pro
miſſionē Abrahe factā dico.i.affirmo teſta
mētū cōfirmatū a ꝺo ēt ꝑ iuramēta.qꝺ ſcꝫ
teſtamētū poſt.cccc.xxx.annos:poſt quos
ſupple facta eſt lex:non irritū facit.i.nō eua
cuat ꝙ q̇dā faceret ſi ꝑ eā daretꝛ bn̄dictio n̄
ergo lex irritū facit predictum teſtamētū ad
euacuādū.i.vt euacuet ꝓmiſſionē ſupple:
Abrahe factā non igitur ꝑ legē bn̄dictio ē
qꝛ data ē lex poſt multū tēpꝰ a ꝓmiſſiōe fa/
cta.q̄ quidā ꝓmiſſio non dixit ꝙ per legeſ
eſſet ꝓmiſſō ſed per ſemē.Si enim ex lege eſ/
ſet hereditas nō eēt ex ꝓmiſſiōe et tūc abra
hā nō haberet eā quod ē falſū.vt ſupra dic/
tum ꝓpter qꝺ dicit aplꝰs Lex non euacuat
ꝓmiſſionem Nā ſi ex lege hereditas quod
oporteret ſi lex euacuaret ꝓmiſſionē:iā nō
eſſet ſupple hereditas ex ꝓmiſſione qꝺ pro/
bat dicens.Abrahe autē donauit ꝺus ſup
ple iſtam hereditatē ꝑ repromiſſionē Con/
ſtat ei ꝙ abrahā iā hꝫ eā.et nō hꝫ eā ex lege
qꝛ diu an̄ legē fuit mortuꝰ.ergo hꝫ eā per ꝓ
miſſionē Ergo cū ꝓmiſſio fuerit facta meri
to fidei ſequitur ꝙ fides xp̄i ꝓmiſſi eſt ſum
me ſtabilitatis et ſtabilior lege moyſi Hec
veritas tan̄ꝙ una pulcerrima flos colligitꝛ
ex p̄dictis vbis apl'i quaſi ex quadā arcola
aromatū et ꝓpterea fideles xp̄iani cōfitentꝛ
fidem xp̄i ſtabiliſſimā et lege moyſi ſtabili/
orem.

Qꝺ fides xp̄i ē lege Moyſi nobilior et ꝑ
fectior

q Uartus articulꝰ ē ꝙ fides xp̄i ē le
ge moyſi nobilior et ꝑfectior Ad
cuius euidentiam quatuor ſunt notanda
Primū ꝙ ꝙuis lex moyſi non ſit effecti
ua iuſticie nec meritoria benedictionis glꝛe

nō tamen fruſtra fuit data fuit enī data pro
pter quatuor cauſas quas breuiter glo. tāgit
prima ꝓpter peccati ꝓhibitōem vt ſaltem
timore pene homines ceſſarēt tranſgredi vt
hec tandē facerēt voluntate Secūda ꝓpter
populi eruditōez et diſpoſitōez vt ſcꝫ ꝑ legē
morbū ſuum agnoſcerent de cuiꝰ ignorātia
in lege nature conuictus erat vt ſcꝫ populuꝫ
dei erudiens ipſū dignū faceret ab precipiē
dū promiſſionē que eſt xp̄s. Tercia ꝓpt re/
medij flagitionē vt ſcꝫ homo ſuperbe in ſu
is viribus fidēs precepta acciperet. in qui/
bus deficiens factus p̄uaricator liberatorē
ſaluatorēq; requireret Data ē enim lex vt di
cit Aug. ut ceruix ſuperborū qui tātum ſibi
arrogabant vt liberū arbitrium ſibi puta/
rent ad iuſticiā ſufficere. quos cū lex tranſ/
gredi faceret humiliaretur. et ſic medicꝰ opta
tetur. Quarta ꝓpter futurorū ſignificationē
Legalia enim fuerunt quedā vmbra futu/
rant eſt ſignificās. quedāq; figura futuram
veritatem preſignans vt infra videbitur.
Secūdo notādū ꝙ lex fuit ordinata. id eſt
ordinabiliter āgelorum miniſterio data et
bene ordinabiliter quia inter abraham et
xp̄m. inter promiſſionem et ſemen. inter tē/
pus legis nature et tempus gratie. Magno
enim conſilio factū eſt vt nō ſtatim poſt ho
minis caſum veniret mediator. ſed ꝙ prio
humanum genus cōuinceretᷣ de ignorātia
tēpe legis nature que nec morbi nec medici
claraꝫ noticiam dabat. nec ad iſta hō ex ſu
is naturalibus attigere ualebat. Demū con
uinceretur de īpotentia legis ſcripte quā hō
v̄tute ꝓpria ſeruare n̄ potuit. nec ipſa dabat
adiutricē gratiā ad ſeruandū ut propter iſta
duo ſcꝫ ignorātiā et īpotētiā cogeretur ſal/
uatorē petere. nec xp̄i aduentū ſuperfluum
iudicaret. Multiplicate ſunt īfirmitates ho
minū contra quas nec per legē nature nec ꝑ
legē Moyſi ſe iuuare poterant ꝓpter qḋ acce
lerauerūt ad medicū qui ueniēs tanq̄ alter
ſamaritanus vulnera ſanauit lāguidi. quē
ſacerdos et leuita. i. uetus lex et ſacerdotiuꝫ
īmiſericorditer pertrāſierāt. Luce. x. qui eti/
am tanq̄ alter heliſeus coaptāt ſe corpora/
liter puero mortuo ſunamitis filio ſuſcita/
uit eum. quē tamē eius puer cū ſuo baculo
qui deſignabat legis duriciā nō potuit ſu/
ſcitare. iiij. Re. iiij. qui tanq̄ alter angelꝰ de
ſcendēs ī piſcinā noſtre mortalitatis ſana/
uit illū quē īuenit ſibi ſuecꝫ eccleſie unitum
Jo. v. Qui oīpotens ſermo dei patris venit
in mūdū dū oīa mediū ſilētiū tenerētᷣ. ſap.
xviij. Primū ſilētium fuit ante legē ſcriptā
Secūdū ſub lege. Terciū in gloria. Primū
fuit ignorātia languoris. Secūdo deſpera/
tio curationis. Terciū adeptio ſanitatis. añ
legē enī homo morbū ſuū nō cognoſcebat.
ideo ſilebat. nec remediuꝫ querebat. Lex āt
oſtendit lāguidis vulnera. et ideo data lege
mox fuit ruptū ſilētium et receperūt egri pe/
tere remediū. Sed quia lex grauis erat nec
auxilium cōferrebat per diuturnos clamo/
res fatigati homines et de ſalute deſperan/
tes ceſſauerunt loqui. et ſic ſubſecutum eſt ſi
lētiū ſecūdū. Et tūc oīpotens ſermo patris
venit in mūdū. Samaritanꝰ appropriauit
ad vulneratū angelus magni conſilij in pi
ſcina deſcendit: et heliſeus ad ſuſcitandum
mortuū acceſſit. i. ſummi filius regis deſcen
dit de equalitate pr̄is ad patibulū crucis. et
de ſede pr̄is ad officinā peccati. de lumine
celi ad tenebras mūdi et inferni et ueniens
locutus eſt pacē. dedit grām ꝓpoſuit miaꝫ
ꝓmiſit ueniam. et ita rupto ſilentio ceperūt
egri magnis clamoribus flagitare remediū
et accelerare ad medicū ꝑ quē vulnera ſana
rentur morbꝰ curarētᷣ recepta vero ſanitate et
dōata imortalitatis felicitate. nihil vltra re/
ſtabit petēdū. et tūc erit terciū beatū ſilētiū
ordinabiliter. Ergo et magno dei conſilio
data eſt lex. ſcꝫ inter abraham et xp̄ꝫ inter ꝓ
miſſionem et ſemē ꝓmiſſuꝫ inter tēpꝰ legis
nature et tēpus legis grē. inter primū ſilētiū
et terciū. Qñ eī data fuit lex cepit frāgit pri
mū ſilētium ipſa autē manente fuit ſecūduꝫ
ſilētiū. et tūc ueniente medico ruptoq; ſecun
do ſilētio. tertium hoīes optauerūt. Tercō
notandū ē ꝙ qñ lex fuit data fuit poſita in
ptāte huius qui venturus erat uerus media
tor vt ſtaret q̄diu ipſe vellet et qñ uellet ceſ/
ſaret. Ipſe aūt uoluit ꝙ ceſſaret qñ ipſe vēit
et tamē verꝰ mediator fuit. Ex quo pꝫ. ꝙ cō
tra mediatorē faciunt qui legē cū euangelio
obſeruare volūt. Ex quo ulterius pꝫ conclu
ſio intēta. ꝙ fides euāgelij ſiue xp̄i non ſo/
lū eſt lege moyſi antiqor et ſtabilior. ſed ēt
ꝑfectior. quia ipſam euacuat. ſicut illud qḋ
perfectū eſt euacuat qḋ ex pte eſt. i. Cor. xiij
Cū enī uenit mediator et legē euāgelicā ſta
tuit: voluit ꝙ ceſſaret lex moſayca ꝓpter ſu/

am imperfectionē. et hoc ipſe facere potuit:
q2 in eius ptāte tanq̄ veri domini poſita fu
it. Quarto notandū ꝙ hic mediator non ē
vnius nature ſed duplicis. Eſt enī gigas ge
mine ſubſtantie. ſ. diuine et humane Ipſe
igitur cum ſit deus et homo inter homines
et deū mediat Dū hoies qui a dō receſſāte
ꝑ ſe recōciliat. ipſe ut deꝰ oia creauit. ſ3 inq̄
tum deꝰ nō oia recreauit Et ipſe inq̄tū deꝰ
eſt cū patre et ſancto ſpū vnꝰ deꝰ. q2 nō ſunt
plures dij ſed unus deus Ex quo patet ꝙ
hic mediator non eſt federator uniꝰ ꝑtis tm̄
ſed duarū ꝑtiū. ſ. dei et hoīs. et p3 ēt ꝙ inq̄
tum deꝰ non ē ꝓprie mediator inter deu3 et
hoies. ſed inq̄tū hō. Inq̄tū enī deus non
eſt medius ſed equalis deo pri.. Itē iſte me
diator non eſt arbiter unius populi ſ3 duo-
rum. ſ. iudeorum et gentiliū quos tanq̄ du
os parietes eccleſie in ſe angulari lapide co
pulauerit utriuſq3 ppl'i euacuans ritum. ad
Ephe. ij. et. i. Pe. ij. ergo qui obſeruant le-
galia xp̄m non ut mediatorem recipiunt q2
ipſum videntur aſſerere mediatorem tm̄ iud
eorum quod eſſe non poteſt. quia mediator
non eſt niſi duorū populoru3: Ergo qui ex
ergo circūciſione uel preputio ad fidem con
uerſi ſunt maneāt ſicut ſunt. nec curēt circun-
ciſi de preputio nec preputiati de circūciſiōe
quia ut dicitur ad gal'. vlti. In uero media
tore ihū xp̄o neq3 circūciſio aliquid val3 ne
q3 preputium ſ3 noua creatura. Hec quatu-
or notabilia patēt ex intentiōe apl'i ad gal.
vbi ſupra vbi ſic dicit. Quid igitur lex ꝓpt
tranſgreſſionē poſita ē. donec ueniet ſemen
cui ꝓmiſerat ordinata per angelos in manū
mediatoris. mediator autē unius nō eſt. de
us autem vnꝰ ē q̄ l'ra breuiter ſic exponitur.
Quid igitur lex. i. ad quid ꝓdeſt: ex quo ſic
dictū ē in precedenti articulo nō euacuat ꝓ-
miſſiōe3 nec eſt ex ipſa hereditas. Rn̄d3 ap
poſtolus ꝙ inter cetera ad que ꝓdeſt ꝓpter
tranſgreſſores ſupple puniēdos et flagellā
dos. poſita ē q̄ ſupple ſtare debuit donec ve
niret ſemē. i. xp̄s. cui. i. ꝑ quē ꝓmiſerat ſup-
ple deus uel ſm glo. cui. i. de quo dādā oi-
bus gentibus nō ſolū iudeis grē et glie be-
nedictiōē3. lex dico ordinata. i. ordinabiliter
data eo modo quo dictū eſt per angelos. i.
ad litterā ꝑ miniſteriū āgelorū q̄ i ꝑſona di
apparebāt moyſi et ei loquebāt uel per āge
los. dicit glo. i. ꝑ Moyſen et aaron q̄ tanq̄
angeli erant ydonei dei miniſtri. Lex dico
poſita et ordinabiliter data in manu. i. i po
teſtate et volūtate mediatoris. i. huius qui i
ter deum et homines et angelos inter duos
populos. ſ. iudaicū et gētilē erat uēturꝰ me-
diator poſita dico et ordinata fuit i manu
mediatoris. vt videl3 ſtaret q̄diu ipſe vellet
et qn̄ uellet ceſſaret voluit autem ꝙ ceſſaret
qn̄ uenit. et qn̄ inter deū et homines inter gē
tiles et iudeos uerus mediator fuit. et dico
ꝙ mediator fuit inter deum et homines et i
ter diuerſorū ritū hoies. qđ q̄dē ē neceſſa-
rium q2 ſequitur mediator unius non ē nec
arbiter vnius tm̄ ſed duorū. ſ. di et hominis
ſ3 nō uniꝰ ppl'i tm̄ ſed duoꝝ ut dictū ē q̄uis
aūt iſte mediator inq̄tū hō mediator ſit du
orū inq̄tū tn̄ deꝰ ē unꝰ cū pre et ſpūſcō: q2 vt
dicit. Deute. vi. Deꝰ aūt unus ē. vel poſſet
hic dici ſm glo. ꝙ dicit hic mediator inter d
um et hoies. et inter hoies et hoies. nō iter
deū et deū. q2 non ſunt plures dij. ſed deus
inquit unus eſt. Ex predictis oibus quaſi
ex quadā areola apl' s intēdit elicere tres cō-
cluſiones. Prima ē ꝙ i aduētu mediatoris
fuit lex moyſi euacuata. quia in manu ſua
fuit poſita. et in ſua omnimoda ꝑtāte ſic di
ctū eſt. Scđa cōcluſio ē ꝙ qui cū euangelio
obſeruant legalia contra mediatorem faci-
unt qui in aduētu ſuo legē adimpleuit dādo
ſibi finē imo nec ipſū ut mediatorē recipiūt
q2 facto ſuo videntur aſtruere ipſū non eſſe
arbitrum nec federatorē niſi tm̄ iudeoꝝ: ter-
tia concluſio eſt ꝙ fides xp̄i eſt omino per-
fectior uel nobilior lege moyſi.

## Quod fides xp̄i eſt lege moyſi utilior

q Uintus articulus eſt ꝙ fides ihū
xp̄i eſt lege moyſi utilior hoc col
ligitur ex uerbis apl'i infra ca. ſu-
pradicto quaſi ex quadā aromatū areola.
vbi conſequenter dicit ſic lex ergo aduerſus
ꝓmiſſa dei. Abſit Si enim data eēt lex que
poſſet viuificare uere ex lege eēt iuſticia. ſed
concluſit ſcriptura oia ſub peccato. vt ꝓmiſ
ſio ex fide ihū xp̄i daretur credentibus. ad
Gal. iij. Hic ſunt duo notanda. Primū ē ꝙ
ꝑ legē nūq̄ fuit uita anime: cuius ratio ſe-
pe dicta eſt. quia eius ſacramenta non affe-
rebant gratiam et ſic non preſtabant anime
uitam. Secundum eſt ꝙ circunciſio nō fuit

ex lege ſz ex patribus vt ſaluator dicit in Jo
hanne Diu eni ante legē fuit circūciſio inſti
tuta. qz Gen̄. xvij. Dicēdū eſt etiā. ꝙ ex cir-
cūciſione nunꝗ fuit perfecta vita. qz nunꝗ
potuit introducere hoīes vbi ē ꝑfectio vite:
Unde Jacob dixit circūciſus. Gene. xxviij
Deſcendam in infernū lugēs filium meum
Et dauid circūciſ⁹ dicit pſal. xxvij. Aſſimi-
labor deſcendentib⁹ in lacū. Item per legez
moyſi nunꝗ fuit perfecta iuſticia. Hec eniz
dicit apl'us ad ro. iij: ex opib⁹ legis nō iuſti
ficatur oīs caro. et illud ex prio ſequitur. ſi ei
per legē eēt uera vita: ac ꝑ hec et uera iuſti-
cia que ducit ad regnū in quo eſt perfectō vi
te: ad Ro. iij: Juſticia dei eſt per fidē ihesu
xp̄i ſuper oēs q̄ credūt in eū. Eſt ergo fides
ihū xp̄i lege vtilior et ꝓpterea dicit apoſto
lus: lex igitur aduerſ⁹ ꝓmiſſa dei. quaſi di-
cat ex quo euacuata eſt qn̄ iplen⁹ cepit ꝓmiſ-
ſio nūꝗ aduerſaꝛ diuīe ꝓmiſſioni. Abſit n̄
eni eſt inimica ſed cōſentanea diuinis pro-
miſſis. Uerū ē tn̄ ꝙ fides cui⁹ merito fuit ꝓ
miſſio. ē vtilior et efficacior lege quod pro-
baꝛ qz lex nunꝗ potuit viuificare nec iuſtifi
care: Si eni data eēt lex q̄ poſſet viuificare. i
vitā ſpūalē afferre. vere ſupple et nō oppia-
tiue. ex lege. i. ex operib⁹ legis eē. iuſticia qd̄
tn̄ verū nō ē. Sed cōcluſit ſcriptura. i. lex ſcri
pta cōcluſit. i. clauſa reliquit oīa. i. oēs ho-
mines tā iudeos ꝗ gentiles ſub peccato ne
minē ei a peccati carcere potuit expedire. vel
cōcluſit. i: clauſa demōſtrauit eē: per legē ei
cognitio peccati ad ro. iij. que q̄dē prouidē
tia factū ē vt ꝓmiſſio vite. ſ. et iuſticie et bn̄-
dictionis eterne ex fide ihū xp̄i n̄ ex lege ſup
ple moyſi. ꝓmiſſio dico: i. res ꝓmiſſa dareꝛ
credentib⁹. ſupple in xp̄m p; igitur ex p̄dic-
tis clariſſime ꝙ fides ihū xp̄i eſt antiquior:
ſtabilior. nobilior. et multo vtilior lege mo
yſi. Et qz tā altiſſime extolliꝛ fides ihū xp̄i
ſupra legē moyſi. Multū debēt credere xp̄i-
ani filij eccleſie de fidei ſuſceptione. multū-
q; debēt animari ad fidei ꝓmiſſionē. et ad
fidem per opera ꝓbationē et ꝑfectionē ac d̄
fenſionē. cū ex eadē excellētior ſit religio xp̄i
ana omni alia gente totius vniuerſi. quod
ꝓpter catholicorū conſolationē ex trib⁹ intē
do declarare. Prio ex pte pr̄is et matris: O
fidelis xp̄iane pater tu⁹ eſt ihūs xp̄us. ſicut
ex ꝓprietatibus veri patris declaratur. Sūt
eni veri patris cōditiones. Quarū prima ē

ꝙ pater naturaliter appetit filios generare:
deſiderat eni ſpeciē multiplicare in filijs.
Un̄ ariſto. ij. de aīa tractās de virtute gene
ratiua dicit Naturaliſſimū ē oī nature viuē
ti generare ſibi ſimile ſequiꝛ. vt eē diuiorū i
mortale ꝑticipemus. Sic xp̄s nō appetit in
fide ſua ſpūaliter generare. vt eē dei imorta
le ꝑticipem⁹ Et iō dedit eis ptātē filios dei
fieri his qui credūt in noīe eius. Joh. i. i. in
re nominis eius. Quo ordine filij dei fiāt
et qūo hec generatio nobiliſſima diſtingua
tur a carnali ſubdit q̄ nō ex ſanguib⁹. ſ. femi
ne quaſi materie. et vir quaſi formatiui In
quo humanā generationē ſm maternā et ſe
cūdū modū generādi miſerā oſtēdit. Sz ex
deo nati ſūt: ecce generatio et natiuitas ſpiri
tualis. Ut aūt ſecure credam⁹ hāc excellētiā
ſcz hominē naſci ex deo: ſubdit deū naſci ex
hoīe Ex hac eni ſuſceptione īfirmitatis ſa-
natur nr̄a īfirmitas vt poſſim⁹ dij vel filij di
fieri. et hoc eſt. Et uerbū caro factū ē. qd̄ ſu-
perius erat inferius deſcendit. Quid ergo
mirū ſi qd̄ īferi⁹ erat in id qd̄ ſuperi⁹ erat a-
ſcendit qz ſi de⁹ factus eſt homo: credi dz ꝙ
hō fiat de⁹ et ſi de⁹ hō vēit in mūdū ꝙ hō fa
ctus de⁹ aſcēdat in celū hec oīa in glo. Se-
cūda cōditio ueri patris eſt ꝙ deſiderat fili
os multiplicare ita et xp̄s deſiderat nos i fi
de multiplicare qz vult oēs hoīes ſaluos fi
eri. et in agnitionē v̄itatis. ſ. ſue fidei venire
vt p; infra et. i. ad Thimo. ij. Sed hāc mul-
tiplicationē filiorū nō appetit ihūs ꝓpter d̄
fectibilitatē ſue nature. ſicut eſt in puro hoīe
q̄ qz nō pōt ꝑmanere in ſeipſo cū ſit corrup
tibilis deſiderat ꝙ conſeruetꝛ in ſuo ſili et ſic
ꝑpetueꝛ generatio. Sed vult ihūs xp̄s paꝛ
i hāc multiplicationē filiorū ꝓpter bonitatē
ſuā quā vult quātū in ſe ē cōicare oīb⁹ Ter
cia cōditio veri pr̄is ē ꝙ ad filiorū genera-
tionem tranſfundit de ſua ſubſtātia ſuā na
turā ſpecificā tn̄ nō minuit. Sic dei fili⁹ ihe-
ſus xp̄us vt et nos filios dei faceret ſine ſui
diuine nature innouatione ſeipſū nobis d̄-
dit. Quarta conditio veri patris ē ꝙ filios
tenerrime diligit. vnde ſepe ſibipſi neceſſa-
ria ſubtrahit vt filios ſuos paſcat. Sic xp̄s
vt dicit aplus. ij. ad Cor. viij. cū eēt diues
factus eſt egenus ꝓpter nos. et maxime pa
ter illū filiū diligit quē ſibi magis ſimilē ꝯ
ſpicit. et in ipſum intuitū figere cōſueuit. q̄a
vbi amor vbi oculus. Sic xp̄s magis eum

diligit,qui ei per ſimilitudinē grē mag ap
propinquat. Hic diligenter attēde ꝙ ꝗuis
generaliter oēs xp̄iani filij dei nominenꝑ ex
eo ꝙ credūt ihūm xp̄m eē uerū filiū dei ſic
dictū eſt: illi tamē ꝓprie imo illi ſoli poſſūt
dici filij dei. quibꝰ dicere pōt xp̄s. hic eſt fi-
lius meꝰ dilectꝰ in quo mihi bn̄ cōplacuit.
Mat. iij. Iſti ſunt illi q̄ nō ſolū ore ſe cōfitē
tur xp̄ianos. Sʒ corde credūt et opibꝰ oſten
dūt. De malis aūt xp̄ianis quales inter ce-
teros. ſunt illi qui obſeruāt legalia cū euan
gelio cōquenꝑ xp̄s dicēs. Filios enutriui et
exaltaui: ipſi aūt ſpreuerūt me. Iſa. i. Qui
ei deberēt eē filij xp̄i ſunt hoſtes criſti. Et ſic
patet dignitas religōnis xp̄iane ex parte pa
tris qui eſt ihesus criſtus deus et homo ha
bēs conditiones ueri patris. Oſtenditur eti
am dignitas religiōis xp̄iane ex pte matris
Sed dicēs q̄ eſt iſta mr̄ nr̄a. Rn̄det aplus
ꝙ illa q̄ ſurſū ē hierusalē ē mater noſtra ad
gal. iiij. qō vt intelligere valeamꝰ recitat Se
neca libro. iiij. declamationū. declamatiōe
ij. Secūda de quodā q̄ mortua vxore que i
ptu perierat ſtati duxit aliā. et puerū prime
miſit ad alēdū ad villā quādā extra ciuita-
tē. et ex alia vxore ſtatim aliū hūit quē miſit
etiam ad villā eodē mō alendū cū primo.
Poſt multū vero tēporis redierūt pueri per
omia ſimiles. Licʒ ei ſecūdꝰ eēt minoris eta-
tis ꝙ primꝰ qꝛ forte viiꝰ anni. nihilominuſ
tn̄ tantꝰ erat ſecūdꝰ quātꝰ erat primꝰ ſicut ml'-
totiēs accidit et forte vterqꝫ pri₃abat in cor
pore et facie. querēte aūt matre quis eorum
eſſet filius ſuꝰ noluit ei dicere pr̄. et ideo ipa
flente et filij uidētes mr̄eʒ ſiue nouercā flen
tē flebāt. et forte vterqꝫ ipo₂ timebat ne eēt
preuignus. quos pr̄ alloq̄r dicēs: Quid fle
tis o pueri nō iop₃ timere nouercā. lites ſunt
inter me et vxorē nō iter uos. dimittatis ea₃
facere mecū qꝛ nō indicauit quis eēt filꝰ ſu
us dubitās ꝙ ſi ſciret nō hēret curā niſi de
filio ſuo et nō de filio alterius matris. Ita-
qꝫ ſic remanēte in dubio curā gerebat vtriuſ
qꝫ equalē. Spūaliter ꝑ iſtū patrē intelligi-
mus xp̄m qui hʒ duos filios. vnū de matre
mortua i ptu. hec ē mala cōſcia que cōcepit
dolorē et pepit iniquitatē. pſal. vij. que in ꝑ
tu moriꝑ Ge. xxxv. cū pturient Rachel ob
difficultatē ptus pidītaretur peperit filium
nomine benoym. q̄ in noſtra lingua ſōat pri
cipiū doloris mei. ps. xlvij. ibi dolores vt ꝑ
turiētis. Alia vxor ē cōſcia bōa que hʒ filiū
ſcʒ iuſtū et bonū virū qui a deo in villa iſtiꝰ
mūdi equaliter nutriꝑ cum malo: Math. v.
Pluit ſuper iuſtos et iniuſtos: et ſolē ſuum
oriri facit ſuꝑ bonos et malos et ābo ſunt
in eccleſia que ē nouerca malorū et maꝑ bo
norū tn̄ ignorat quis ſit ſuus filꝰ vel preui-
gnus. q̄s ſit iuſtꝰ vel iiuſtꝰ explicite in gratia
dei. qꝛ vt habeꝑ Eccl's. ix. Nemo ſit vtrū a-
more vl' odio dignꝰ ſit. plorat ante regē Sa
lomonē maꝑ. iij. Regū. iij. vt filiū nō mor-
tuū in peccatis ſed viuū i grā cognoſcat. qō
pater noſter ihūs xp̄s occultat ne peccator
ſine nutrice maneat et mr̄e. Rixāꝑ filij quoſ
pr̄ cōſolatur. qꝛ ꝓ maiori utilitate vtriuſqꝫ ꝑ
tis facit. qꝛ boni per admixtōem malorum
ſunt in maiori merito. et mali citiꝰ poſſunt ꝯ
uerti. qꝛ ſm Aug. malꝰ ideo viuit vt vel cor
rigaꝑ: ul' ut per eū bonꝰ exerceaꝑ. ſic ergo iſta
mater noſtra eccleſia catholica equaliter i ꝓ
ſenti nos nutrit. et miro amore filios ſuos
amat dicēs. Iſa. xlix. Nūq̄d obliuiſci pōt
mater infantē ſuū vt nō miſereaꝑ filio vteri
ſui. et ſi illa oblita fuerit. ego aūt nō obliui-
ſcar tui. Ecce ergo excellēnā noſtram ex pte
matris. qꝛ non ſumꝰ ancille filij ſed libere.
ad gall. iiij. Hec mr̄ qn̄ erūt cōplete iniq̄ta-
tes amorreorū. vt Gen̄. xv. et augmētata vſ
qꝫ ad meſſē frumenta. vt Jo. iiij. i. virtutes
bonorū tūc manifeſte cognoſcet quis eſt fi-
liꝰ ſuꝰ legittimꝰ. i. populꝰ xp̄ianꝰ qꝛ tūc ſnīa-
bit verꝰ Salomō. i. ihūs xp̄s oſtēdēdo ma
trē noſtrā et filiū. Dicēs āgelis ſuis illō: iij.
Regū. iij. date huic infantē viuū. hec eſt eni
mater eiꝰ hec eſt que ſurſū ē ihieruſalē que eſt
mater noſtra. et ſic patet excellētia religiōis
xp̄iane ex pte patris et matris. Secūdo oſtē
ditur dignitas religionis xp̄iane ex pte here
ditatis. qꝛ ſibi debetur ſuprema hereditas:
cui nulla ſimilis excogitari pōt. i. Cor. ij. et
Iſa. lxiiij. ex quo arguiꝑ nobilitas heredis
hāc aūt hereditatem nobis inſinuat. b. pau
lus ad Ro. viij. Si filij et heredes. heredes
quidē dei. i. viſionis diuine in qua conſiſtit
btitudo q̄ eſt ſtatꝰ oim bono₂ aggregatōne
ꝑfectus ſm boetiū li. iij. pſa. ij. Coheredes
aūt xp̄i. ad Ro. vbi ſupra. i. ſimul heredes
cum xp̄o cuius hereditas eſt eē glorioſum i
corpore et anima. ita et omnes filij ſui erūt
glorioſi cū eo in corpore et anima. nec volu
it pater noſter xp̄s ꝙ ſua electa hītatio voca

retur ſynagoga ſed eccleſia. dicēs Petro ſu
per hāc petrā edificabo eccleſiā meā. Math
xvi. qͦ duplici ratione factū eſt. Prima vt
fieret diſtinctio inter iudeos et xp̄ianos Nō
enim videbatur rationabile vt locus ſiue
habitatio chriſti vbi ſuos filios debet here
ditare noīe iudaico nominaret. Secūda rō
ē ꝓprietas vocabulorum. quia ſicut ſyna-
goga grece aggregatio dicitur latine. Sic ec
cleſia grece latine cōuocatio dicitur et quia
xp̄iani cōuocati ſunt. ideo a cōuocatione ec
cleſia dicta eſt. Congregatio enī eſt pecoruꝫ
et beſtiarū cōuocatio uero hominum et ſm
hoc iudei et quecūqꝫ alia hominū congrega
tio quales ſunt ſarraceni beſtijs cōpāt xp̄ia
ni vero hominib⁹. Quanta ergo ē differen-
tia beſtiarū ad hoīes tāta eſt iudeoꝝ et alio
rum īfideliū ad xp̄ianos qꝛ illi cōgregant̄ur
illi conuocātur. vt notat btūs Iſid. xi. ethi-
mol. In illa ergo celeſti habitatione. ſcꝫ ec-
cleſia triūphāti hereditas illa beatifica po-
pulo dabitur xp̄iano. Et nota ꝙ gloria cele
ſtis que ē illa hereditas ex ꝓprietate natura
li nulli debetur niſi ſoli deo hominib⁹ autē
ex cōditione naturali debetur ſolum terra.
Geñ. ij. formauit deus hominē de limo ter
re. qͦ cōfirmās dauid in pſ. cxiij. dicit celū
celi domino. i. glīa celi domino terrā autē ď
dit filijs hoīm. Si ergo glīa ex cōditione na
turali nulli debetur niſi ſoli deo. quō ergo
populo xp̄iano datur ꝓ hereditate Rñdeo
ꝙ ex ſola dei ꝓmiſſione. quia ſi deus eaꝫ ꝓ
miſit alicui cū non poſſit mentiri nec falli. ſi
ꝓmiſit certiſſime dabit. Modo videam⁹ cui
ꝓmiſit populo illā nō iudeis cū nō poſſint
oſtēdere in tota lege moyſi ꝙ de⁹ eis ꝓmiſit
gloriam paradiſi. Nec agarenis quib⁹ ꝓmi
ſit machomet⁹ gloriā porcorū et aſinorum.
vt videbitur. li. iiij. ſꝫ ſolis xp̄ianis de⁹ ꝓmi
ſit gloriā ſuā. qͦ pulcerrime declarat ſanct⁹.
Vincēti⁹ in quodā ſermōe ꝑ ſimilitudinem
regis habētis vnicā filiā dilectiſſimā q̇ con
duxit tres ſeruos. vni ꝓmiſit optimā ꝓmiſſi
onē. alteri. xij. aureos pluresqꝫ pecunias. ter
cio vero ꝓmiſit filiā cū regno ſi bene ſibi ſ-
uiret. Modo queritur cui iſtoruꝫ debet̄ filia
regis. et quis poterit legitime eā petere cer-
tū ē ꝙ nec prim⁹ nec ſecūd⁹: ſꝫ terci⁹ ex ꝓmiſ-
ſione licet nō ſit dign⁹ eā habere. tamē quia
ſibi ex ꝓmiſit pōt eā petere. Ita i ꝓpoſito.
iſte rex nobilis ē ille de quo Apo c. xix. Rex
regū et dñs dominantiū. et vocabit̄ nomen
ei⁹ verbū dei. filia pulcra quaꝫ hꝫ eſt gloria
celeſtis ita ē pulcra ſm Aug. ꝙ ſi ibi liceret
ſtare niſi vnius diei mora innumerabiles ā
ni hui⁹ vite pleni delitijs cōtēnerentur. Iſte
rex cōduxit tres ſeruos. ſ. populos. Primo
populū iudaicum in exitu egypti et in mōte
ſynai Moyſes fuit curſor et notari⁹ hui⁹ cō-
ductoris. et iſti populo ꝓmiſit ꝓmiſſionem
ecce quid dicit inſtrumētū ſi in preceptis me
is ābulaueritis: et mandata mea cuſtodieri
tis dabo vobis et cetera. Leuit̄. xxvi. et Deu-
tro. xviij. vbi nihil explicatur niſi promiſſio
bonorū tp̄aliū vide ibi. Qñ ergo iude⁹ mo-
ritur lꝫ ſeruauerit legem Moyſi totaliter. et
vixerit in illa ſanctiſſime ſi dici pōt non pōt
a deo petere gloriā paradiſi. qꝛ reſponderet
ſibi de⁹. O miſer tu petis filiā meā: et nun-
quid nō ſolui iā tibi qͦ ꝓmiſi. et ſic cōſeqñ
ter proijcatur iudeus in infernū. Tercio con
duxit agarenorū. Et licet vn⁹ agaren⁹ vixe-
rit hic beatiſſime. et fuit miſericors. caſt⁹ et
cetera non poterit in morte ſua petere filiam
ſummi regis. Videam⁹ pactū ꝙ fecit de⁹ cū
eis. Ipſi enim deſcendunt ab abraham per
Iſmahelē filiū eius. et ideo dicūtur Iſma-
helite et per Agar āncillā. ideo dicūtur agare
ni Iudei vo deſcēdūt ab Abrahā ꝑ ſaraꝫ.
ideo debēt dici ſaraceni. Iſmaheli patri Iſ
mahelitarū promiſit deus dicens abrahe:
Super hiſmahel qꝫ audiui te Ecce benedi-
cam ei et augebo eum valde. xij. duces gene
rabit. ecce. xij. floreni et faciem illum creſcer̄
in gentē magnam. Ge. xvij. Iſta promiſſio
eſt iam impleta. vt pꝫ. Ge. xxvi. vbi nominā
tur illi. xij. duces Quādo ergo ille agarenuſ
moritur ſi voluerit petere gloriā paradiſi re-
ſpondebitur ei vt iudeo et ſic proijcatur in in
fernum Modo videamuſ quid promiſit po
pulo criſtiano non bona temporalia imo di
cit ꝙ deſpiciam⁹ illa. et vult ꝙ habeam⁹ hic
labores infirmitates et miſerias. Sed ſi be
ne ſeruiuimus ſibi promittit ne bis dare fi-
liam ſuam cum regno ſuo quatuor euange
liſte quaſi quatuor notarij fecerunt de iſta ꝓ
miſſione inſtrumentum. Teſtes ſunt. xij. ap
poſtoli. et. lxxij. diſcipuli ecce clauſula iſtru-
menti. Quicūqꝫ fecerit voluntatem pr̄is mei
qui in celis eſt ipſe intrabit in regnū celoruꝫ
Mat. vij. et ideo quando xp̄ianus vixit ſe-
cundum voluntatem dei i patia et bōa vita



SEVILLA

moritur. Dicit ſibi xp̄e: quid vis reſpondet. Domine ego ſeruiui vobis vellem hereditatem quā mihi pmiſiſtis Reſpice inſtrumētum licet non ſum dign⁹ peto gloriā paradiſi. tunc xp̄us dat promiſſum .ſ. gloriam ſuā Ecce ergo qualiter nullus pōt habere hereditatem glorie paradiſi niſi ſolus populus xp̄ianus qꝛ iſtū populū elegit deus vt daret filiam ſuam cū regno. vnde dicit Iſa. li. Audite me qui ſequimī quod iuſtū eſt et q̄ritis dn̄m. Attēdite ad petrā vnd' exciſi eſtiſ ſcȝ ad xp̄m a quo xp̄iani et cauernā laci d' q̄ precīſi eſtis. hec ē cauerna vulneris lateris. Attēdite ad abrahā patrem veſtrū per fidē et ad ſarā que peperit vos. quia ad vnū vocaui eū .ſ. ad pactū promiſſionis filie et benedixi et multiplicaui eū. Quarto oſtendit dignitas xp̄iane religionis .ſ. eē filium dei et heredem ex angelico teſtimonio qꝛ intelligens angelus predictam excellentiā non ſuſtinuit a Iohanne adorari. Apocal. xix. ait eni Iohā. Cecidi ad pedes angeli vt adorarem eum et dixit mihi vide ne feceris. cōſeruus enim tuus ſum et fratrum tuorū habentium teſtimonium iheſu deum adora. Cecidit Iohānes ad pedes angeli vt adoraret eum. non tamē ſicut creatura creatorē ſed ſicut ſeruus vehementer ac cū ſeruili ſubiectione honorat dominum ſuum creatum. Nempe angelus in veteri teſtamento ſuſtiēbat ſic ſe ab homine adorari. quod tamen non ſuſtinere hic. imo manifeſte prohibere videtur propterea ſequitur. et dixit mihi. vide ne feceris ſcȝ taliter reuerentiam mihi. Cuius cauſam ſubdit dicens: Conſeruus tuus ſum .i. tecum. et ſicut tu ſum ſeruus eiuſdem dei et domini iheſu chriſti. Et ne credatur ꝙ reſpectu ſolius Iohānis propter ſingularem preexcellentiam eius hic diceret et non de omnibus xp̄ianis qui xp̄i ſunt ſerui. ideo ſubdit. et fratrum tuorum habentium teſtimonium ihū xp̄i .i. qui perfecto corde confitentur ac teſtificantur iheſum criſtū eſſe verum deum et dominum vniuerſorū atqȝ hominum redemptorem et ſaluatorē Et ideo merito fideles xp̄iani cōfitētur iheſum xp̄m verum filium dei cuius ī ſunt filij per gratie adoptionē. qui tam cbarā matrē dedit eis et tam excellentē hereditatē pmiſit et conſeruos eorum angelos fecit. Et ſic patet ex predictis .v. articulis excellētia fidei catholice ac etiam religionis xp̄iane:

Qd' lex moyſi ceſſauit eſſe lex.

Sextus et vltimus articulus eſt ꝙ lex moyſi iā nō ē lex. ſȝ ꝙ ceſſauit eſſe lex. Hoc ēt cedit ad oſtendendū maiorē excellētiā legiſ noue ſiue fidei criſtiane vt ipſa ſola iā dicať lex dei In preſenti articulo erūt quatuor pūcta pricipalia. Prim⁹ erit oñdere quō iudei iā non habēt legē. Scd's erit oñdere quō pp̄ter arcūaſionē qua vtūtur iudei ſp̄ ſunt in maiori ira dei et abhoīatione. Terci⁹ erit oñdere quō oīa in figura cōtingebāt illis. Quart⁹ erit oſtēdere qcūqȝ erāt ſcripta de meſſia vēturo impleta fuerunt ī xp̄o ihū ſaluatore noſtro. Circa primū pūctū notandū ꝙ ratō fundamētalis quare iudei nō habēt aliquā legē et quare ceſſauit ea que primo dicebatur ſua. et que erat lex dei quā nō ſolū licitū erat non ſoluere ſed ad obſeruandā eā obligabanť. et iam nō ſunt obligati ad ſeruādū imo obligātur ad nō ſeruandū. qꝛ ceſſauit eſſe lex dei pdita virtute que prio in ea erat q̄ ideo pdita fuit. qꝛ facta fuit mutatio ī ſubſtātia et natura veritatis quam ſignificabat ſcriptura qd' declaratur ſeptē paſſib⁹. Quorum prim⁹ eſt ꝙ lex iudeorū preter ea ad q̄ prio obligabantur ipſi et omnes alij homines per legem nature ſcriptā non in tabulis lapideis nec cartis papiri vel pgameni .ij. Cor. iij. ſed vt homo nō excuſať ab ei⁹ obſuatione ſcripta in cordib⁹ vſqȝ ad illud tempus erāt certa mādata per que regi debebāt vſqȝ ad aduētū meſſie qꝛ ad hec mandata nō erāt obligati alij homines quorū durante lege moyſi multi fuerūt ſalui ſeruādo legē nature ſed fuerūt obligati iudei de quorum ſemine erat naſciturus meſſias quē audire debebant ſicut moyſen Deut. xviij. et ī quo debebat eē bn̄dictio omniū gentiū. Gen. xij. que ēt debebat dare teſtamētū nouū non ſimile teſtamento priori. Iere. xxxi. Itē qui debebat eſſe dux et preceptor gentium ordinatus per deum qui eēt lux earum. Eſa. xlij Secūd⁹ paſſus depēdens a primo eſt ꝙ lex moyſi principaliter attendebat aduētū meſſie rōne cuius elegit deus iudeos pro ſeipſo populum peculiarē et dedit ei legem mandata et ſacramenta vſqȝ ad tempus correctionis poſita et ordiata. ad hebre. ix. Item ſe

cit pro eis multa miracula. que et alia mul-
ta non fecit nationib⁹ gentium. ſed permi-
ſit ꝙ regerentur gentes ꝑ ſuum liberum ar-
bitrium ſm ꝙ eis videretur. Tercius paſſ⁹ ē
ꝙ qñ talem diuiſionē fecit deus ſcʒ iudeorū
et gētilium habentem principium in perſōa
abrahe duo fecit: primo obligauit ſe. ſecun-
do dedit ſignū principale. fuit obligatio ꝙ̄
deus fecit abrahe et alijs patrib⁹ ꝙ de ſemi
ne eorū naſceret̄ meſſias qui eos d̄ebat do
cere et dirigere eorū opera et eos redimer̄ et
in ſua gratia exaltare ſuper omnes gentes q̄
non crederent in eū. Secūdo vt eſſet notifi-
cata differentia hui⁹ populi peculiaris ab
omnibus alijs que propria differentia eſſet
principaliter et ſtaret i fide. ꝙ de ſemie abra
he d̄eberet naſci ſaluator mūdi quod alij po
puli ex quo eis non erat dictū non credebāt
quia ad Romanos. x. fides eſt ex auditu
credendo id quod aliquis audit ꝓpter auc-
toritatem dicentis intelligendo ꝙ talis eſt
verax et potens facere quod dicit. Hec fides
cum ſit virtus non corporis ſed anime per
ſeipſam non apparens extra dedit de⁹ abra
he circunciſionem in ſignum ꝙ illi in quib⁹
eſſet crederent aduentum meſſie ſic ꝙ ſecun-
dum ꝙ res prius eſt ꝙ̄ ſignum eius. prius
intelligebatur eſſe fidem in populo iudeoꝝ
et conſequenter circunciſio ſicut ſignum fidei
ſecundum ꝙ legitur de abraham. Ge. xv. ꝙ
primo credidit miſteriū et poſtea fuit ei da-
ta circunciſio ſignum iuſticie magne fidei. qñ
cōtra totā naturā credidit verbis dei Gene.
xviij. ꝙ ſara haberet filium de cuius ſemie
naſceretur ille qui eſſet benedictio gentium
propter quod abraham dictus fuit pater ñ
ſolum iudeorum ſed multarum gentium
Quartus paſſus eſt ꝙ ad ſignificandū my-
ſteria grē pertinentia meſſie qūo habebat
eos redimere ſuſtinēdo mortē et dando eis
grām ſuā fuerūt ordinata ſacrificia et mul
te ceremonie ſiue per moyſen. ſiue per dauid
et Salomonē ſtabilite. Sed et de aduentu
meſſie et de tpe in quo haberet eē. et de ope-
ribus q̄ haberet facere et de alijs rebus que
in tempore debebant accidere non ſolū mo
yſes ſed etiam oēs prophete locuti ſunt ex
pte dei. Quintus paſſus ex precedentib⁹
pendens eſt ꝙ circunciſio et lex moyſi erat ſi
cut vnum inſtrumentum obligationis iter
deū et iudeos expreſſe continens ꝙ de⁹ ha-
bebat implere. et illud quod iudei interea
habebant facere videlicet illud quod ante
legem faciebant Abrahaʒ. Iſaac et Jacob
et alij patres ſui circuncidere ſe et filios ſuos
in ſignum ꝙ de genere iudeorum meſſias
haberet eē. Itē et facere ſacrificia et ceremo-
nias ſignificāS myſteria meſſie ꝑtinentia et
ꝙ oēs eſſēt in ſpe ſui aduent⁹ diſpoſiti ad
recipiēdū ſuā doctrinā et ſua mādata. et ſic
fecerūt ſe dignos ad recipiendū grām quaʒ
eis habebat dare. ſextus paſſ⁹ ē ꝙ ſm ea q̄
dctā ſūt lex moyſi añ aduētū meſſie erat vna
obligatō plēa et vacua plēa figura et vacua
res ei⁹ plēa ꝓmiſſiōe et vacua ꝓmiſſo qꝛ de⁹
ꝓmiſerat et nōdū ipleuerat ſʒ hēbat iplere ꝑ
eū ꝓmiſſū i aduētu meſſie et i ſignū ꝙ illud
hēbat iplere ſicut dictū ē dedit eis circūciſio
nē et alias cerimonias et ſacrificia i lege ſpe
cificata q̄ oīa ex quo erāt mādata ſeruari ſic
ſigna et figuras illi⁹ qđ hēbat eē in aduētu
meſſie erāt ordinata vt fierēt tpe certo ergo
āteꝙ̄ iplerent̄ ꝑdictū tp̄s erat i lege virt⁹ obli
gatio facta durās vſqʒ ꝓmiſſū eēt ipletum.
Vñ qꝛ lex erat vacua et plena reqrebat iple
ri illo quo erat vacua et euacuari illo quo e-
rat plena. ſm ꝙ ē qđcūqʒ inſtrm obligatōiſ
ꝑ qđ aliqs ꝓmittit alteri dare ei vel facere a-
liquod magnū quid talis obligatio ante ꝙ̄
impleat promiſſum eſt plena et vacua. va-
cua quia non eſt adhuc datum uel factum
quod promiſſum eſt plena ſpe et virtute qꝛ
talis obligatio dat ius illi cui facta eſt vt
poſſit petere et compellere promittētē vt ad
minus cōqueri de eo ſi in tpe qđ aſſignauit
nō impleuit promiſſum. ita ꝙ ꝙ̄tū ē vacua
promiſſio tantum eſt plena ſpe et veritate et
iure ad petēdum et requirendum obligatuʒ
vt impleat promiſſum. Septim⁹ paſſus eſt
ꝙ predictis intellectis quicūqʒ poteſt per ſe
ipſum cognoſcere ꝙ ſi talis obligatio eſt ve-
ra ꝙ ſubſtantia et natura veritatis dato ꝙ
notificetur per ſcripturam non eſt in eo qđ ē
intus ſed quod principalius eſt in eo quod
eſt extra ſalicet in actu qui tranſit quo vnus
ſe obligauit alteri et in actu futuro qui ē ad
ipleri promiſſum: ꝙ̄tum ad primum actuʒ
non poteſt haberi mutatio. quia nec de⁹ cuʒ
tota ſua poteſtate poteſt facere quod preteri
tum ſit non preteritum. licet potuit facere ꝙ
non tranſiret. Sed ex quo non tranſiuit et tā
in ſe ē nihil et ꝙ nō tranſierit etiam eſt nihil

Dicere ꝙ deus pōt facere ꝙ preteritū nō ſit
preteritum ē tātū ſicut dicere ꝙ deꝰ ex nihi/
lo facit nihil quod nullū ē poſſibile. nec pt
intelligi quomodo ex nihilo fiat nihil. Et
ideo exquo actus primus obligationis iaꝫ
tranſiuit et ille non poteſt mutari ꝙtum ad
talem actum obligatio ſemper eſſet uera
Sed qꝛ talis actus fit principaliter propter
id quod futurum eſt. qd̄ eſt adipleri promiſ
ſum ſi obligatio ē vera vel non attendit̄ ad
ſecūdum quod eſt finis ipſius videlicet ſi ē
impletum vel non quod fuit promiſſum qꝛ
in ꝙtum non fuerit impletum quia ſubſtan
tia et natura obligationis nō eſt mutata lꝫ
tranſiuerit tēpꝰ ſemꝑ manet obligatio ī ſua
veritate et firmitate. immo plus firmat̄ q̄n
to āplius tranſit de tempore in quo debe/
bat impleri promiſſum exquo illi cui facta
fuerat obligatio accreſcit plus de iure et vir/
tute ad illud petēdū. Non ſic certiſſime ē q̄n
realiter fuit ſolutum promiſſum. qꝛ ſtati ip/
ſo facto ſcriptura obligationis ceſſat eſſe ve
ra quia iam eſt mutata ſubſtātia et natura
veritatis impleto quod in ea primo erat va
cuum et euacuato. illo quo primo erat ple/
na: Primo enim erat plena iur̄ et virtute ad
petendū ꝓmiſſum et ad faciendum res or/
dinatas quouſqꝫ eſſet ſolutum debitum. ſꝫ
quando eſt ſolutū promiſſum. ſcꝫ qd̄ poſtꝙ
eſt ſolutum non pōt iuſte petere ſicut primo
ſic non pōt facere res ordinatas ſeruari quo
uſqꝫ ſit ſolutum debitum. Et ideo perdita
virtute manet vacua iure quo primo erat ple
na: qꝛ impletum fuit quod in ea erat vacuū
non potentibus ſtare iſtis duobus ſimul. ſ.
ꝙ vera obligatio reſpectu vnius et eiuſdem
rei ſit plena et vacua. Sed quantum imple
tur ex vna parte tantum euacuatur ex altera
vnde ſi ſoluitur pars debiti iam deficit ſibi
pars iuris quod ſibi primo pertinebat. nō
potens iuſte petere ſiue paucum ſiue multū
quod iam ſolutum eſt. Verūtamen in ſcri/
ptura obligationis nihil mutatur: quia ipſa
ſtante clauſa ī archa nec raſa ſcriptura nec cā
cellata nec ſcripta in ſpatulis ſolutione fac/
ta per ſolum actum ſolutionis mutata ſub/
ſtantia perdit veritatem et virtutem ſuam q̄
primo erat in ea exqua primo erat plena. et
ſufficit ꝙ ille vel alter notarius vel ſine nota
rio fideles perſōe dent teſtimonium eē fac
tam ſolutionem. Et ſi non eſſet quiꝫ de ſolu
tione facta daret teſtimonium: ſufficit teſti
monium qui eſt deus cui nihil occultatur prop
ter quod ſoluto iā debito eſt falſa illa que
prio erat vere obligatio quia fuit facta mu/
tatio in ſubſtantia et natura in qua erat pri
cipaliter veritas eiuſdem ex iſtis ergo expli
catis paſſibus ſiue rationibus tam clare ſi
cut ſol lucet manifeſtatur iudeos non habe
re legem aliquam. exquo eſt impletum qd̄
eis per deum fuit promiſſum. ſ. aduentus
meſſie. propter quod fuit in ea impletū qd̄
erat vacuum. et euacuatum illud quo prio
erat plena: Et iſtis terminis vſus eſt ih̄us
xp̄s loquens de iſta materia quando dixit
nolite cogitare ꝙ ego veni ſoluere legē. vult
dicere frangere eam vel facere contra eaꝫ. nō
veni ſoluere eam ſed adimplere. Mathe. v.
Eiſdem verbis vſus eſt Luce. iiij. quando
in ſynagoga nazareth aperto per eum li.
Iſaie ſcriptura que occurrit in aperiendo e/
rat. Spiritus domini ſuper me ad euange/
lizandum pauperibus miſit me et cetera:
Iſa. lxi. Et cum cediſſet et oculi omniuꝫ exi
ſtentium in ſynagoga eſſent intenti ad illud
quod diceret dixit Hodie eſt ipleta iſta ſcri/
ptura in auribus veſtris. quia ipſemet erat
ille de quo loquebatur Iſaias et ſic anteꝙ
ipſe veniret illa ſcriptura erat vacua. ſed quā
do miſſus per ſpiritum dei predicabat ſta/
tim fuit plena et completa ſimiliter dixit.
Petro quando volendo eum defendere ꝙ
non caperent eum iudei abſcidit auriculam
vnius illorum. An putas quia non poſſuꝫ
rogare patrē meuꝫ et exhibebit mihi plusꝙ
xij. legiōnes angelorum. quomodo ergo im
plebuntur ſcripture. Math. xxvi. Item tem
pore quo habuit mori quia nondum erat i/
pletum dictum dauid. pſal. lxvij. Et in ſiti
mea potauerunt me aceto: vt adimpleretur
cum dixiſſet Sitio. dederunt ei bibere acetū
felle mixtum conſequenter dixit: Conſum/
matum eſt. Ioh. xix. Et poſt reſurrectioneꝫ
ſuam oſtenſis manibus et pedibus que fu
erant plagata et latere aperto dixit eis. hec
ſūt verba q̄ locutꝰ ſū vobis q̄n erā vobiſcū
ꝙ oportebat ipleri oīa q̄ erāt ſcripta ī lege
moyſi et ꝓphis et pſalmis d̄ me. Luce. vlti:
Dixerat eis hec anteꝙ vltia vice aſcēderet ī
ihr̄l'm ꝙ implerent̄ ſcripture. cū ꝓditori tra
deretur principibus ſacerdotum et condem
natus per eos ad mortem ipſi darent eum

gẽtibus vt flagellarẽt cũ et crucifigerent et
occiderent et ꝙ ipſe reſurgeret tercia die.
Math.xx. Marci.x.et Luce.xviij. Ergo ex
quo oẽs iſte auctoritates ſũt ꝙ omnia ſcri-
pta in lege moyſi in ꝓphetis et in pſalmis
cõplerent̃ et iplerẽt̃ i morte et in reſurrectiõe
ihũ xpi.cũ id qḋ ẽ impletũ et plenũ nõ iplea
tur manifeſte itelligit̃ ꝙ ſcripture veteris te
ſtamẽti erãt vacue quouſ ꝗ p ſeipm̃ eas im
pleuit ihũs xp̃s.et ꝓpter hoc ip̃e iuſte loq̃-
bat̃ qñ diſcipulis ſuis dixit. Math.v.ꝙ nõ
cogitarẽt ip̃m veniſſe ad ſoluẽdũ legẽ. q2 ñ
venerat ad faciẽdũ contra eã ſed implendũ
eã. Plus eſt ꝙ̃ cec⁹ qui nõ intelligit ꝙ ille q̃
ſoluit illud ad quod erat obligat⁹ exquo im
plet obligationẽ in quo erat vacua ꝙ ſoluẽ
do debitũ frangit obligationem.nec facit ꝯ
tra eam quando ip̃e finit complet et perficit
finem ad quem obligatio fuerat facta. Sed
hoc bene ſequitur ꝙ exquo implet illud ſol
uendo promiſſum ꝙ facit eam vacuam iu-
ris et virtutis quo illi cui erat facta obliga-
tio primo pertinebat etiam ſi circa ip̃m per-
maneat ſcriptura obligationis ſine mutati-
one aliqua ꝙ̃tum ad litteram exquo ſoluto
debito eſt mutata ſubſtantia et natura veri
tatis que faciebat obligationem primo eſſe
verã. Qui attẽde cõſiderare voluerit ſupra-
dictas rationes clare poterit intelligere ꝙ̃ i
iuſte vel ſi dixero inſipienter non mentiar.
Agareni imponunt fidelibus ihũ xpi non
eſſe criſtianos quia non ſe circuncidunt et
quia non ſeruant ſabbatum.et quia non fa
ciunt paſcha agni ſicut fecit iheſus criſtus vel
quia comedunt carnes porci quod ipſe non
fecit ſi probaſſent ꝙ poſt ꝙ̃ ipſe ſoluit p euz
promiſſum ad abraham et alios patres ip̃e
fecit predicta haberent aliquem colorem. ſ3
ꝙ poſtea non deberet facere etiam ſi groſſiſ-
ſimus eſſet ingenio quilibet homo illud po
teſt intelligere ꝙ exquo predicta et alia mul
ta habebant curſum ſuum ante ꝙ̃ promiſſio
eſſet impleta omnibus contingentibus iu-
deis in figuram vt infra videbitur.et ſic de-
bebant dimittere ea cum veritas veniret.ſi-
cut figura imaginis quando eſt iam depic-
ta et finita ceſſat. Sic eſt de figura domus q̃
ceſſat quando ipſa eſt facta. Unde quia cir-
cunciſio et alia plura in magnum myſteriũ
per ipſumet deum erãt data ſicut pro pigno
re quouſ ꝗ eſſet ſolutum debitum.ip̃emet q̃

habebat ſoluere eas ſeruauit. Sed ſi p⁹ mor
tem ſuam quando dixit. Cõſummatum eſt
Joh.xx.vult tantum dicere iam ſunt reple-
ta omnia myſteria ipſe ſeruauerat quod ip-
ſe ſeruauit ãtea ſcilicet ꝙ celebraſſet paſcha
agni ordinatum ipſis iudeis in figuraz ſue
mortis que habebat fieri et ſic de alijs figu
ris eo ipſo ꝙ dederat intelligi deum non cõ
pleuiſſe quod promiſerat ſuis patribus. ſã
ctis patriarchis.regibus et prophetis ꝙ ha
bebat eos redimere et liberare de poteſtate
dyaboli. et cum eſſet preteritum tempus in
quo debebat impleri.quid aliud erat ſerua-
re legem moyſi ſicut prius niſi dare teſtimo
nium deum non eſſe verum. Exquo in tem-
pore per eum aſſignato non impleuerat per
eum promiſſum. Et quod plus eſt cũ ma-
ior et principalis promiſſio dei eſſet ꝙ de⁹
habebat filium ſuum dare in mortez pro ſa
lute illorum et totius mundi cum ipſemet
fuiſſet mortuus dabat vel poterat dare teſti
monium ꝙ non fuiſſet mortuus ſ3 ꝙ debe
bat mori iterum.et ꝙ vna vice vel pluribuſ
ad minus,quolibet anno ſemel ſicut ſumm⁹
ſacerdos quolibet anno intrabat ſemel in
ſancta ſanctorum cum ſanguine ſacrificij.
Hebre.ix.figurando ſacrificium quod erat
multo maioris dignitatis et excellentie cuz
maiori efficacia et complemento.ſanctificã
te exiſtentes in peccato ꝙ̃ ſanctificaret ſan-
guis hyrcorum et thaurorum que erant pri
cipalia legis Moyſi ſacrificia ſignificantia
mortem que habebat eſſe filij dei in cruce ꝓ
pter ſalutem totius mundi.ꝙ non pluribuſ
ſed vna vice ſolum ſemel habebat impleri fi
lio dei exiſtente.vno ſolo et non multi. Et
cum ipſe eſſet homo natus de genere iude-
orum et ordinatio eſt homines ſemel mori
Sic filius ſolum ſemel et non pluries debu
it mori. Qui ſi ſeruauerat ſicut prius legẽ
Moyſi declarat intelligere ꝙ non erat mor
tuus ſicut a deo patre ſuo acceperat manda
tum.erat iſte honor quem iheſus filius vir
ginis et dei debebat patri ſuo per actus ſu-
os dare continue teſtimonium ꝙ deus pa-
ter ſuus non erat verax.exquo non impleue
rat per ipſum promiſſum. Altior pro certo
in eo erat reuerentia ad patrem quia ſtan-
do in cruce cum ſummi ſacerdotes et alij ho
mines ſtantes iudei promittebant ꝙ crede
rent in eum ſi deſcẽderet de cruce cõtinendo

gloriam et honorem ei promiſſū q̄ a patre
acceperat mandatum ponendi aïaꝫ ſuā mo
riendo cum eſſet ei leuius deſcendere de cru
ce viu⁹ ꝙ̄ poſt mortem reſurgere de ſepul-
chro factus obediens patri vſqꝫ ad morteꝫ
voluit plus implere ꝙ̄ erat iudeis promiſ-
ſum per deum complendo obligationem
eis datā et ſic dicēte vitatē p̄dicta obligatōe
iplerī lege moyſi ī quo erat vacua et faciēdo
eam uacuam iure quo erat plena.ſ. iuris et
petitionis que cōpetebat iudeis quouſqꝫ eſ
ſet impletum promiſſum quod ius fuerat
eis datum cum multa ſolēnitate qua ma-
ior altera eſſe non pōt nec cogitari quando
promiſſum pro ſe factum confirmauit de⁹
iurando per ſeipſum cū non poſſet intelligi
aliquod maius per quod iuraſſet. vt Gen.
xxij. et Exo. xxxij. ſicut homines quando
debite et iuſte iurant per rem quam cogitāt
maiorem eſſe ſeipſis uel per rem quā magiſ
amant. Et ideo non potuit dare maiorem
firmitatem deus ſue promiſſioni ꝙ̄ iurādo
per ſeipſum. Et ut intelligeretur ꝙ ſine aliq̄
dubitatōe volebat illō iplere ſicut primo iu
rauerat abrahe replicauit iuramentū facien
do eandem promiſſionem ipſi dauid cum
iuramento firmatam: Et illud quod in hac
materia eſt altiſſime contemplationis cum
deus feciſſet multas promiſſiones iudeis
et ſuis primis patribus addita expreſſe con
ditione ꝙ ipſe impleret promiſſa ſua ſi ſer-
uarent ſua mandata et perſeueraſſent in ſuo
ſeruitio. et ꝙ ſi non facerent non ſolum nō
daret eis per ipſum promiſſa. ſed ꝙ puni-
ret eos magnis penis dando eos in pote-
ſtate ſuorum inimicorum et ponēdo eoſ ex
tra terram promiſſionis: Sed tamen hanc
promiſſionem benedictionis omnium gen
tium in ſemine abrahe ꝙ mitteret meſſiam
ad ſaluandum eos fecit deus ſine conditio
ne Et ulterius ꝙ cū ſingulariſſima deuotō
ne et firmum intellectu debet conſiderari
ꝙ hec fuit maior promiſſio quam fecit de⁹
maior dico et ſic pro certo affirmo. Fuit enī
magna promiſſio dei facta iudeis ꝙ libera
ret eos a ſeruitute egypti ꝙ daret eis terram
promiſſionis ꝙ daret eis in bona in ea eis
ſpecificata. Verūtamē he ſunt paruiſſime
promiſſiones in comparatione illius que ī
telligebatur ſpiritualis et principalis prop-
ter opera eorum uirtuoſa et propter obedi-
entiam et obſeruantiam ſuorum mandato
rum que erant ſatis difficilia ꝙ daret ei⁹ p⁹
hanc uitam paradiſum gloriam celeſteꝫ in
eternum durantem. que promiſſio licet in-
comparabiliter ſit maior ꝙ̄ omnes alie. q̄
omnis largitor eſt maioris excellentie et di
gnitatis ꝙ̄ ſuum proprium donum ex quo
eſt dominus eiuſdem propter quod quādo
aliquis dat aliquid de ſuo . ex quo ipſe eſt
maior non intelligitur dare ſeipſum ſed qn̄
dat ſeipſum intelligitur dare omnia ſua: Et
ideo promiſſio paradiſi non poteſt equari
promiſſioni de qua loquimur facte per deū
abrahe et alijs iudeorum patribus . hoc
eſt ꝙ promiſit dare ſeipſum nobis manda
to filio ſuo qui eſt ipſemet deus facere om-
nia pertinentia ad ſalutem noſtram. et illiuſ
quo non poteſt dici maior amor ponendo
animam ſuam pro amicis ſuis. Et ſic pati
endo morteꝫ vt nos liberaret a poteſtate ini
mici. quaꝫ ſuper nos habuerat propter pec
catū ad primi patris noſtri. Iſtud tamen ſi
ne precio donum uolens deus totum et to
taliter impleri expreſſe reuelauit dauid pro
phete ꝙ ſua promiſſio et teſtamentum erat
ſine aliqua conditione et ꝙ tam firmū erat
et fidele ꝙ proſperum ſeruaret ſua miſeri-
cordia. Et ſi filij iſrael dimitterent legem ſu
am corrumpendo iuſticias et nō ſeruando
mandata ſua viſitaret peccata eorum in fla
gellis ſed tamen ꝙ nunꝙ̄ amoueret miſeri
cordiam ſuam nec faceret contra ſuum da-
tum teſtamentum nec faceret uerba ſua ua-
na et ſine effectu. ſed ꝙ ſemper impleret qō
fuit per eum promiſſuꝫ propter has ergo et
alias ꝙ̄plures conſideratas rationes niſi
ſi ſic voluerit loqui contra totam rationem nō
poteſt aliquis dicere ꝙ iheſus criſtus poſt
mortem ſuam per quam deus pater ſuus
impleuerat ꝙ promiſerat. ꝙ ipſe ſicut priuſ
debebat ſeruare in ſe legem moyſi dando p
ſuos actus teſtimonium non eſſe impletum
quod erat implendum. et ꝙ multo maio-
ris attentionis eſt per ſuos proprios actus
confitendo deum patrem ſuum. quia non ī
pleuit in tempore aſſignato promiſſuꝫ et iu
ratum ꝙ erat mendax et periuruſ. Quis nō
dico hec dicere. ſed et ſolummodo audire p̄t
tam grandem blaſphemiam. Quia ergo
xp̄o ihū poſt mortem ſuā non fuit cōueniēs
ſeruarī legē moyſi q̄ in ei⁹ obſeruatōe facte-

bat magnā offenſam et iniuriam deo patri ſuo dando teſtimonium de eo ex quo nō impleuerat promiſſum non eſſe veracem. Sed periurium imaginetur unuſquiſq; in ſeipſo ſi fidelib⁹ ihesu xpi licitū ē ſuar legē moyſi ſicut prius et ſic circūcidere ſe et facere cerimonias in lege moyſi ordinatas ſicut pro pignore uel diuiſa quam debebant ducere in ſe iudei quouſq; eſſet impletum illud quod per deum eis fuerat promiſſum quid aliud eſſet hoc niſi per ſuos actus continue dar teſtimonium ꝙ non erat adhuc crucifix⁹ ihūs xpus ſ; ꝙ ad iplendū per deū ꝓmiſſum debebat uenire in mūdum et crucifigi. et tamē tempus in quo debuit cōpleri promiſſio diu iam eēt preteritum. ſicut dictum eſt. erat dar teſtimonium ꝙ ex quo defecerat deus in dictis ſuis non erat uerax ſed falſus et periur⁹ Et quis dubitauit ꝙ quicūq; affirmaret talem blaſphemiam de deo: ꝙ talis non eſſet amicus dei: nec eēt in ſua grā ſed ī ſuo odio et inimicitia. et quod nimiū aggrauat non quotidie ſemel ſed uel ſepties ſicut iuſto accidere pōt ꝙ in vna die cadat ſepties. ꝓuer. xxiiij. et totiens reſurgat ſi in tali odio et ira diceēt cōtinue de nocte et de die per actus ſuos et vitam dando teſtimonium deū ī ſua ꝓmiſſione defeciſſe: Et ſic patet conſideratō prima huius ſexti articuli. ſ; ꝙ iudei iam non habent legē. q2 lex moyſi ceſſauit poſt ꝙ eam xpus adimpleuit. De ſecundo puncto huius articuli qui eſt quaſi correlarium precedentis notandum ꝙ ſicut dictum eſt cum tempus promiſſionis iam ſit preteritū et per ihesum chriſtum impletum qui diceret adhuc legalia ſeruanda eē iſte eſſet blaſphemus et in continua ira dei. et conſtat ꝙ ī tali ira et odio dei ſunt certiſſime et continue iudei. cum ipſi ſint circumciſi et circumcidant filios ſuos ſoluto debito retinentes pign⁹ quod datum fuit quouſq; eſſet debitum ſolutum et ducendo eam continue in ſe pro diuiſa in magna iniuria et offenſa dei. ſicut ſi non obſeruaſſet iuramentum per eum factum. Sed diceret hic forte iudeus ego libenter dimitterē circumciſionem ſi poſſem et acciperem baptiſmum et ſequerer xpm ſed nō poſſum circūciſionem dimittere quia obligat ad perpetuum. quia iſtud pactum datū abrahe et ſemini ei⁹ per deū fuit federe ſempiterno ut pꝫ. Ge. xvij. ergo cū obliget ad ꝑpetuū opꝫ vt illud obſeruem. Reſpondeo iudeo ꝙ ſempiternum nō accipit̄ ꝓ ꝑpetuo uel eterno ſed ꝓ lōgo tꝑe pꝫ. Exo. xij. vbi habetur ꝙ ritus et feſtiuitas pache debebat celebrari federe ſempiterno tn̄. hiere. xxiij. ſcribitur Ecce dies ueniūt dicit dn̄s. et non dicent ultra uiuit dominꝰ qui eduxit filios iſrahel de terra egypti. et per cōſequēs ſequit̄ illo tempe vel in illis dieb⁹ non curabitur de phaſe. quia iſtud feſtū nō erat aliud niſi memoria liberationis filiorum iſrahel de terra egypti Circumciſio licet per longum tempus deberet durare. tamē adueniēte xpo debebat ceſſare. quia fuit data abrahe ī ſignū xpi de eo naſcituri ut habetur ad Ro. iiij. c. Modo ita eſt ꝙ adueniēte ſignato ceſſat ſignum. ſicut bibito vino remouetur circulus qui erat ſignum vini. Simile eſt etiam de contractu obligationis ſicut late dictum eſt ī p̄cedenti conſideratione. quia ſi ſit contractus obligationis de. x. florenis uſq; ad feſtum ſancti Johannis uel uſq; ad alium determinatum terminum ſolutis illis contractus ē nullus Simile etiam eſt de promiſſione regis facta militi de caſtro aliquo dando et ī ſignum talis promiſſionis datur ſibi anullus. quem portet vſq; ad impletionem promiſſi dato caſtro miles non portabit amplius anullū quia nihil aliud ſignificabat niſi promiſſionem factam de caſtro. Item adueniente rege ceſſant ſigna et ſolennitates q̄ propter regis aduentum fiebant. Item adueniente feſto ceſſat vigilia que erat diſpoſitio et preparatio ad feſtū. ita circūciſio erat vigilia et preparatio ad aduentum criſti et ad baptiſmum quod eſt maximum feſtū Item poſſeſſio limitata inter duos termīos non extendit ſe citra primum nec ultra ſecūdum. ſed talis poſſeſſio fuit circumciſio limitata inter abraham et criſtum Gen. xvij. hoc erit pactum inter me et te. quaſi dicat incipiat in me et non progredietur ultra me. Clariſſime ergo ex omnibus ſupradictis patet ceſſatio circumciſionis ergo iudei utētes eadem cum hoc ſit magna iniuria vt ſatis dictum eſt ac ſi non ſoluiſſet promiſſum propter hoc ſunt in continua ira et odio dei.

Tertius punctus eſt oſtendere qūo oīa ī figura cōtingebāt illis ſicut dicit aplus .i. Cor. x. et addit ſcripta āt ad correptōꝫ nr̄aꝫ vbi duo ſūt notāda ī p̄dictis uerbis. Prio

tempus umbre prefiguratum: ſecundo tem
pus gratie conſummatum. primum fuit ſb
lege moſayca. ſecundum eſt ſub lege euāge
lica. primum fuit figurarum ſecundum gra
tiarum. In primo ſolum fuit figuratio ac p
hoc imperfectio quia nihil ad perfectum ad
duxit lex ad hebr. vij. In ſecundo eſt ueri/
tatis exhibitio ac pc hoc perfectio. Unde
uocatur ab apoſtolo plēitudo tpis ad gal.
iiij. Pro primo ergo dicit apl's oia i figura
contingebant illis. In figura dicit prefignā
te illa que tempore gratie ſunt impleta. et be
nedicitur in figura. ſicut eni uidemus: q̄ fi
gura ceſaris vel herculis etſi ſit in ſe res ali/
qua principaliter tamen ſignum eſt ceſarem
vel herculē repreſentās. ſic et oia q̄ fuerūt fa
cta inveteri teſtamento fuerunt in ſe res ali/
que ſicut paradiſus archa. noe. diluuiuz. ar
cus celeſtis. nubes. tabernaculum: tēplum
et huiuſmodi. principaliter tamē ſigna erāt
non quidem rei preſentis ſicut ſunt ſacramē
ta noue legis que ſignificant gratiam iā p/
ſentem: ſed fuerunt ſigna gratie et ueritatis
exhibite in nouo teſtamento. Jo. i. Lex per
moyſen data eſt. gratia et veritas per iheſuz
xp̄m facta eſt. Unde poſſumus dicere d' hiſ
que ſūt tēpore grē exhibita illud quod ſcri/
bitur. Sapie. xiiij. figura eorum elogiquo
allata eſt. Item ſicut illud quod per ſuaz fi/
guram cognoſcitur imperfecte cognoſcatur i
tuitiue. quia non uidetur in ſe ſed quaſi ab/
ſtractiue quia cognoſcitur in alio puta i ſua
imagine. ſic et filij iſrael qui ſolum figuras
et corticem littere attendebant ea que imple
ta ſunt tempore gratie et ſi aliquo modo co
gnoſcebant impuriſſime tamen et valde im
perfecte. in ſignum cuius cuz moyſes d' mō
te deſcenderet cornuta et ſplendida facie nō
potuerunt hebrei claritatem vultus eius a/
ſpicere et ſi aliquos radios cernebant uult'
tamen ſui claritatem nullatenus attigebāt
Exo. xxxiiij. Et ſic iudei ſolū videbant figu
ram et attēdebant littere corticem. medullā
tamen ſpiritualis ſenſus nequaq̄ attinge/
bant et uſq; in hodiernum diem uelamē ſu
per cor iudeorum poſitum eſt ut nō poſſūt
cognoſcere ueritatem. Sed xp̄iani reuelata
facie gloriam domini ſpeculantur ſicut di/
cit apoſtolus. ij. ad Cor. iij. Unde doctor
catholicus figuratur per moyſen eſt eni aſſū
ptus de aquis baptiſmalibus de quo dicit

numeri. xij. q̄ non per figuras et enigmata
ſed palam deum videt. quod quidem verū
eſt non tamen ſimpliciter: quia videmus p
ſpeculum et in enigmate. i. Cor. xiij. ſed ſo
lum reſpectu iudeorum. Pro ſecūdo addit
ſcripta ad correctionem noſtram. Primum
enim tempus fuit quodam modo peccata
cōmittendi. Secundum autem eſt tempus
peccata corrigendi lex enim prohibeat con/
cupiſcentiam et ſic dando ipſius notitiam
ipſam excitabat. et quoniam ſacramenta le
gis non conferebant gratiaz: Ideo per quā
dam occaſionem non datam quidem. cum
lex eſſet ſancta et iuſta. ſed acceptam a iudeis
carnalibus quaſi eos impellebat ad peccā
dum: Unde et lex dicebatur lex peccati et
mortis ſicut apl'us ad Ro. vij. et. viij. Tem
pus autem gratie eſt tempus peccati corri/
gendi: tum quia pena iudeorum reddit xp̄i/
anos cautiores et quia ſacramenta noue le/
gis gratiam conferunt et ſcriptura euangeli
ca expreſſius peccata condemnat. Unde et
ſi d' omni ſcriptura canonica verum ē quod
dicit apoſtol'. ij. ad Timo. iij: Omnis ſcri/
ptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docē
dum ad corrigendum. ad arguendum. ad
erudiendum in iuſticia ut ſic homo dei per/
fectus ad omne opus bonum inſtruct' prin
cipaliter tamen uerum eſt de ſcriptura euan/
gelica. Hec enim docet fidei ueritatem. ar/
guit mundi uanitatem. corrigit peccati vili/
tatem. erudit precepti equalitatem. Circa p
mum iterum ſciendum eſt q̄ in ueteri teſta
mento ſub figurarum inuolucris prefigura
bantur quatuor que ſunt xp̄ianis tempore
gratie reuelata uidelicet credendorum conti
nentia. cauendorum immunditia inimico/
rum fraudulentia et malicia. ſacramentoruz
virtutum et bonorum virtus et efficatia.

De prefiguratione credendorum et p̄io
de prefiguratione ſancte trinitatis.

q Uantum ad primum notan/
dum q̄ omnes articuli fidei ī
ſcriptura veteri ſub figuris mul
tiplicibus quaſi ſub quibuſdā
ſigillis que nunc ſoluta ſunt velabantur. ar
ticulus enim trinitatis et unitatis de quo
dixerat moyſes ſm ueritatem hebraicā. ge.
i. c. In pricipio creauit heloi qd' ē pl'ale hui'

nominis vel quod eſt idem qđ dij veloim dixit propter perſonarum pluralitatez et cre auit propter eſſentie unitatem de quo etiaz refert eiſdem eodem ca. ꝙ volens formare hoiez dixit faciamus hoiez ad imaginē et ſilitudinē nr̄am faciamus dicū ē ꝑpter pſo naꝝ pluralitatē et noſtrā ꝑpter ſubſtātie uni tatem de quo etiam. ps. lxvi. dicitur Bene dicat nos deus deus noſter et bñdicat nos deus et cetera ter dicit deus nō ꝑpter tres de os ſ ꝑpter tres diuinas pſonas. Eū autez dicit in ſingulari metuāt eū et cetera hoc di cit ꝑpter nature idētitatē. de quo ēt dicit Yſaias ꝓpheta ca. vi. Seraphi clamabant al ter ad alterū. ſanctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth. ter dicit ſanctus qr tres ſunt diuine pſone. dñs deus addit quia eſt ī tri bus deitas vna. De hoc articulo q̄ ē primū credibile habes expreſſam figurā in ſancto abrahā de quo ſic dicitur gen. xviij. ꝙ tres vidit vnū adorauit dicēs dñe: et cetera. tres ſibi apparuerūt quia tres ſunt diuine perſo ne quas ſicut vnum adorauit dicēs. dñe qr in eis eſt vna deitas que eſt precisa ratio adorandi tres diuinas perſonas.

De prefiguratione dominice īcarnatōis

a Rticulꝰ dñice īcarnationis inuete ri teſtamēto ſub figurarū inuolu cris fuit. de quo dicit Eſa. Ecce vgo cōcipiet et pariet filiū et cetera Eſa. vij. Et hieremias nouū faciet dominus ſuper terrā femīa circūdabit virū. hiere. xxxi. hēs figuras multiplices in ueteri teſtamēto hūc eni figurauerūt paradiſus voluptatis. geñ. ij. et arcꝰ diuine charitatis. Gen. x. Quid p paradiſū niſi virginē intelligimus in cuius medio. i. utero fuit lignū vite. i. dei filius et in quo deus ſola virtute nullo creature con currēte opere poſuit hominē. i. chriſtū. quid p arcū uariū niſi ihesū intelligo quē deꝰ po ſuit in nubibꝰ. i. in marie viſceribꝰ radijs di uine grē penetratis qui fuit et ē ꝗtū ad ho mines ſignū diuine reconciliationis. in cuiꝰ ſignū arcꝰ ē uerſus celū et corda uerſꝰ nos Et iō nō oportet timere ſagittas ire dei ſub merſionis generalis aquaꝝ. Hūc etiā figu rabāt rubꝰ viſionis et uellus gedeōis. ignis fuit in rubo quia diuinitas fuit humanita ti ſed non cōburebatur rubus quia propter

iſtā vnionē nō fuit cōſūpta humanitas nec in diuinitatē cōuerſa Exo. iij. Itē ros fuit ī vellere. i. diuina grā in maria uirginitate cō ſeruata ipam dei filio fecūdās. terra fuit cir cūquaꝗ ſicca. qr caro marie nō fuit aliquo ſemine polluta. Judicū. vi. Hūc etiā figura uerunt arche teſtamēti cōditio ſolis dſceſꝰ et porte clauſio. Quid per archaꝫ niſi mariā intelligimꝰ qd per vrnā aureā inter archā in cluſā niſi humanitatē xp̄i. quid per manna qđ erat intra vrnā niſi diuinitatem eiꝰ intel ligo d iſta archa habet Exo. xxv. De cōtētis aūt in archa explicat apl̄s ad hebr. ix. c. Sol deſcendēs per decem gradus in horologio Archā ſignat ꝙ ſol iuſticie deſcēdit per de cē ordines creaturarū et de decimo aſſump ſit humiliorem naturā de corpore glorioſe de corpore virginis marie. Nouē ordies fu erunt nouem ordines angelorū. decimꝰ or do fuit hominū. de hoc deſcenſu habet. iiij. Regū. xx. Porta fuit clauſa perpetuo et tū ſolus rex ingreditur et egreditur per eā. por ta ſignificat uirginem qr uirgo manſit per petuo et tamē rex glorie ſolus ingreſſus fu it in eam per carnis aſſumptionem et egreſ ſus per eam per ſtupendam editionem de qua habetur Ezech. xliij.

De prefiguratione natiuitatis chriſti.

a Rticulus autem natiuitatis xp̄i de quo dixit Iſa. ꝓpheta ca. ix. Paruulus natus ē nobis et cetera fuit figu ratus in natiuitate Iſaac. de qua geñ. xxi. ī natiuitate Samuelis de qua. i. Reg. i. Hi eni ꝗuis nō fuerunt nati de virginibus fūt tamē nati de ſterilibus et ſupra nature cur ſum fuit autē figuratus expreſſius in aſcen ſu floris de quo Eſa. xi. Flos de radice yeſ ſe aſcendet. et in egreſſu fontis Iohelis. iij. Fons egredietur de domo domini et cetera et in ortu ſolis de quo Eccēs. i. Oritur ſol et cetera In abſciſione lapidis danielis. ij. dicitur ꝙ abſciſus eſt lapis d mōte ſine ma nibus qui ſtatuam confregit huius ſtatue caput erat ex auro puriſſimo. pectus aūt et brachia d argēto. vētr et femora d ere pedes d ferro et terra per hanc ſtatuā figurantur q̄ tuor magna regna ſibi ī orbe ſuccedētia ſm ꝙ daniel diuinitus edoctus ibi exponit. Primum eſt regnū chaldeorū ꝙ ſignificat

per caput aureum vt ibidem dicitur Secun
dum eſt regnum Perſarum quod figuratur
per argentum qđ ſubiecit ſibi regnum chal
deorũ Tertium eſt regnum grecorum.ſ. A
lexandri quod ſubiecit ſibi regnũ Perſarũ
et figurant̃ per es. Quartũ eſt regnũ roma⸗
norum quod figuratur per ferrũ quod ſub⸗
iecit ſibi regnum grecorũ aliaqꝫ regna mũ
di ſicut ferrum domat oĩa Per lapidem ab
ſciſum de mõte ſine manibus ſignificat̃ xp̃i
ſiue regnũ xp̃i cui ſubijciendũ erat predictũ
regnũ romanorum. In hac expoſitione oĩs
catholici et hebrei cõueniũt Quo ſuppoſi⸗
to ſic arguitur. In hac prophetia exprimit̃
ꝙ ille cui ſubijciendum erat regnum roma
norum et ĩperium eſt ipſe xp̃s cum hoc er⸗
go ſit completum tempore conſtantini et ſil
ueſtri pape quo tempore romanorũ ĩperiũ
ſubiectum eſt per veram fidem iheſu xp̃o fi
lio marie virginis. Sequitur ꝙ iſte eſt verꝰ
xp̃s veritas et ſignatum huius figure. quia
mons ſignificat virginem lapis criſtum ab
ſciſſio lapidis natiuitatem eius que fuit
de virgine ſine manibus.i. ſine opere cuiuſ
qꝫ creature Hic lapis confregit ſtatuam mũ
di uanitatem dictum regnum romanorum
ſibi ſubijciendo.

De p̃figuratione vite et cõuerſatiõis xp̃i

v Ita xp̃i et cõuerſatio de qua Ba⸗
ruch.iij. In terris viſus eſt et
cum hominibus conuerſatus eſt
fuit figurata per colũnam que filijs iſrael
precedebat que de nocte erat ignis illumi⸗
nans: de die uero nubes refrigerens. Vita
enim criſti illuminauit mundum contra no
ctem ignorantie et refrigerauit contra eſtum
concupiſcentie: nec uacat a myſterio ꝙ illa
nubes erat tenebroſa egyptijs et luminoſa
hebreis. qꝛ in uita xp̃i fuerunt reprobi exce⸗
cati et electi illuſtrati de hac colũna habet̃.
Exo.xiij.

De p̃figuratione doctrine et predicatio⸗
nis criſti.

d Octrina autem xp̃i et p̃dicatio fu
it figurata in legiſdatione que fu
it facta Moyſi: Exo.xx. et in legiſ
ſecunda preſcriptione Exo.xxiiij. et in legiſ
repetitione que fuit facta in Deut. quaſi per
totum propter quod dicit Hiero. in epl'a ad
Paulinum Deuteronomium vero ſecũda
lex et euangelice legis prefiguratio fuit etiã
figurata in locutione angelorum qui ex per
ſona dei loquebantur ſanctis patribus et p̃
cipue in locutione illius qui loquebatur.
Moyſi et filijs iſrael aliquando in mõte. a
liquando in deſerto. aliquando ad oſtium
tabernaculi. aliquando inter cherubim qui
ꝓpiciatoriũ obumbrabant vide ſcripturas

De prefiguratione paſſionis xp̃i.

a Rticulus de paſſione xp̃i: morte
et ſepultura. de quo dan.ix. ꝓphe
ta predixerat dicens: Occidet cri⸗
ſtus fuit multipliciter figuratus. Fuit enim
xp̃s venditus in ioſeph. Ge.xxx.i. Nudatꝰ
in noe. Gen.ix. Ligatus in Sampſone. iu⸗
di.xvi. Irriſus in heliſeo cui dicebant pueri
Aſcende calue.iiij.reg.ij. Conſputus ĩ iob
Job.xvi. Ceſus et uerberatus in Eſaia. q̃
dicebat. Corpus meum dedi percutientibꝰ
et genas meas uellẽtibus. Eſaia.lx. ſuſpẽ
ſus in botro qui portabatur in uecte et ĩ ſer⸗
pente eneo de primo Nume.xiij. de ſecũdo
Nume.xxi. Clauis affixus in Iſaac q̃ por⸗
tabat ligna et quẽ pater ligabat ſuper ſtruẽ
lignorum: Gen.xxij: Et crucẽ xp̃us baiula
uit et ſuper eam fuit colligatus. quia in ea
fuit clauis affixus: Tranſlanceatus in adã
Apertum enim fuit latus ade et inde fuit
formata mulier gen̄.ij. et apertum fuit latuſ
xp̃i dormientis in cruce. et inde fuit forma⸗
ta eccleſia quia de xp̃i laterali vulnere fluxe
runt eccleſie ſacramenta Fuit occiſus ĩ abel
Gen.iiij. Sepultus in iona. Fuit enim Jo
nas in ventre ceti tribus diebus et tribꝰ no⸗
ctibus: ſic et ſaluator fuit tot diebus et tot
noctibus in corde terre ſicut ipſe dixit ĩ euã
gelio. Mat.xij. hanc figuram habes ione.
ij. Hec ſepultura fuit figurata in quiete do⸗
mini que fuit.vij.die. Gen.vij.

De prefiguratione deſcenſus anime xp̃i
ad inferos.

a Rticulus de deſcenſu anime xp̃i.
ad inferos fuit figuratꝰ in deſcẽſu
dei qui deſcendit in egyptum vt liberaret

populũ iſrael de manibus egyptiorũ Exo.
iij. et aĩa xp̃i deſcendit in infernũ qui per e/
gyptũ tenebroſũ figuratur vt educeret vin/
ctos ſuos de lacu in quo nõ erat aqua. ſicut
dicit Vaticianus zacharias zacha. ix. Chri
ſtus etiã eſt prefiguratus in Abbacuc. qui
tulit prandium conſolationis. danieli viro
deſideriorũ. i. ſanctis patribus deliberati d
ſiderãtib⁹ qui erãt i lacu leonũ. Daniel. viij.

De prefiguratione reſurrectionis xp̃i.

a Rticulus reſurrectionis criſti
De quo in ps̃. iij. ex perſoa xp̃i
Exurrexi quia dominus ſuſce
pit me et alibi. ps̃. lvi. Exurgã diluculo. fu/
it figuratus in Jacob. de quo Gene. xxviij.
ex ſurgens mane Jacob tulit lapidẽ quem
ſuppoſuerat capiti ſuo et erexit in titulũ Ja
cob eſt xp̃s qui ſurrexit mane. ſupple a mor
tuis mane dico cũ adhuc eſſent tenebre: et
tulit lapidem. i. humanitatem ſuam quam
ſuppoſuerat capiti ſuo. i. in deo ſupple ſub/
ſtantificauerat. Caput eni xp̃i deus eſt vt di
cit apl's. .i. Cor. xi. Et erexit in titulum. ſ. a fi
delibus contemplãdũ predicanduz et ado
randum fuit etiam figuratus in ſampſone
de quo dicitur Judi. xvi. ꝙ dormiuit ad no
ctis mediũ. et cõſurgens tulit ambas fores
corpus. ſ. et animam ſuã. Ex his duab⁹ fi/
guris ortũ habuerant ille due opiniones.
Augu. et Greg. dicit enim Aug. ꝙ xp̃s ſur
rexit mane. i. diluculo dici paſce habẽs pro
ſe factuz Jacob. Gre. aũt dicit ꝙ ſurrexit me
dia nocte habẽs factũ ſampſõis pro ſe. qui
poſſunt concordari per hoc ꝙ xp̃s ſurrexit i
principio diei tercie et ſic poſt mediã noctez
ſtatim enim poſt mediam noctem dies na/
turalis incipit et põt dici mane et hoc ꝑ Au
guſtino. vel dicendũ ꝙ ſurrexit domin⁹ ſe/
cundum veritatem mane etiam diei artifici
alis hoc enim reputatur probabilius. non
tamẽ erat clara dies immo adhuc erant tene
bre vnde quaſi de nocte ſurrexit. et ſic ſalua
tur opinio vtriuſqꝫ.

De prefiguratione aſcẽtionis xp̃i.

a Rticulus de aſcentione xp̃i de
quo in. ps̃. lxvij. Aſcendiſti in
altum. et cetera. Et alibi pſal/
mo. xlvi. Aſcendit deus in iubilo. fuit figu
ratus in tranſlatione Enoch. Ge. v. Et i a/
ſcenſione Helye. iiij. Regũ. i. in regreſſu Ja/
cob qui dixit Ge. xxxij. In baculo meo tran
ſiui iordanem xp̃m et nunc cuz duabus tur
mis egredior. Criſtus in baculo crucis tran
ſiuit iordanẽ mortalitatis et cũ duabus tur
mis ſcꝫ angelorum et hominum regreſſus
eſt in celũ. Fuit etiam figuratus in aduentu
filij hominis vſqꝫ ad antiquũ dierum de
quo Danielis. vij. ecce dicitur ibi in nubib⁹
celi quaſi filius hominis veniebat et vſqꝫ ad
antiquũ dierum peruenit et dedit ei poteſta
tem honorem et regnum.

De prefiguratione aduẽt⁹ xp̃i ad iudiciũ

a Rticulus de aduentu xp̃i ad
iudicium de quo expreſſe pro/
phetauit Johel. iij. ca. ibi enim
dicitur ex perſona dei Congregabo omnes
gentes et deducam illos in vallẽ Joſaphat
ibi diſceptabo cum eis. fuit etiã expreſſe fi/
guratus. Danielis. vij. vbi dicitur ꝙ throni
poſiti ſunt et antiquus dierum ſedit. thron⁹
eius flame ignis. et ibidem iudicium ſedet
et libri aperti ſunt. ibiqꝫ dicitur ꝙ fluuius
igneus rapiduſqꝫ egrediebatur a facie ſeden/
tis. qui cõſumpſit beſtiã cũ vndecim corni/
bus quo facto ſancti acceperũt regnũ Thro
ni figurabãt ſedes aploꝝ antiquus ſedens
iudicatorem xp̃m qui eſt antiquiſſimus ſm di
uinitatem fluuius igneus egrediẽs figura
bat xp̃i ſniam acutiorẽ ꝙ ſit ignis qui cõſu/
mit demones cũ reprobis cũctis. Judicabũ
tur enim ex his que apparebũt in libris cõ/
ſciẽtiarũ qui tũc aperiẽtur. quo facto ſancti
regnũ dei perpetuo poſſidebũt.

De p̃figuratione generalis reſurrectiõis.

a Rticul⁹ autẽ de xp̃i carnis reſur
rectiõe d quo ꝓphetauit Job.
xix. c. dicẽs Scio ꝙ redẽptor
me⁹ viuit et in nouiſſimo die de terra etc. vſ/
qꝫ ibi i ſinu meo. fuit figurat⁹ Ezech. xxxvij.
vbi dicitur ꝙ oſſa q̃ pri⁹ erãt arida vehemẽ
ter acceſſerũt oſſa ad oſſa vnũquodqꝫ ad iũ
cturã ſuã et ſup ea neruí et carnes aſcẽdrũt
et ingreſſ⁹ eſt in ea ſpũs et vixerũt que oĩa ex/
ponit ibidem ꝓpha de reſurrectione mortu

orū. Unde ibi dicitur. Hec dicit domin⁹. ecce ego aperiā tumulos veſtros et educā vos de ſepulchris veſtris populus me⁹ et cetera

De prefiguratione vite eterne et mortis eterne. malis et bonis dande

a Rticulus autem de vita eterna quam electi poſt mortem aſſequenẜ fuit figuratus i ſcala iacob de quo dicẜ Ge. xxviij. ꝙ vidit ſcalā tāgentē celum et angelos aſcendētes et deſcendētes et dñm inſirū ſcale. Scala ſignificat vitā ſcām ꝙ hꝫ multos gradꝰ. qm̄ multi ſūt gradꝰ ſcītatis. ꝑ hanc deſcēdūt angeli dei vt informēt hoīes et aſcendēt viri āgelici vt videāt dñm ipi ſcale inſixū cuius quidē viſio erit vita beata. Fuit et figuratus in terra ꝓmiſſionis quā filij iſrael poſt tranſitū deſerti poſt multos labores multaqꝫ prelia adepti fuerūt. ſic et ſancti pꝰ tranſitū deſerti pn̄tis ſequētes ducatū colūne nubis et ignis. i. vite ſaluatoꝛ poſt multos labores bonorū operū. poſt multas victorias viciorū et hoſtiū ſpūaliū beatificā vitā que eterna erit finaliter aſſequētur. Sb iſto articulo continetur fideꝫ de morte eterna reprobis debita. ꝙ fuit figurata. Nume. xvi. vbi dicitur ꝙ Choꝛe datan et abiron et multi alij propter peccatū ſuū viui deſcenderet in infernū. ſic et reprobi viui vita naturali priuati tm̄ vita grē et glē deſcendūt in infernū et tunc erit verū qḋ dicitur. Math. xxv. ꝙ ibūt reprobi in ſuppliciū iuſti autē in vitā eternā. Electi figurantur per pincernam pharaonis cui dixit Joſeph: Memēto mei cū tibi bene fuerit et cetera. Reprobi autē ꝑ piſtorē qui āputato capite ſuſpenſus eſt in cruce. Ge. xl.

De prefiguratione vnitatis eccleſie

a Rticulus de vnitate eccleſie fuit figuratꝰ in archa noe in tabernaculo federis i tēplo ſalomonis et in iheruſalē terreſtri. In archa fuerunt cōgregata aīalia de oī ſexu et genere. et in eccleſia catholica ſunt ex iudeis et gentilis. maſculꝰ et femina. liber et ſeruꝰ. hō irrationalis et vtens rōe. Archa ferebatur ſuper aq̄s et eccleſia fuit ſuꝑ tribulatione huius mundi ad archā colūba rediēs portauit ramū oliue. et xp̄s ad eccleſiā fuerēs ſpūaliter denūciat pacē. In mūdo inq̄t pſſuram hēbitis in me aūt pacē. Joh. xvi. Extra illā archā nullꝰ ſaluari potuit ſic et extra eccleſiam nullus pōt eē ſaluꝰ. De his oībus hēs. Ge. vij. et. viij. In tabernaculo et in tēplo colebāẜ et adorabāẜ deus: fiebant ibi ſacrificia ꝑ que remittebāẜ peccata. et peccatores recōciliabāẜ deo. ſic in ſola eccleſia eſt diuinꝰ cultꝰ offerūẜ grata ſacrificia. recōciliāẜ peccatores et remittūtur tibi peccata. vñ hñ dicit eccleſia. Credo vnā ſctā eccleſiam catholicā ſanctorū cōionē. remiſſionē peccatorū. i. in qua ſola eſt ſctorū cōio et remiſſio peccatorū. ihrl'm etiam erat ciuitas ſacerdotalis et regia. ſꝫ excellentius ſcrā eccleſia. quia in ea ſunt omnes xp̄iani ſacerdotes et reges facti in ſanguine ihū xp̄i. Apoc. v. ſic igitur habemus totā fidei cōtinētiā in ſcriptura veteri multipliciter figuratā et cetera.

De ꝑfiguratōe cauēdorū. ſ. vij. capitaliū vitiorū et tranſgreſſionis. x. ꝑceptorum.

q Uantū ad ſecūdū ſciēdū ꝙ peccata ꝙ oīno cauere debemꝰ fuerūt figurata multipliciter. ſ. i lepre plaga. de qua Leuiẜ. xiij. In lepra marie de qua Nume. xij. In lepra giezi. ḋ qua iiij. Reg. v. In morticinis et imūdicijs que fuerūt i multis locis ꝓhibita in lege. peccatū ei aīam facit leproſā. et ipſā eicit a cōſortio angelorum. facit enim animā imūdam et fetidā pluſꝙ eſſet aliqua legalis imūdicitia. vel aliquod morticinū faceret. Septē autē peccata mortalia fuerunt figurata per ſeptem funes quibus ligatus fuit ſamſon. Judicū. xvi. Sunt eni peccata quedā vincula et funes quibus ligantur peccatores ne libere poſſint incedere vel operari. Decē aūt tranſgreſſiones contra xp̄i precepta decalogi fuerunt figurata ꝑ. x. cornua beſtie. Dañ. vij. de quibus egreditur. xi. loquens contra deum blaſphemias per quod deſperaiō et finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus ꝙ peccatum in generali et peccatoꝝ numerus multipliciter fuerūt in ſcriptura veteri figurata et cetera.

De ꝑfiguratōe malitie inimicorū ſpūaliū

q Uantum ad tercium notandū ꝙ inimici ſpūales qui nos ꝓ peccato inuenit et gratia dei et virtutibus ſpoliant in ſcriptura veteri figurantur in ſerpēte qui ſeduxit Euam. Gene. iij. et in ſerpentibus qui percuſſerunt filios iſrahel. Nume. xxi. et in vrſis et leone quos interfecit dauid. i. Regū. xvij. et in duobus vrſis qui deuorauerūt. xlij. pueros. iiij. Reg. ij. Et in duobus principibus latronū Iſboſeth. filium ſaul. ij. Rex iiij. Et in duobus draconibus de quibus habetur Heſter. x. Demones enim qui per ſerpentem. vrſos et dracones figurantur aliquando perſequūt eccleſiam manifeſte ſicut leo. Aliquādo occulte ſicut draco et ſerpens et latro figurant etiam per illos qui perſequebantur filios iſrael in deſerto. contra quos pugnauerunt. Moyſes et Joſue. Et non vacat a myſterio ꝙ nunꝙ potuerunt ſuperare Jebuſeos per quos carnis vicia que nūꝙ perfecte in hac vita de lege cōmuni ſuperantur figurantur. Figurantur etiā per goliath. ſaulē et ablalonē pſecutores dauid. Item figurantur ꝑ egiptios. chaldeos medos. perſas. grecos romanos. hebraica populi perſecutores.

De pfiguratōe virtutū et efficatie ſacramētoꝝ

q Uantū autem ad quartū notādū ꝙ arma et remedia quibus ſanantur peccata et vincūtur ſpūales inimici ſunt. vij. ſacramēta. vij. virtutes. vij. dona. et. vij. bona ſpūalia.

Septē ſacramēta ſunt figurata multipliciter et pmo de pfiguratione baptiſmi.

b Aptiſmꝰ figuratus fuit in diluuio Ge. vij. In mari rubro. Exo. xiiij. Sicut enim in diluuio et in mari rubro fuerunt conſumpti omnes peccatores. ſic in baptiſmo xpi ſanguie rubricato omnia peccata delentur.

De pfiguratione ſacramēti cōfirmatiōis

c Onfirmatio fuit figurata ī vnctione regū. hoc enim ſacramento xpiani roborantur in fide et ſicut reges ad ſpūalia bella preparātur. vid de vnctione. ſaul. i. Reg. x. et de vnctiōe dauid. i. Reg. xvi.

De pfiguratione ſacramēti eucariſtie

ſ Acramentum eucariſtie fuit figuratū in oblatione melchiſedech ꝗtū ad ſpēs offerebat eniꝫ panem et vinū. Ge. xiiij. Et in agno paſcali ꝗtū ad cōtentū in ſacramēto. quod ē vera caro xpi. exo. xij. Et ī māna ad ſaporē ſpūalem. Exo. xvi. habebat eī māna omne delectamentum et ſaporē ſuauitatis. Sap. xvi. et multo fortius in ſacramento altaris. figuratum etiam fuit per omnia ſacramenta antique legis.

De pfiguratione ſacramēti penitentie

ſ Acramentū autē pnie ꝗtū ad contritionem in gemitu dauid fuit figuratum de quo in. ps. vi Laboraui in gemitu meo et cetera. Et in fletu ezechie. iiij. Regū. xx. Quantū ad cōfeſſionem fuit figuratū in leproſis. de quibus preceptum eſt vt ſe oſtenderēt ſacerdoti. Leuit xiij. Et in confeſſione dauid qui dixit poſtꝙ peccatū cōmiſerat peccaui domio. ij. reg. xij. Quātū ad ſatiſfactionem fuit figuratuꝫ in facto regis. Niniue. Uide Jone. iij. quō per humilitateꝫ et ieiunia domino ſatiſfecit Quantum autē ad vniuerſa figuratur hoc ſacramentum per ſeptem lotiones quibus ſe lauit Naaman in Jordane et mundata fuit eius lepra. iiij. Regū. v. Jordanis interpretatur iudicium. et ſignificat penitentiam per quam peccatores ſe iudicans ne iudicentur a domino et in hoc. Jordane ſe debet lauare ſepties contra ſeptem peccata mortalia vt ſic mundetur ſpūalis lepra. Figuratur etiaꝫ per. xi. ſaga cilicina quibus tegebatur tabernaculū. Exod. xxvi. qꝛ contra. x. pcepta decalogi ſunt. x. tranſgreſſiones que figurātur ꝑ x. plagas. egypti Uide in Exodo. de quorū medio egreditur. xi. i. deſperatio et finalis īpenitentia que fuit figurata per. xi. cornua beſtie ſicut dictum eſt ſupra. Et figurantur hec. xi. mala non ſolum per. xi. cornua veruꝫ per. xi. apoſtolos de quibus in. ps. lxxxij. Moab et agareni et cetera vide gloſam et interpretationes contra que. xi. mala debet ſe

peccator pũgere. xi. fagis alicinis pnievt ſic
vulnus aperiatur et virus egrediatur

De prefiguratione ſacramenti ordinis.

S Acramentum ordinis fuit figu
ratũ in inſtitutione ordinis le/
uitarũ et miniſtrorũ tabernaculi
de quibus in li. Numerorum. Et in ordina
tione ſacerdotum d̄ qua. Exo. xviij: p̄apue
autẽ fuit figuratum ſacerdotium eccleſie i ſa
cerdotio Melchiſedech. de quo ge. xiiij. Sa
cerdos eni eccleſiaſticus non eſt ſacerdos ſe
cundũ ordinẽ leui ſed ſecũdũ ordinem mel/
chiſedech i: pſal. cix.

De prefiguratione ſacramenti matrimonij

S Acramẽtũ autẽ matrimonij no
ue legis fuit figuratũ in mr̃imo
nio ꝙ fuit inter Adã et euã. vñ
ipſe dixit. ꝓpter hoc relinquet homo patrem
et matrẽ et cetera. Ge. ij. Adã enim non le/
gitur habuiſſe niſi vxorẽ vnicã. vnde ibi di/
xit adherebit vxori ſue non vxoribus. Figu
ratũ etiã fuit p matrimoniũ quod fuit inter
Iſaac et rebeccã. de quo Ge. xxiiij. Ipſe eni
Iſaac fuit vnic⁹ vnice ꝓpter hoc imunis fu/
it ab illa maledictione quã icurrit. Lamech
qui prius induxit bigamiã Ge. iiij. Et tale
dꝫ eẽ matrimonium eccleſie. De tali eni dic
apoſtolus ad ephes. v. Sacramẽtũ hoc di/
co magnũ in xp̄o et in eccleſia. Nec etiaꝫ di/
co quin bigamia vel octogamia ſit veꝝ ma
trimoniũ ſed tamẽ multũ deficiat a ratiõe ſa
cramẽti. Notat ſuper hoc Alexander d̄ ales
in. iij. tractatu. ij. ſuper p̄cepto. ꝙ habere plu
res vxores fuit adulteriũ ipſi Lamech. ꝓpt̄
duo. Primo qꝛ fuit contra ius naturale. ſcꝫ
ne facias alij quod tibi non vis fieri. Et vir
non vult ꝙ vxor diuidat carnẽ ſuam cũ ml'
tis. et ita peccauit in deum. Secũdo qꝛ fuit
contra morem et conſuetudinem et moderã
tiam. Ex incontinentia eni imoderata plu/
res habuit. et ſic ſcandalizauit proximũ. ſã
cti vero patres non cõmiſerunt adulterium
in habendo plures. nec peccauerunt contra
ius naturale qꝛ cum eis occulta inſpiratiõe
fuit diſpenſatũ. nec contra morẽ. qꝛ iaꝫ erat
in cõſuetudinẽ tractũ. Et nota ꝙ cauſa di/
ſpenſationis fuit triplex. ſ. propter multipli/
cationem cultus dei exemplo Abrahe. Ge.
xvi. Item in figuram Coniugiũ enim patꝝ
ſignificabat connubiũ criſti et eccleſie q̄ mľ
tiplicatur per contẽplatiuos et actiuos. ſ. fi
lios et mercennarios. quod figuratũ fuit in
vxoribus. Iacob liberis et ancilis ſiue con
cubinis. Ge. xxvi. Itẽ ꝓpter moderãtiã et tẽ
perantiam. Moderate eni appetebãt antiq̃
patres coitũ. ſ. ꝓpter ſolã ꝓpagatõnẽ ad cul
tũ dei. exẽplo dauid. ij. Reg. xxvi. Ad ma/
iorẽ autẽ euidentiam predictorum Nota ꝙ
concubia dicitur duobus modis. Uno mõ
aſſumpta ad tempus ad prolẽ ꝓducãdam
ꝙ dicitur aſſumpta ad tempus. hoc dicitur
ad differentiam vxoris et ꝙ dicitur ad ꝓlẽ
ꝓcreandam. Hoc dicitur ad differentiã me
retricis. talis concubina non eſt vxor et coit⁹
cũ ea eſt fornicarius et illicitus ſm ſe. et ẽ eti
am cõtra legem naturaleꝫ et ſcriptã. Ius ei
publicũ legis naturalis dictat procreatiõnẽ
filiorum cũ educatione et hereditatis ſucceſ
ſione. quod non poſſet eſſe niſi eſſet copula
parentũ inſeparabilis. Item eſt cõtra ius p̄
uatum rõis. quod dictat non facere alij q̃d
homo fieri nõ vult ſibi et ecõuerſo. Quilibꝫ
enim vir vult vt effectus eius cui copulatur
ſibi iſeparabiliter adhereat. Secũdo modo
dicitur cõcubina aſſumpta inſepabiliter ad
ſemper. ſed cõditionis ſeruilis. et ſic realiter
erat vxor Sed tñ dicitur cõcubina qꝛ nõ erat
principalis vxor. vnde Ge. x. vi. Sara dedit
abrahe Agar in vxorem. Rachel dedit ba/
lam ancillam viro ſuo in coniugium. Geñ.
xxx. licet autem quelibet talium diceref ve/
ra vxor et inter virum et eã diceretur verum
matrimonium. deficit tamen a rõe ſacramẽ
ti quod eſt vnici ad vnicam vt dictuꝫ eſt Ul
terius nota hic domin⁹ bonauẽtura i. iiij ꝙ
p̄dicta diſpenſatio de pluribus vxoribus n̄
fuit tempore nature inſtitute. qꝛ tunc nõ erat
neceſſitas ſterilitatis nec in tempore gratie
eſt. quia multiplicatum eſt genus humanũ
ad cultum xp̄i. Sed ratione vtilitatis fuit tẽ
pore abrahe quia ante eum multiplicabant̄
non ad cultum dei ſed ad mala et ideo dele
ti ſunt de terra Sed ratione honeſtatis ad il
los ſe extendit qui vxoribus et concubinis
tẽpantur et ad cultũ dei multiplicandum fa
ciebant et volebant vti Hec autem diſpẽſatio
facta eſt diuina inſpiratione in patriarchis
et rege dauid quãdo et quoniã vtriſq̃ facta

eſt de ſemine dauid repromiſſio Et quia iſti erant tanq̄ capita. et imitandi erant tāq̄ ſancti intellexerunt recte diſpenſationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum et mos fuit ex hoc introductus durans vſq̄ ad chriſti aduentum.

De prefiguratione extreme vnctionis.

Sacramentum extreme vnctiōis fuit figuratum in multiplici vnctione veteris teſtamenti Tunc enim vngebantur reges et ſacerdotes templum et altare et certe cum chriſtianus eſt propinquus morti. tunc propinquus eſt vt ſicut rex adipiſcatur regnum glorie. vt etiam ſicut ſacerdos offerat deo ſacrificiū laudis perpetue vt etiam in eius anima templo et altari ſummus pontifex deus colatur. laudetur et honoretur in eternum et propter hoc vngitur criſtianus cum eſt propinquus morti. Vngebantur etiam antiquitus pugiles. et ſic chriſtianus i morte. quia aggreditur bellum fortiſſimum tunc enim ipſum hoſtis impetit vehementius propter quod oportet ipſum tanq̄ ſtrennuum pugilem ſtrennue dimicare. Vngebantur etiam antiquitus ſponſe cum viris tradebantur. Vnde et vxor ab vngendo dicitur. eo q̄ vngeretur et certe anima criſtiani cum debet exire de corpore debet tradi celeſti ſponſo. et traduci in tabernaculum eius vt eius caſtis amplexibus perpetuo delectetur

De p̄figuratione. vij. donorū ſpūſſācti:

Septem autem dona de quib⁹ dicitur Iſa. xi. figurata ſunt per ſeptem crines capitis ſamſon. quibus raſis ab eo receſſit fortitudo Iudicum. xvi. et vere excluſis a capite hominis. i. ab anima. vij domis ſpirituſſancti recedit ab homine fortitudo. Figuratur etiam ſecundum expoſitionem Grego. per. vij. filios iob. Iob. i. Per dona enim ſpirituſſancti adoptatur homo in filium dei perfectiſſime. ut ſit dignus hereditate ſuperna.

De prefiguratione ſeptē virtutum

Septem autem virtutes figurantur p. vij. dies q̄b⁹ deus cuncta fecit opera et poſtea quieuit. quia per virtutes illuminatur anima et in ipſis quieſcit cuꝫ per ipſas perueniatur ad requiem ſpūalem in p̄ſenti et eternam in futuro. Figurantur etiam per. vij. dies feſtiuitatum legalium. per ipſas enim anima ſolēnizat. colit deum et a vitijs ceſſat. Figurantur etiam per illas. vij mulieres de quibus Iſa. iiij. Apprehendent. vij. mulieres virum vnum et cetera. Nemo enim eſt vir nec vir vnus vnitate grē niſi quem iſte domine apprehendūt.

De prefiguratione. vij. bonorum ſpiritualium. et primo bonitatis crucis ii paſſione chriſti.

Sunt etiam alia bona ſpiritualia que multum valent ad ſupationem hoſtium ac etiam ad purgationem viciorum Primum eſt virtus crucis et paſſionis chriſti que fuit figurata i baculo dd̄. et in. v. lapidibus quos accepit de torrente cum quibus occidit philiſteum. i. Reg. xvij. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas ihū quas criſtianus cū fūda ſue conſiderationis debet contra demones facere et ſic debellabitur hoſtis.

De prefiguratione bonitatis et oratōnis matris ihesu criſti.

Secundum autem bonum eſt v̄tus et oratio matris xp̄i que fuit figurata per Iudith que holofernē occidit Iudith. xiij. et heſter que amā et hoſtes populi iſrael occidi procurauit. vid̄ in libro heſter et per iahel que ziſaram peremit. Iudi. iiij. et per berſabee matrem ſalomōis de qua. iij. Reg. ij. ipſa enim et ſi fuit ſponſa dei patris ſicut heſter aſſueri. fuit tamen vere mater veri ſalomonis cui dicit filius ſuus illud uerbum quod dixit ſalomon matri ſue. iij. Regū. ij. Pete mater mea quod vis neq̄ enim phas eſt ut auertam faciem tuaꝫ omnia etiam que ſalomon dicit in laudem ſponſe in li. Cant. de glorioſa matre domini ſpūaliter expo nūtur.

De p̄figuratōe bonitatis v̄tutis: p̄tātis ſiue auctoritatis eccleſie i orando

t Ercium bonum eſt virtus poteſtas ſiue auctoritas eccleſie cuius oratio ſumme placet deo. Eſt enim ipſa vnica ſponſa chriſti cui dixit ſponſus Cant.ij. Oſtende mihi faciem tuā ſonet vox tua in auribus meis. vox eniꝫ tua dulcis et facies tua decora.

De prefiguratione virtutis orationis ſā/ctorum noui teſtamenti.

q Vartum bonum ē oratio ſanc/torū noui teſtamenti qui iaꝫ cū chriſto regnāt ſcilicet appoſto/lorum qui fuerunt figurati in ſanctis patri/archis et prophetis. nam ſancti patriarche factis et ꝓphe dictis gratiam noui teſtamē ti prefignarunt et meritis populum deo re/cōciliare efficaciter meruerunt de quibꝰ Iſa xxvij. Qui ingrediuntur impetu ad iacob. florebit et germinabit iſrael. et implebūt fa/cieꝫ orbis ſemine et cetera. Sāctorū martiꝝ qui fuerunt figurati in ſanctis machabeis q̇ interpretātur victorioſi. fuerunt eniꝫ re et nomine victores Sanctorū confeſſoruꝫ qui fuerunt figurati in filijs prophetarum de quibus in .i. et .ij. Regū. Sāctorum et ſanctaꝝ virginum qui fuerunt figurati in abel. q̇ fu/it primus virgo de quo Geñ.iiij. Et in filia iepte. Iudi.xi. Et in abyſag ſunamite que fouit: Dauid regem de quo .iij. Regū.i.

De prefiguratione bonoꝝ paſtoꝝ eccl'ie.

q Vintum autē bonum eſt ſedulitas bonorum paſtorum eccleſie qui fuerunt figurati per moyſen. Ioſue. et Dauid Illi enim orando ꝙ maxime et nihilominus operando proſtrauerunt hoſtes Vn̄ quomodo Moyſes orādo proſtrauit amalech. Exo.xvij. Sic et boni paſtores eccleſie orando et operando. docendo et lucis exempla miniſtrando hoſtes eccleſie ſuperant et per ipſos ſubditi ad ſan/ctitatis opera prouocantur.

De ꝑfiguratōe bonitatis diuine inſpiratōis

ſ Extum bonum eſt diuina īſpi/ratio que etiam indulcorat huiuſmodi amaritudinem et illuſtrat animam contra errorum ca/liginem Quantum ad primum figuratur ꝑ illud lignum quod oſtendit dominus Moyſi quod cum in aquis miſſum fuiſſet ī dulcedinem verſe ſunt. Exod.xv. Quantū ad ſecundum figurantur per fauum mellis quē guſtauit Ionathas et illuminati ſunt oculi eius .i. Regū.xiiij. Que etiam figuratur per angelum domini qui deſcendit in fornaceꝫ. et cetera. Dañ.iij. quoniam refrigerat concupiſcentiam.

De prefiguratione bonitatis diſcrete conſi/derationis hominis

ſ Eptimum bonum eſt diſcreta hominis conſideratio. debet eī homo ſepe conſiderare et ad memoriam re/ducere .vij. chriſti beneficia .vij. matris gau/dia .vij. effuſiones ſanguinis iheſu. vij. or/dines ſanctorum qui ſunt in patria .vij. offē ſas quibus offendunt homines deum. per vij. peccata mortalia .vij. plagas nouiſſias de quibus Iob: Apocal'.xv. per quas intelliguntur .vij. inferni ſupplicia .vij. dotes glorie quas merentur electi per .vij. opera miſe/ricordie. ſeptem ſanctorum ordines figurantur per ſeptem boues pulcras et craſſas et ſeptem dotes glorie per ſeptem ſpicas plenaſ et formoſas omnes quia reprobi per ſepteꝫ fedas boues. et confectas macie. et ſeptem inferni ſupplicia per ſeptem ſpicas percuſſaſ vredine de quibus omnibus habetur Geñ. xli. Per quas ſeptem conſiderationes ruit mundi vanitas peccati vilitas. carnis cōplacentia. et demonum fraudulentia Vnde fi/gurantur iſte ſeptem conſiderationes per il/los ſeptem circuitus quos fecerunt filij iſrahel circa vrbem. Ierico ipſos archa domi/ni precedente Ioſue.vi. Sic et chriſtus qui eſt archa domini chriſtianum precedat in ꝑ/ſenti exilio ſit ſemper ante ſue mentiſ oculoſ et ſic ſeptem circuitus et ſeptem conſiderati/ones predictas faciat ꝙtum ad ipſum mūdi vanitas deſtruetur Apparet igitur ex premiſſis ꝙ ſecundum ꝙ dicit appoſtolus ad

Hebre.ix.facta in veteri teſtamento fuerunt paraboli inſtantis temporis et ſic omnia in figuram contingebant in illis.i.Corinth.x Et ſic patet primum principale huius conſiderationis tercie.

## De prefiguratione correctionis noſtre in tempore gratie.

c Irca ſecundum huius tercij pū cti eſt ſciendum ꝙ tempus gratie vt dictum eſt.eſt tempus peccata corrigendi et cauendi ad q̄ multum valent peccata veterum que punita fuerunt temporaliter In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio xpianorum ſempiterna ſi comittant ſimilia.

## De prefiguratione correctionis ſuperbie

a D correctionem enim ſuperbie et inobedientie multum valet moralis Adam figura in tunicis pelliceis eiuſq; eiectio de paradiſo.que ipſe et vxor ſua meruerunt pro ſe et cunctis poſteris ſuis pro eo ꝙ conſentientes ſuggeſtioni dyaboli ſuperbi et inobedientes fuerunt. Ad hoc etiam multum valet expulſio Saul de regno qui propter ſuperbiam et inobedientiam regnum iſrael amiſit ſicut de hoc habetur.i.Regū.xv.et.xvi: Ad hoc etiam multum valet ſuſpenſio Abſalonis in quercu.qui propter ſuperbiaz et ambitionem regnandi ſuſpenſus in quercu fuit a Joab interfectus.ij.Reg.xviij.Multum etiam valet ad hoc plaga cōminata: Ezechie propter hoc ꝙ quadam oſtentatione oſtenderat babylonijs omnes theſauros domus ſue.iiij.Regū.xx.valet etiā ad hoc mors illorum principum quinquagenariorum qui ſuperbe loquentes Helye meruerunt extingui ab igne celeſti.iiij.Reg.i.

## De prefiguratione correctionis inuidie:

a D correctionem etiam inuidie multuz valet maledictio Cayn qui propter inuidiam abel interfecit.Ge.iiij.reprobatio eſau.qui fratri ſuo Jacob inuidens et odio habens ſicut dicitur Gene.xxvij.fuit temporaliter reprobatus. Valet ad hoc tribulatio quam paſſi fuerūt filij Jacob qui inuidentes ioſeph. Ipſūq; odio habentes ſicut dicitur Gene.xxxvij.ſuſtinuerunt propter hoc tribulationē multiplicem in egypto ſub eodem Joſeph fratre ſuo. Valet etiam ad hoc vexatio ſaul qui inuidens Dauid nec rectis oculis ipſum aſpicere valens propter hoc quod dixerunt mulieres.percuſſit Saul mille.et Dauid.x.milia fuit inuaſus a maligno ſpūitu.i.Regū xvi. Ad hoc etiam multum valet lepra Marie et leuitarum plaga.quia inuidētes murmurauerunt contra moyſen. De maria habetur Nume.xij.de leuitis.xvij. Ad hoc etiam multum valet interfectio.Adonie qui inuidens ſalomoni regi iſrael propter hoc fuit interfectus.iij.Regū.ij.

## De prefiguratione ad correctionem Iracundie.

a D correctionem iracundie valz maledictio Cayn.cui dixit dominus vbi ſupra: Cur iratus es.quare concidit vultus tuus et cetera: Valet etiam maledictio furoris ſymeon et leui.qui irati propter ſtuprum dine interfecerunt ſichimitas.Geneſis.xxxiiij.de quib9 dixit Jacob maledicēdo Ge.xlix..In furore ſuo occiderunt virum.maledictus furor eorum et cetera. Valet inſuper ad hoc ſubmerſio pharaonis et egyptiorum qui turbati et irati propter exitum filiorum iſrahel inſecuti fuerunt eos.et tandem ſubmerſi ſunt in mari rubro.Exod.xiiij. Valet etiam ad hoc mors nabal de quo dicitur i.Reg.xxv. ꝙ erat vir durus.malicioſus et peſſimus.propterea factum eſt cor eius emortuum.et ita percuſſit dominus.Nabal et mortuus ē

### Auaricie

a D correctionem etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan qui accepit d̄ anatchema te hierico regulam auream propter ſuam auariciam et argētum et pallium propter qđ fuit lapidatus et cuncta que illius erāt igne conſumpta Joſue.vij. Occurrit etiaꝫ achab qui concupiuit iniuſte vineam naboth propter quam et ipſum fecit interficiciū dixit helyas in hocloco in quo linxerunt canes ſanguinem naboth lambent ſanguinem tuum etc̄.iij. Regū.xxi. Occurrit inſuper giezi qui propter cupiditatem ſuam et auariciam accepit a naamā tria talenta argenti et veſtes mutatorias duplices . propter quod lepra naamā adheſit ei.iiij. Regū.v. voluit etiaꝫ vendere gratiam ſanitatis. Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erāt in erario fuit verberatus egregie. et poſitus in geſtatoria ſella.ij. Mach.iij

### Accidie.

a D correctionem autem accidie occurrunt dina q̄ue peruagans regionem egreſſa vt videret mulieres illius terre fuit a ſichē oppreſſa. Gen. xxxiiij. Filij iſrael qui vacantes ocio expectantes moyſen fecerunt vitulum. Exod.xxxij.et propter vitulum quem adorauerūt.xxiij.milia fuerunt interfecti. Dauid qui ociãs in ſolario domus concupiuit berſabee cum qua et concubuit.et poſtea vriam virū ſuum interfici fecit.ij. Reg.xi. Sodoma cuius peccati occaſionem dicit propheta fuiſſe habundantiam diuitiarum. ocium et ſaturitatem panis Ezech.xvi.

### Gule

a D correctionem autem gule occurrunt Eua. eſau. ionathas. loth.holofernes. filij iſrael et ſacerdotes bel'. propter gulam eniꝫ eua maledictioneꝫ meruit. Geneſis.ij. Eſau primogenita vendidit. Geneſis.xxv. Loth propter hebrietatem inceſtum commiſit. Geneſ. xx. Jonathas patrem offendit. et aliqualiter populum turbauit.i. Regū.xiiij. Holofernes a Judith fuit interfectus. Judith.xiij. Sacerdotes belis qui deuorabant que offerebātur a Dario trucidati fūt Dañ.xiiij.

### Luxurie

a D correctionem autem luxurie occurrunt inūdatō diluuij. Ge. vij.et conſumptio.v.ciuitatuꝫ: Geneſis.xix. Interfectio ſichimitarum propter dinam. Geneſis:xxxiiij. Peritio filiorum iſrael in deſerto qui fuerūt fornicati cū madianitis.et ideo multi fuerunt percuſſi: Nume.xxv. Deſtructio tribus beniamyn q̄ propter vxorem leuite quam abutendo interfecerunt quaſi omnino conſumpti fuerūt Jud.xix.et.xx.capitulo. Infortunium dauid cui propter vxorem vrie hoc contingit ꝙ abſalon filius ſuus ingreſſus fuit ad cōcubinas ſuas.ij. Regū.xvi.ſic propheta ei predixerat.ij. Regū.xij. Interfectio amon propter thamar ſororem ſuam.ij. Reg. xiij Infatuatō ſamſonis. Judi.xvi. Apoſtaſia ſalomonis cuius cor fuit deprauatum per mulieres.iij. Regū.xi. Interfectio preſbiterorum qui cōcupierūt ſuſannā. Daniel.xiij:

### Jdolatrie.

a D correctōnem ydolatrie occurrit illud Exod.xxxij. Sedit populus manducare et bibere et ſurrexit ludere.i.coram vitulo conflatili choreas ducere.vel ludere.i.ad inſtar puerorūꝫ vitulum adorare.qui opere fuſorio factus erat. Pueri enim fingunt ſibi de luto quedā ydola que poſtea pueriliter adorant. vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo ꝙ̄ ydolum factum adorare et ibidem dicitur ꝙ leuite de mandato Moyſi propter hoc peccatum interfecerunt quaſi:xxiij. milia hominum. Jllud etiam occurrit de hoc idem ꝙ quaſi omnia flagella et captiuitates populi iſraelitici fuerunt propter ydolatrie ſce

lus. hoc ꝙtum ad primum preceptum.
Ad correctionem blaſphemie que eſt cõtra ſecundum preceptum habes lapidationem blaſphemi. Leui. xxiiij. Ad correctionem violantium ſabbatum habes punitionem illius qui ligna in ſabbato colligebat. vide Nume. xv. hoc ꝙtum ad tercium preceptum. Ad correctionem vero temeritatis vſurpantium officia miniſtrorum eccleſie habes percuſſionem ozie qui archam tetigit. ij. Regũ. vi. lepram ozie qui thura incendebat. ij. Paral'. xxvi. Ad correctionẽ inhonorantium parentes habes maledictionem cham qui irriſit patri ſuo. geneſis. ix. Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris ſui cui dixit pater. nõ creſcas. Geñ. xlix. Maledictionem abſalonis qui expulit patrem ſuum de iheruſalem et polluit cõcubinas eius. vbi ſupra. Ad correctionem homicidij habes interfectionem illorum qui interfecerunt iſboſeth. ij. Regũ. iiij. et interfectionem Joab qui abner et amaſan interfecerat de quo. iij. Reg. ij. Ad correctionem mechie habes multa que ſupra ſtatiȝ dicta ſunt. Ad correctionem furti habes lapidationem preſbyterorũȝ. Danielis. xiij Duo vltima precepta non habuerunt penã determinatam in lege. Idcirco ꝙuis tranſgreſſio ipſorum ſit peccatuȝ mortale ac mortis eterne meritum ipſorum tamen punitio non fuit alicubi in ſcriptura veteri figurata.

De prefiguratione ad correctionem malorum principum.

Ad correctionem autem malorum principuȝ occurrit pharao propter quem egyptus periit. Exod. xiiij. Occurrit roboan propter queȝ regnum iſrael ſciſſum fuit. iij. Regũ. xij. Item ſennacherib propter cuius maliciam et ſuperbiam percuſſit ãgelus domini. clxxxv milia aſſyriorum. iiij. Regũ. xix. Occurrit etiam nabuchodõ. qui propter maliciam ſuaȝ fuit quaſi conuerſus in beſtiam. Daniel. iiij Item antiochus de quo dicitur. ij. Mach. ix. ꝙ de ipſius corpore vermes ſcaturiebant et infra dicitur ꝙ homicida et blaſphemus miſerabili vita functus eſt. Occurrit etiam tranſlatio regnorũ õ gente in gentem ꝙ maxime aſcribitur et attribuitur malitie principum Eccli. x.

De prefiguratione ad correctiõnem malorum prelatorum.

Ad correctionem malorum prelatoruȝ occurrit heli qui fuit negligens in correctione filiorum qui de ſella corruens mortuus fuit. multaꝙ mala populo acciderunt. i. Regũ. iiij.

De prefiguratione ad correctionẽ malorum ſacerdotum.

Ad correctiõnem malorum ſacerdotum occurrũt filij hely ofni et phinees. qui neſcientes ſacerdotis officiuȝ i. Reg. ij. corruerunt in prelio. i. Regũ. iiij. Occurrunt etiam nadab et abiu qui obtulerunt ignem alienũ. et ideo fuerũt a domino percuſſi. deuorauitꝙ eos ignis. Leuit. x. Ignem alienum offerunt ſacerdotes auari et luxurioſi quos gehenne incendium deuorabit.

De prefiguratione ad correctioȝ omniuȝ predictorum

Ad correctionem omniuȝ predictorum occurrit conſiderare virtutes ſanctorum veteris teſtamenti videlicȝ iuſticiã noe. de qua Ge. vi. fidẽ et obedientiam abrahe. de fide hẽs Ge. xv. et obedientia. Ge. xxij. Itẽ de virtute eiuſ et pace quã voluit habere cũ Loth. hẽs. Ge. xiij. Occurrit ſecundo conſiderare ſimplicitatẽ iacob. Ge. xxv. Caſtitatẽ ioſeph. ge. xxix. Humilitatem dauid hẽs in multis locis. i. Reg. Ieiuniũ. Moyſi de quo Exo. xxiiij. Ieiuniuȝ helye. de quo. iij. Reg. xix. Abſtinẽtiã Judith vide in libro illo Danielis et ſociorum eiꝰ. Dañ. i. Zelũ phinees qui iterfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit ſacrificãtẽ ſuper arã. i. Mach. ij. Occurrit etiam cõſiderare ſedulitatẽ laborãdi. Ruth. et largitatem. Booȝ. vide in libro ruth. Patientiam. Job. et Thobie vide in libris eorum. Occurrit etiam conſiderare

zelū Samulis qui interfecit regem Agag. i. Reg. xv. et helye qui interfecit ſacerdotes Baal. iij. Regū. xviij. Occurrit etiam coſidērare ſtrenuitatem machabeorum et martyrum Eleazari. et illorum. vij. fratrum. ij. Macha. vi. et. vij. Sic ergo patet ꝙ bene dixit apoſtolus ꝙ facta veteris teſtamenti ſcripta ſunt ad correctionem noſtram. Dicit enim apoſtolus. i. Corinth. xi. Dum iudicamur autem a domino corripimur vt non cū hoc mundo damnemur. Sed multum terribile eſt quod ſcriptura dicit ꝙ difficile eſt corrigere quem deus deſpexerit. Eccl's. vij. vere ſignum eſt diuine deſpectionis quando homo a malis ſuis non corrigitur qui totiens et in tot locis corripitur per ſcripturas. Patet ergo clariſſime ex his que dicta ſunt i hac tercia conſideratione ꝙ omnia que predicamus de chriſto iheſu. omnia credenda. omnia cauenda. omnis inimicorum ſpiritualium malicia omnis virtutis ſacramentorum et efficacia. omnia predicta et alia fuerunt i lege et prophetis et pſalmis prefigurata. et ad noſtram correctionem ſcripta. quia omnia illa in figura contigebāt illis. i. Cor. x.

Quia omnia ſcripta de venturo Meſſia impleta ſunt in iheſu chriſto.

q Uartus pūctus et vltimus huius ſexti articuli ē videre quomodo omnia que ſcripta erant de meſſia venturo fuerunt impleta in chriſto iheſu ſaluatore noſtro. et ideo ipſe verꝰ meſſias nec alius expectandus. Pro cuius claro intellectu aperiuntur. xij. theſauri. Primus erit de tempore aduentus chriſti. Secundus de eius progenie. Tercius de aſſumulatione. Quartus de loco natiuitatis. Quintus de eius nomine. Sextus de eius veneratione: Septimus de modo viuendi. Octauus de modo moriendi. Nonus de cauſa mortis. Decimus de eius reſurrectione: Undecimus de premio credentium. Duodecimus de pena perſequentium in preſenti et in futuro.

Quia verus meſſias debebat venire in deſtructione ſecundi templi. et ablatōne ſceptri iſrahel. et impletione. lxx. ebdomadarū danielis.

P Rimus theſaurus aperitur de tempore aduentus meſſie. qd ſacra ſcriptura pronunciauit et ſpecifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quatuor teſtimonia. Primum eſt teſtimonium prophetarum ſecundum gloſas. Talmuth. licz in illo libro reperiantur multe vanitates et abbominationes et hereſes. non ſolum cōtra legem euangelicam ſed etiam contra eſſentiam diuinam. et contra legem ſcripture ac cōtra legem nature vt ſuo loco videbitur propter que puniri deberent. Ueruntamē ad conuincendam maliciam eorum proprijs auctoritatibus ſuorum doctorum concluditur aduentus meſſie ſicut optime fuit diſputatum cum ſapientibus eorum et concluſum et determinatum coram ſummo pontifice: Benedicto. xiij. Preſentibus pluribus cardinalibus. prelatis et magiſtris in theologia. et alijs multis notabilibus perſonis. Anno domini. M. cccc. xij. xviij. pontificatus eiuſdem ſummi pontificis: Secundum eſt teſtimonium inquiſitionis iudeorum. Tercium erit teſtimonium ioſephi: hyſtoriographi eorum. Quartum erit teſtimonium Pylati qui eum tradidit crucifigendum arbitrio eorum. De primo dico ꝙ tempus aſſignatum aduentus meſſie erat in fine ſecundi templi Hieruſalem paulo ante deſtructionem eiuſdem templi: vt patet Malachie. iij. vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam. et ſtatim veniet ad templū ſanctum ſuum dominator quem vos queritis. et angelus teſtamenti quem vos vultis Ecce venit dicit dominus exercituū In dicto textu ſunt tria vocabula que ſignificant ſuum aduentum multum prope. Primum eſt ecce. qd oñdit rem preſētē añ nos. Secūz ē ſtatī qd oñdit rem breuiſſimā vel ſine tpe Terciū eſt ecce venit. Item quando dixit ad templum ſuum oſtendit ꝙ in hora ſui aduē

tus eſſet templum edificatum et in bono ſta
tu per contrarium illius quod credunt iudei
qui dicunt ꝙ quando ipſe veniet: inueniet
eos in captiuitate et templum deſertum:
Item ſecundo ſicut dixit Iſa. ca. lvi. Hec di
cit dñs. Cuſtodite iudiciū et facite iuſticiā
qꝛ iuxta eſt ſal⁹ mea vt veīat et iuſticia mea
vt reueletur et declarant doctores hebreorū
in berexitraba. i. geneſi magno. Rabi moſ-
ſe darſan quid voluit dicere. iuxta eſt ſalus
mea. vt veīat et iuſticia mea vt reueletur hoc
dicitur pro rege meſſia. propter quod dixit
Daniel capitulo. ix. et adducatur iuſticia ſē-
piterna. Item tercio dixit Zach. ix. Exulta
ſatis filia ſyon. iubila filia iheruſalem. Ec-
ce rex tuus veniet tibi iuſtus et ſaluator ipſe
pauper et aſcendens ſuper aſinam et ſuper
pullum filium aſine. In ꝙtum dixit ecce rex
tuus oſtendit eius aduentum breuiſſimum
Et quod reſtat in hoc textu oſtendit ꝙ loqͥ
de chriſto iheſu quia in tali habitu intrauit
in iheruſalem. Multum facit admirari quo-
modo omnes iſti prophete fuerunt concor-
des vt omnes vna voce dicerent aduentum
meſſie eſſe tamꝑpinquiſſime et ꝙ poſtmo
dum retro ceſſerit tanto tempore a tempore
vltimo predictorum prophetarum vſqꝫ ho
die cum tranſierint iam vltra mille ſeptingē
ti anni. Inuenimus enī balaam Numeri.
xxiiij. dixiſſe prophetando pro rege dauid.
videbo eum ſed non modo intuebor illum.
ſed non prope. et ab eo vſqꝫ ad dauid nō fu
erunt niſi quadringenti anni modicum pl⁹
Quare per vim habemus dicere ꝙ pauco tē
pore poſt dictos prophetas habebat eē ad-
uentus meſſie. Dicet iudeus per dicta pro-
phetarum bene oſtenditur eſſe aduent⁹ meſ
ſie in breui. ſed quomodo probabitur ei ꝙ
ille aduentus fuit in fine templi ſecundi in
eadem hora qua fuit aduentus iheſu chriſti
Dico ꝙ hoc oſtenditur multum bene mul-
tis auctentias prophetijs et rationibus et
pͥo per. Iſa. capitulo. ix. qui dixit. Paruu-
lus enim natus eſt nobis. et filius datus ē
nobis. Et factus eſt principatus ſuper hu-
meros eius. et vocabitur nomen eiuſ admi
rabilis. conſiliarius deus fortis pater futu-
ri ſeculi. princeps pacis. multiplicabitur ei⁹
imperium et pacis non erit finis. Non ē du
bium quin iſta prophetia loquatur de meſ-
ſia quia impoſſibile eſt aliquem hominem
carnalem in quo non ſit diuina natura inti-
tulari tam excellentiſſimis titulis Item qꝛ
ipſimet doctores hebreorum dicunt hoc in
prologo hecarabeti. i. lamentatiōis magne
Ubi dicit rabi Oze. galileuſ. in nomine meſ
ſie eſt pax. quia ſic ſcriptum eſt pater futuri
ſeculi. princeps pacis: Item in libro canhe
drin in capitulo quod incipit totus iſrahel
Dicit rabi thauhum. Que eſt ratio ꝙ queci
ꝙ men. que eſt in medio vocabuli eſt aper-
ta et hͨ eſt clauſa Reſpondet quia deus vo-
luit facere de Ezechia meſſiam. et venit vir-
tus iudicialis et dixit ante deum dominū
mundi. Dauid qui dixit ante te tot cantica
et tot laudes. non facis meſſiam et ezechi-
am pro quo feciſti tot miracula. et non dixi-
ſti vnum canticum ante facies meſſiam: et
ideo deus clauſit men. Et illa hora exiuit
filia vocis. i. vna reuelatio et dixit ſecretum
meum mihi. ſecretum meum mihi: ve mihi.
Et declarat rabi Salomon ꝙ dicebat deuſ
hoc ſecretū de aduentu meſſie meum eſt. Et
ꝙ propheta reſpondit. ve mihi vult dicere.
O miſer quando veniet ille meſſias. Ex
predicta auctoritate poſſimus elicere tres ꝯ
cluſiones Prima ꝙ meſſias eſt ipſemet de-
us quia predicti tituli non poſſunt iuſtifica
ri niſi de ipſomet deo. Secunda concluſio ē
ꝙ meſſias natus eſt de maria exiſtente vir-
gine quia illa littera men. poſita in verbo
multiplicabitur. quod in hebraico dicitur
leuiarbe oſtendit nomen eius quod ē in he
braico merien. In latino maria ambo no-
mina incipiunt in illa littera men. ſed in rec-
ta ſcripta quaſi curſu naturali debebat eſſe
men aperta In ꝙtum vero eſt clauſa per con
trarium et contra naturam totius ſcripture
oſtendit dictam merien vel mariam eē clau
ſam ſiue virginem. Sic enim contra curſum
nature concepit et peperit. quia non ex virili
ſemine ſed myſtico ſpiramine: Tercia cō-
cluſio eſt que ad propoſitum facit ꝙ dicta
men clauſa oſtendit tempus aduent⁹ meſſie
punctualiter. quia hec prophetia fuit dicta
in quarto anno regis. Achaz. et ab illo an-
no vſqꝫ ad deſtructionem primi templi que
facta fuit. xi. anno regis Sedechie tranſierūt
cl. anni. Item durauit captiuitas Baby
lonie. lxx. annis Templū ſcdm ꝙ edificauit
neemias durauit. ccccxx. ānis ſi ſubtraham⁹
xl. annos qui trāſierunt a paſſione xpi vſqꝫ

ad deſtructōnē tēpli per Titū remanēt ſexcē
ti āni q̄ trāſierūt ab hora ī qua dicta fuit p̄/
dicta prophetia vſq; ad paſſionem xpi. et tā
tum ſumat mendauſa in numero ſm hebre
os. cuius figura in habedario hebreoꝝ h̄ ē
ex q̄bꝰ ſeq̄t ꝙ i illa mēdauſa oñdit nob̄ deꝰ
illa duo ſecreta cū dixit. ſecretū meum mihi
ſecretum meum mihi. Primum ꝙ mat̄ meſ
ſie debebat eſſe maria ſiue virgo Secundo
ꝙ tempus ſaluationis aduentus meſſie fu
it punctu aliter ſexcentorum annorum a re/
uelatione prophetie vſq; ad paſſionem ſal/
uatoris. Iterum poteſt idem probari ī vna
auctoritate que eſt in medraſtuphin. i. glo/
ſa pſalterij: vbi dicit rabi Iohanam tribus
annis cum dimidio ſtetit gloria domini in
monte oliueti dando voces et dicendo.

Querite dominum dum inueniri poteſt
inuocate eum dum prope eſt Iſa. lv. Itē di
xit in berexit raba. i. in geneſi magno rabi
moſſe darſan. Quid voluit dicere ſalomon
in canticis canticorum ca. i. quando dixit
Exultauimꝰ et letabimur in te. quando hoc
erit. Quando pedes dei ſtabunt in monte o
liueti illa hora erimus nos leti. Dico ꝙ ma
nifeſte apparet quia iſti tres anni cū dimi/
dio ſunt illa dimidia ebdomada quam di
xit daniel pro meſſia. Confir[illegible]auit autē pa
ctum multis. Inuenimus enim ꝙ ſic fuit
quia ſaluator noſter recepit baptiſmum in
etate. xxx. annorum et deinde vſq; ad tempꝰ
paſſionis fuerunt quaſi tres anni cum dimi
dio. quibus ambulauit per galileam et per
montem oliueti conuocando homines ad
penitentiam et reſpectu huius dicebat pre/
dicta verba. Iſa. recitata per rabi Iohanni
ſcz. querite dominū dum et cetera vt ſupra.
Itē pōt probari manifeſte ꝙ aduentꝰ meſ/
ſie debet eſſe in predicto tempore per aucto
ritatem quandam hebreorum que eſt in li/
bro canhedrin in ca. quod incipit totus iſra
el. et in libro Abadazara ca. i. vbi dicitur:
ſic legitur in ſtudio Helie ſex mille anni eſt
mundus duo milia vanitatis. duo milia le
gis. et duo milia meſſie. Sed propter pecca/
ta noſtra iam ſunt extra magna pars. Iterū
in eodē ca. dixit Helias rabi iuda nō eſt mi
nus mundus q̄ quinquaginta quinq; iubi
lei. in vltimo iubileo vēiet filius dauid. glo
ſa Rabi ſalomon iſtud ſūmat quatuor mil/
le ducenti et quīquaginta anni. et in vltimo

iubileo filiꝰ dauid veniet. Notū eſt ꝙ mors
i meſſie fuit circa tempus. quando impleti
ſunt quatuor mille anni a creatione mundi
et poſito ꝙ non inueniatur punctualiter ꝙ
eſſent illa hora quatuor mille anni non eſt
mirum quia maior decōputatio q̄ ſit hec in
uenitur in verbis dei in textu legis cū deus
dixit abrahe. Scias ꝙ futurum eſt ſemē tu
um in captiuitate in terra aliena quadringē
tis annis. et quando fuerunt liberati dicit
textus ꝙ ſteterant. ccccxx. annis Et poſtq̄
bene viſitauimus computum. inuenimꝰ ꝙ
ex quo Iacob deſcendit in egyptū vſq; quo
fuerunt liberati per manus moyſi non tran
ſierunt niſi. ccx. anni. Item ſi bene nūeramꝰ
computum inuenimus ꝙ ſubiectio captiui
tatis non fuit niſi quaſi centum anni. ergo
ſecūdum hoc non eſt mirum ſi doctor diui/
ſit ſex mille annos de duobus in duobus
milibus. ergo facta acciderunt circa illam di
uiſionem modicum plus vel minus. Et po
ſito ꝙ dicat aliquis ꝙ ſm auctoritatē illam
tēpus aduentus redemptoris deberet eſſe ī
plenitudine quatuor milium annorū poſt
deſtructionem templi intantum ꝙ ſaluatio
foret ducentis annis anticipata ante com/
putum doctoris. Dico ꝙ eſt mirabile quia
Eſa. in fine capituli. lx: illud prenoſticauit
dicendo. Ego dominus in tempore ſubito
faciam iſtud et qui habent oculos ad vidē/
dum poſſunt intelligere ꝙ rationabilius ē.
ꝙ aduentu ſaluatoris anticiparetur ex gra/
tia dei ducentis annis Ante tempus ſuum
q̄ in preteritum tranſeundo milleducenti ā
ni poſt quatuor mille non veniendo. Iterū
ad ampliorem probationem dicte concluſi/
onis inuenimus quod dicit Talmuth ihe/
ruſalem iſta in libro herabot in capitulo ha
icore et me quarabeti. i. lamentatio magna
dicit ſic. Accidit vni iudeo qui ſtabat la/
borando ꝙ dedit mugitum bos tranſitq;
vnus arabs audiuitq; vocem bouis et di
xit iudee fili iudei. ſolue. ſolue. ſolue. tuos
boues et tuum apparatum quia ſanctuari/
um veſtrum deſtruitur Iterum bos de/
dit ſecundū mugitū. et dixit ei arabs iudee
fili iudei liga tuos boues et prepara illos
quia natus eſt rex meſſias. Et dixit ei iu/
deus quod eſt nomen ſuum. Reſpondit
menahē. i. conſolator. Dixitq; ei iterum iu/
deus et quomō eſt nomen ſui pr̄is Dixit ei

Ezechias.i.fortitudo dei dixit iterum iude
us Et ubi natus eſt dixit ei In bethleez iu
de. Dicit rabi abon Et quid oportet di/
ſcere ab arabibus ꝙ textus clarus ē in Eſa
x.qui dicit Libanus cuȝ excelſis cadet et di
cit ſtati p⁹ Et egredieť virga de radice yeſſe.
Ex predicta auctoriate eliciuntur et multuȝ
bene quatuor concluſionis Prima quia ad
uentus meſſie fuit circa deſtructionē templi
Secūda ꝙ meſſie nomen eſt menabē ꝙ ſo
nat in hebraico cōſolator quia per manum
eius fuit conſolatum genus humanū ꝺ pec
cato Adam Tercia ꝙ eſt filius dei quia no
men patris quod hic intitulat ipſe quod eſt
ezechias ſignificat in hebraico idem quod
deus fortis. Quarta ꝙ natus eſt in bethleē
Item dixit Talmuth in berexit.raba antiq̄
dicit rabi Simuel filius nabamā Unde p/
habis tu ꝙ in die in quo fuit deſtructio tem
pli in illa die natus eſt meſſias ꝺ quo dixit
Eſa.c.lvi. Anteꝙ parturiret peperit anteꝙ
veniret partus etiā peperit maſculū in hora
qua fuit deſtructio templi dederūt voces iſ/
rael ſicut mulier exiſtens in partu.et dicit io
nathas in tranſlatione chaldaica anteꝙ ei
veniret anguſtia fuit ſaluata et anteꝙ veni/
rent dolores partus reuelatus eſt rex meſſi/
as Item dicit in eodem libro rabi ſim uel fi
lius Johānā ſemel ibat helias p viam in
die qua fuit deſtructuȝ templum et audiuit
vnam filam vocis.i.reuelationem claman
tem et dicētē Templū ſanctū vadat ad de/
ſtructionē quādo illud audiuit helyas ima
ginatus eſt quō poſſet deſtruere mundū et
iens inuenit homines arātes et ſeminātes
et dixit eis Deus eſt iratus cōtra mundum
et vult deſtruere domum ſuam et captiuare
ſuos filios inter gentes et vos intromittiť
vos ipſos inuitis tpalib⁹ Exiuit altera reue/
latio et dixit. Dimitte eos facere quia iā na
tus eſt ſaluator iſrahel Dixit ipſe et ubi eſt il
le dictum eſt illi In bethleē iude Iuit illuc
et inuenit mulierem quandam ſedentem in
porta domus ſue et filium eius inuolutum
in ſanguine et iacentē añ eā dixitq; ei filia:
filium peperiſti:et dixit ſic Et ait ei. Et q̄d
eſt hoc ꝙ ſic eſt inuolutus in ſanguine Rñ
dit grande malū eſt quia in die in quo nat⁹
eſt deſtructū eſt tēplū Dixitq; ei. Surge fi/
lia et accipe eum quia per manum ſuam de
bet eē magna ſaluator In illa hora ſurrexit
mater et accepit puerū.et ipſe receſſit inꝺ vſ/
q; ad quinq; annos.et in fine quinq; anno
rum dixit. Ibo et videbo ſaluatorem iſrael
ſi nutritur in forma regum vel angelorum.
Iuit ergo et inuenit mulierem in porta do/
mus ſue et dixit ei filia quid eſt de illo pue/
ro Reſpondit rabi Nonne dixi tibi ꝙ cum
malo nutritur quia in die qua natus eſt fu
it templum deſtructum et vltra hoc quia ha
bet pedes non ambulat oculos habet et ñ
videt Aures habet et non audit. Os habet
et non loquitur et ſic ſcatat ſicut vnus lapis
et dum ipſe loqueretur cum ea inſufflauit vē
tus a quatuor partibus mūdi et proiecit eū
in mari magno et ea hora helyas ſcidit ve
ſtimēta ſua et emulſit capillos ſuos.et dixit
ve quia perdita eſt ſaluatio iſrael Et exiuit
vna filia vocis id eſt reuelatō et dixit helia
Non eſt ſicut tu cogitas ſed quatuor centis
annis habitabit in mari magno et.lxxx. an
nis vbi aſcendit fumus circa filios chore.
et.lxxx.annis in porta rome quod remanet
annorum per omnes ciuitates vſq; ad finē
Ecce quomodo apparet manifeſte ex om
nibus predictis auctoritatibus aduentum
meſſie eſſe in deſtructione templi Sed iu
deus poterit arguere dicendo.ꝙ predicte au
ctoritates probat aduentum et deſtructionē
fuiſſe eadem die ſed veritas non eſt ſic quia
a die paſſionis vſq; ad deſtructionem tran
ſierūt.xl.anni Hic poteſt dari optime du
plex reſponſio Prima ꝙ iſtud nomen di
es accipi poteſt tripliciter ſcilicet ſtricte lar
ge et largiſſime. Primo accipitur prout
ſol eſt ſupra orizontem. Secundo accipi/
tur pro.xxiiij.horis. Tercio accipitur pro
omni tempore ſicut inuenimus in Eſa. ca.
xix.vſq; ad.xxxix. Ubi ſepe fit mentio ꝺ hoc
nomine dies et neceſſario habet accipi pro
maiori tempore ꝙ eſt annorum . Secun
da reſponſio eſt ꝙ ſi templum bene durauit
poſt paſſionem.xl.annis.veritas tamen eſt
ꝙ in hora paſſionis perdidit templum om
nem ſanctitatem ſuaȝ et ceſſauerunt omnia
miracula que fiebant in eo. Nolite ergo
querere o iudei maiorem deſtructionem ꝙ
illam. Unde dicit Talmuth in libro de
Ioma in capitulo quod incipit ſeptem dieſ
legunt magiſtri decem miracula que facta
erāt i domo ſancta ſcȝ ꝙ abortiuit ex odore
carnis ſancte Nō fetebat caro ſācta aliquo

tempoꝛe nunq̄ apparuit muſca in templo
nunq̄ accidit pollutio ſacramenti magno ī
die indulgentiarum. Nunq̄ inuenta eſt ma
cula in pane propoſitionis. et licet pedes
ſtarent in templo cum habebat humiliari
ſpacioſi inueniebantur. Nunq̄ nocuit ſer-
pens nec alacerni iheruſalem: Nunq̄ dixit
vir ſocio ſuo ſtrictum hoſpitium habui ī ihe
ruſalem. Nunq̄ fuit ſufficiens pluuia ad ex
tinguendum ignem altaris. Et nunq̄ fue-
runt ſufficientes venti ad toꝛquendū pi
lare fumi quod aſcendebat de altari. Et dic̄
tranſmaya et adhuc plures. q2 ptes vaſoꝛū
terrenoꝛum que frangebantur in templo fū
debantur in eodē loco. et dicit abaye. et ad
huc plume auium ſacrificij et cīnis altaris
in cenſi oīa fundebantur in loco ſuo. et totū
hoc ceſſauit. xl. annis ante deſtructionē tem
pli. ſicut ſcriptum eſt. Signa noſtra non vi-
dimus non eſt vltra propheta neq̄ apud
nos eſt ſciens vſq̄ quo. ps. lxxiij: Item dici
tur in eodē libro legunt magiſtri ꝙ. xl. ānis
in quibus adminiſtrauit ſymeon iuſtus om
ni hoꝛa veniebat ſoꝛs dei ad magnū dexte-
ram. ſed ex tūc aliquando in dextera aliquā
do in ſiniſtra. Itē elcopolone efficiebatur al
bus aliquando non. Item candela q̄ erat ī
occidente templi omniū hoꝛa erat incenſa &
ex tunc aliqn̄ incenſa. et aliqn̄ extincta. Itē
ignis altaris excedebat per ſeipſum et non
erat neceſſe ſacerdotibꝰ mittere ligna niſi bis
in die ſolum vt affirmaret preceptum ꝙ ha
bebat ſacerdos de mittēdo ligna. Leuit. vi.
Sed ex illo tūc aliquando excedebāt aliqn̄
non intantū ꝙ ſacerdotes non ceſſabāt po-
nere ligna tota die. Itē dicitur in Talmuth
hieroſolomitiſta in libro de yoma in ca. qd̄
incipit duo hyrci legūt magiſtri ꝙ. xl. annis
ante deſtructionem tēpli inueniebāt extinctā
candelam que erat in occidente et copolane
ſtabat ſp̄ rubeus et ſoꝛs dei vēiebat ad ma
nū ſiniſtram et claudebant poꝛtas templi ī
ſero et inueniebant eas aptas d̄ mane. et di
xit rabi Iohāni filius zachai. Templū tem
plū quare nos terres. iam ſcimus ꝙ tuus fi
lius debet eē deſtructio. quia pro te prophe
tauit zacharias: ca. xi. Aperi libane poꝛtas
tuas et comedat ignis cedros tuos: Ecce er
go clariſſime quō. xl. ānis ante deſtructiōē
qua hoꝛa fuit xp̄i paſſio ceſſarunt omnia mi
racula et perdidit tēplū ſanctitatem ſuā. Et
non ſolū tunc dicta miracula ceſſauerunt ſ3
eadē hoꝛa amotū fuit ſceptrum iuda. ſecun
dum illud quod ꝓphetauit iacob et ſcriptū
eſt in libro canhedrin. ī ca. quod icipit baud
hod qui et in libro de abdozara in ca. i. di-
cunt ſic. legunt magiſtri ꝙ. xl. annis ante d̄
ſtructionem templi fuerunt amoti canhedri
i. lxx. iudices conſiſtoꝛij gazit et fuerunt po-
ſiti in hamith. declarat Rabiſichim: locus
erat in iheruſalem qui vocabatur hamith.
dicit rabiadin et ex illo tunc nunq̄ amplius
iudicarunt iudicium criminale quia iudici-
um criminale non poterat fieri niſi in conſi
ſtoꝛio gazit et dicit rabimoſſe darſan ꝙ nō
auferetur ſceptrū de iuda. hoc dicitur propt̄
conſiſtoꝛium gazit quod erat in terra iuda
et dux de femoꝛe eius. iſti ſunt canhedrin q̄
erant ſedentes in conſiſtoꝛio. Gazit qd̄ erat
in terra iuda et dixit ſic. Jacob canhedrin q̄
ſtabunt ſedentes in conſiſtoꝛio gazit nunq̄
erant amoti a terra iuda iudicando iudicia
criminalia quouſq̄ veniat ſylo qui eſt meſſi
as et dicit rabira chanum quando fuerunt
amoti a conſiſtoꝛio canhedrin gazit et fuit
eis amota poteſtas iudicandi iudicium cri-
minale conſuerunt ſaccos ſuper coꝛia ſua
et euulſerit capillos ſuos et dixerunt ve no-
bis quia amotum eſt ſceptrum iuda et filius
dauid non venit. Qui multum non eſt coꝛ-
de cecus bene poteſt videre clariſſime quo-
modo ſequitur ex omnibus ſupradictis au
ctoꝛitatibus aduentus meſſie pro illa hoꝛa
Uerumptamen pro maioꝛi ſanctificatione
poteſt videri hec veritas ex magna publica
tione que ibat ex oꝛe omnium gentium eo
tempoꝛe de aduentu meſſie intantum ꝙ q2
videret illa hoꝛa regere que vnum qui regna
bat in ciuitate iude qui dicebatur hiter
qui erat homo magne foꝛtitudinis et vi-
ctoꝛ precioꝛum cuius nomen erat bacoziba.
ſtatim reputauerunt eum meſſiam intelli-
gentes ꝙ in illa hoꝛa erat tempus aſſigna-
tum aduentus meſſie dicitur in libro canhe
drin in capi. quod incipit totus iſrahel ꝙ
barcoziba regnauit. xxx. annis cū dimidio
et dixit doctoꝛibus. Ego ſum meſſias et ra-
bi aquiba quando videbat barcozibam di
cebat. iſte eſt meſſias. Item dicit Rabimo-
breuitate correxit et ad .xij. libros coartauit Et de omnibus vnū codicem ordīauit quē codicē Iuſtinianū appellari voluit. Fecit etiam librum inſtitutionum quē in quatuor diſtinxit libros in quibus legū primordia continentur. Nouas quoqꝫ leges quas ipſe fecerat in vnuꝫ volumē redactas nouellas vocari voluit que communiter autentice appellātur. et ſunt per collatōes diſtincte Omniū etiam magiſtratuū et iudicum ſeu iuris conſultorū leges que duorū milium librorū eſſe dicebātur abbreuiari fecit et ad numerū librorū quinquaginta redegit. ipſūqꝫ librū digeſtorū ſeu pādectarū vocari mādauit. quib⁹ legib⁹ hodie totus mūdus ordinatur et regitur In iſto principe concurrerūt potētia. ſapiā et diuinus cultus: ꝑ potētiam hoſtes ſupauit. per ſapiam mūdū iuſtis legib⁹ ordinauit. per diuinū cultū deum et eccleſiā edificijs et alijs operib⁹ honorauit. Cū ergo omnes predicti leges dederīt vt oſtenſū ē ptꝫ euidēter ꝙ moyſes in dando legē non fuit ſingularis. Reſpondeo et primo declaro quid eſt lex. ſecūdo diſtinguam nomē legis. tercio ſoluetur dubitatō Circa primū dicitur ꝙ lex eſt quoddā ſpeciale vinculū quo homines tenentur et ligantur ne per actus illicitos euagent̄. Sicut eī animalia ſilueſtria nō domātur niſi primo fortibus vinculis teneantur qꝛ ſcꝫ nūꝙ͂ domita efficerentur ſi ſine vinculis ad voluntatem ſuam vagari dimitterētur Sic vero neceſſe fuit vt leges et mandata a deo et a ſuperioribus fierent. vt īfra limites iuſticie vagabiles mores hominū corrigerentur et domarentur. Homo eñ qui ſicut vir van⁹ in ſuperbiā erigitur. et ſicut pullū onagri ſe natū liberū putat. vt dicitur Iob. xi. nūꝙ͂ perfecte corrigeret̄ vel domaretur ſi ſine legiſ vīclo vagari ad arbitriū ſineret̄. Et iō certa ad ligandū mores hominū ne vagarentur. conſtituta eſt lex triplex. ſ. lex nature. diuine cure et humane cure. Lex nature eſt illa inflexibilis certitudo quā de⁹ in ſindereſi conſcīe collocauit. ne quis excuſari poſſit. que vniamqꝫ dictat et oſtendit: quid bonū vel quid malum. de qua dicitur ad Ro. ij. Cū gentes q̄ legem non habēt ea que legis ſunt faciunt ipſi ſibi ſunt lex vide ibi. Lex diuine cure ē quā dedit de⁹ moyſi in ſcriptis. Et ideo dicitur lex ſcripture. et quā xp̄s in illa pmiſſus implens vacuitatem ei⁹ veniēs ex generis humani amore per ſeipſū docuit. et in cordib⁹ īpreſſit. ſuiſqꝫ fidelib⁹ dereliquit. et iō dicta eſt lex amoris. Lex vero humane cure ē illa quā ad regimē humanū principes ſtatuerunt. de qua dicitur. i. Cor. vij. Lex i homine dominatur quanto tp̄e viuit. Circa terciū ad predictā dubitatonē dicitur ꝙ verū eſt moyſen in dādo legem eſſe ſingularē. et verum eſt ꝙ alij qui dicti ſunt dederūt leges. qꝛ moyſes dedit legem diuinam. Alij vero leges dederunt humanas ait eñi btūs Iſidor⁹ vbi ſupra. Moyſes gentis hebraice prim⁹ omnium diuinas leges ſacris litteris explicauit. vt infra capitulo. ij. ponens differentiam inter leges diuinas et humanas dicit. Omnes autem leges aut diuine ſunt aut humane. diuie natura humāe moribus conſtant. Ideoqꝫ he ſcilicet humane diſcrepant quia alie alijs gentibus placent Si ergo moyſes in dando legem diuinam fuit ſingularis et ſolus. in illo quo ſingularis fuit propha ſuſcitaturus de medio debebat ei aſſimulari. ſequitur ꝙ ille propheta debebat dare legem diuinam qđ ſoluꝫ impletum eſt in iheſu chriſto ſaluatore noſtro qui dedit legem euangelicam que lex diuina ē et noua ſicut Moyſes dedit legem diuinam antiquam. Quo ad ſecundum punctum ſcilicet vtrum iheſus verus meſſias debuit dare legem diuinam aliam a lege Moyſi dico ꝙ ſic. Ad quod probandum adduco tres fideliſſimos teſtes: quorum primus ē Iſaias. qui in capitulo. ij. quod ad litteraꝫ exponitur de meſſia inter cetera dicit. De ſyon exibit lex: et verbum domini de iheruſalem: quod verum eſt in iheſu nazareno vero meſſia et in eius diſcipulis et apoſtolis qui inceperunt verbum predicationis in iheruſalem et continuauerunt et publicauerunt per totum mundum quia in omneꝫ terram exiuit ſonus eorum etc̄. Declarat rabi Salomon ſuper verbo. eleuabitur ſuper omnes colles. cap. eodem dicens. Quid vult dicere. et eleuabitur ſuper colles. Niſi quia miraculum quod erit factuꝫ in eo erit maius ꝙ͂ miracula montis ſynai et carmeli et thabor. Et quod eſt illud miraculum eſt illud quod dicit. De ſyon exibit lex.

Item dicitur in midras tuſim. id eſt in gloſa pſalterij ſuper illud. Domi-

ne ĩ fortitudīe tua letabit̃ rex. pſ. xx. dicitur
ſic. Quid voluit dicere Jſaias in. c. xi. quan
do dixit. Jn illa die erit radix Jeſſe que ſtat
in ſignũ populorum ipſũ gẽteſ deprecabũt̃
et erit ſepulchrũ eius glorioſũ: Dixit rabibã
ma non veniet rex meſſias. niſi vt det genti-
bus ſeculi mandata ſicut tabernacula pal-
mes et philateria. Satis apparet ex intenti
one huius doctoris ꝙ deus debebat dare
legẽ nouã in qua eſſent mandata cerimoni-
alia ſicut in lege veteri. Et quia facit mentio
nem aliquarũ cerimoniarum legis antique
non apparet ꝙ ſit ſua intentio ꝙ meſſias d̃
beret dare illas eaſdẽ cerimonias. cũ cã pro
pter que date fuerunt in illo tempore ſit iam
preterita. et in tpe meſſie nõ eſt locus vt den
tur. Jtem dicit̃ in midras ſichaſirim. i. ĩ gl.
canticorũ ſuper textu ca. primi vbi dicitur.
Oſculetur me oſculo oris ſui. dicit rabi. Ja
hyda. Jn hora ĩ qua iſrael audiuerũt ex ore
dei. Duo prima mãdata legis fuerũt firma
ti ĩ cordib⁹ ſuis, taliter. ꝙ nõ tradiderũt obli
uioni. Veniũt ad moyſen et dixerũt: En ra
bi oportet ꝙ tu ſis mediator inter deum et
nos: ſicut ſcriptum eſt. Exo. xx. Dixerũt mo
yſi Loquere tu nobis et audiemus non lo-
quatur domin⁹ nobis ne forte moriamur.
Ex illo tũc docebat eos Moyſes legem: et
qui addiſcebant obliuioni tradebãt et dixe
runt Sicut moyſes ẽ carnalis et tranſiẽs. ſic
doctrina ſua tranſit a nobis et dixerunt Ra
bi. vtinã vellet de⁹ ſecũdo oſtendi nobis. et
iã oſcularetur nos oſculis oris ſui. taliter ꝙ
ſua doctrina reffirmaretur in cordib⁹ noſtris
Et dixit eis moyſes. Hoc nõ poteſt eẽ mõ ſꝫ
in tẽpore Meſſie erit. quia ſic ſcriptum ẽ Hi-
ere. xxxi. Dabo legẽ meã in viſceribus eorũ
et in cordibus eorũ ſcribã eã. hec ibi. Hec eſt
illa lex quã cũ magna inſtãtia petebat da-
uid ſecũd⁹ teſtis. in pſal. cxviij. Legẽ pone
mihi domine viam iuſtificationũ tuarum:
et exquiram eam ſemper. Hic pōt queri a iu
deis quã legẽ hic petebat a dño dauid nõ le
gẽ. moyſi q: eam iã habebat. ergo aliam q:
dicit. viã iuſtificationũ tuarum et hec non ẽ
alia niſi veri meſſie Jheſu nazareni que iu-
ſtificat. lex enĩ moyſi nõ iuſtificabat nec ei⁹
ſacrificia patet q: illa ſacrificia de per ſe. nõ
placebant deo nec eum lege inſtituta ſunt.
Hiere. vij. Hec dicit dñs: nõ ſum locutus cũ
patribus veſtris in die qua eduxi eos de ter
ra egypti. de verbo holocauſtorum et victi-
marũ ſed ſm ꝙ dicit Rabi Moyſes de egy-
pto. Jſta ſacrificia non fuerunt data niſi vt
retraherentur a ſacrificijs ydolorum et in ſi-
gnũ huius non fuerunt data populo niſi p⁹
ꝙ populus ad ydolatriã declinauit vitulũ
cõflatilẽ adorando. Jdeo voluit deus ma-
gis ea ſibi off. rri ꝙ ydolis. et de hoc pulcre
tractat ſanctus Tho. prima ſecũde. q. cij. ar-
ticulo: iij. in corpore. et deinde per totũ Jtẽ
ptꝫ ꝙ ſacrificia legis moyſi non iuſtificaue-
rũt q: ſemꝑ cũ eorum oblatione requirebat̃
oblatio ſacerdotis ptꝫ in leuitico: Sꝫ q̃d
ſi ſacerdos eſſet malus et indignus: vtrum
exaudiretur a domino: certe nihil valebat to
tum ſacrificium. et hoc eſt ꝙ dicunt docto-
res theologi in quarto ꝙ ſacrificia valebãt
non ex opere operato. ſed ex opere operant̃
Secus eſt de ſacrificijs veri noſtri meſſie Je-
ſu nazareni. que valent ex opere operante. et
ex opere operato: vt patet in baptiſmo: qui
quantumcũqꝫ ſit malus miniſter et peſſimus
etiam iudeus et infidelis quicunqꝫ faciens
quod eccleſia intendit baptiſmus compl̃t
ſuum effectum. Petebat ergo dauid le-
gem veri meſſie Jheſu nazareni que iuſti-
cat dicens. Legem pone mihi domine iuſti-
ficationum. etc. Hec eſt illa lex ſcilicet Jheſu
nazareni data in monte ſyon non in monte
ſynai. de qua tercius teſtis. ſ. Hieremias c.
xxxi. dicit. Ecce dies veniunt: id eſt tempo-
ra noui teſtamenti dicit dominus. et feriam
domui iſrael et domui iuda. i. fidelib⁹ chri
ſtum confitentibus generaliter et credenti-
bus de iudeis ſpecialiter ſecundũ quod [illegible]
tur Act. xiij. Primum vobis oportebat lo-
qui verbum dei et cetera. fedus nouum. [illegible]
gem nouam. Lex enim frequenter in [illegible]
teſtamento vocatur fedus non ſecundum [illegible]
ctum quod pepigi cum patribus veſtris in
die qua eduxi eos de terra egypti que [illegible]
tum fecerunt. ipſum multipliciter tr[illegible]
diendo. ſicut patet in libris Judicum [illegible]
et Paral. Ecce ꝙ expreſſe dicit prop[illegible]
gem veri meſſie. quam vocat fedus n[illegible]
ſiue pactum debere eſſe aliam a lege [illegible]
et dicit non ſecundum pactum quod [illegible]
gi cum patribus eorum in die qua [illegible]
eos de terra egypti. ſcilicet cum dedi [illegible]
gem in mõte ſynai. Quia ergo alia debebat
eſſe lex meſſie promiſſi. ſ. Jhũ [illegible]

Moyſi videnda eſt differentia inter vtranqꝫ
legem que non vna ſed multe incomparabi
les dicte ſunt de quibꝰ dat teſtimoniū ſacra
ſcriptura ſpāliter doctria beati pauli qui ple
nius ꝙ oēs alij autores noui teſtamenti lo
cutus eſt oſtendēs ꝙ qꝛ ipleta erant myſte-
ria ipſius ceſſauit vſus legis moyſi q̄ prio
erat. Et de diuerſis ptibꝰ ſuaꝝ epl'arū colli-
guntur hic. xiiij. dr̄ñie. et addā vnā: vt ſic ſit
xv. dr̄ñtie que per ordinē ſunt iſte que ſequū
tur videlicet lex Moyſi ē lex carnis. lex chriſti
eſt lex ſpūs. lex Moyſi ē lex timoris. lex xp̄i
eſt lex amoris. lex Moyſi ē lex figure. lex xp̄i
eſt lex veritatis. lex Moyſi eſt lex oneris pō
deroſi et ſine cōmodo. lex xp̄i ē lex ſuauita-
tis. leuitatis et multi fructus. lex Moyſi eſt
lex ſeruitutis. lex xp̄i ē lex libertatis. lex mo
yſi eſt lex que occidit. lex chriſti eſt lex que vi
uificat. lex Moyſi eſt lex mortis. lex chri-
ſti eſt lex vite. lex Moyſi eſt lex q̄ eſt virtꝰ pec
cati lex chriſti eſt lex que eſt plenitudo grē
lex Moyſi eſt lex antiquitatis et debilitatis
lex chriſti eſt lex nouitatis et fortitudis. lex
Moyſi eſt lex vacua. lex chriſti eſt lex habun
dantie. lex Moyſi eſt lex ipfectionis. lex chri
ſti eſt lex pfectionis. lex Moyſi eſt lex noctis
lex chriſti ē lex diei. lex Moyſi eſt lex tenebra
rum. lex chriſti eſt lux lucis clare. lex Moyſi
eſt lex miſterium dāṅatōnis. lex chriſti ē lex
iuſticie et ſaluationis. lex Moyſi eſt lex parti
cularis. lex chriſti eſt lex generalis. Omiſſis
primis. xiiij. ꝓpter prolixitatem euitādā. q̄
diligens lector in predictis epiſtolis poterit
īueſtigare cōtra quālibet conditionem legis
moyſi poterit cōcludere nō ſm pactū et c̄. vt
ſupra Vltimā ſolū pro preſenti intendo per
tractare cū hec ſit inter ceteras ꝓpria dr̄ñtia
vtriuſqꝫ legis. lex enim moyſi fuit ꝑticular]
ꝓpter multa. Primo qꝛ lex ſerui. ſ. Moyſi.
Secūdo quo ad populū quia fuit data par
ticulari et limitato populo. ſ. deſcendentibꝰ
ab Abraham per Iſaac. Tercio quo ad p̄-
cepta cerimonialia ſacramentalia et iudicia
lia que ſolum obligabant populum limita
tum. ſ. iudeorum et non alios homines mū
di ꝓpter quod ille populus fuit dictus pe-
culiaris. Quarto erat limitata et particula-
ris quo ad locū. ſ. terre ꝓmiſſionis in qua
obligabantur iudei et non in altera implere
multa ſuorum p̄ceptorum habentibus in ſe
ceteros limites vel terminos. Quinto quo

ad tempus quia habebat durare tempore
limitato. ſ. vſqꝫ ad aduentum Meſſie lex ve
ro chriſti eſt lex vlis. Primo qꝛ lex domini
vniuerſi ſicut lex moyſi lex ſerui. Secūdo eſt
lex vniuerſalis et ſine aliqua limitatione qꝛ
mandat ſuis apoſtolis dicens. Euntes in
mundum vniuerſum predicate euangelium
omni creature. M. vlti. Et ꝙ baptizarēt oēſ
gentes et docerent non doctrinam Moyſi
ſerui ſui. ſed quam ipſe dominus p̄cepit eis
et ꝓpterea data et notificata lege que ē vni-
uerſalis et communis omnibus gentibus:
ſtatim ceſſauit lex moyſi que erat particular]
data iudiſ cū vna eēt icōpatibil' alſi et dico
icōpatibiliſ n̄ ſolū qꝛ obſeruātia vtriuſqꝫ nō
poteſt eſſe in vna perſona que ad plenum
eas ſeruet. ſed vltra hoc incompatibilitas ē
reſpectu diuerſarum perſonarum. cum vna
lex ꝙtum ad obſeruantiam debitam ipſiuſ
repellat. et in exilium mittat alteram non ſo
lum ab illa perſona in qua ſtat vel a domo
ciuitate. regno vel imperio. ſed a toto mun-
do. et ideo melius dicitur ꝙ vna lex alteraꝫ
totaliter annullat. volo dicere ꝙ non poteſt
eſſe lex dei ordinata ad ſalutem animarum
quam obſeruādo homo meretur paradiſuꝫ
niſi vna ſola que eſt lex gratie cui eſt incōpa
tibilis lex ſcripture. Eſt ergo altera lex chriſti
a lege Moyſi: quia vna particularis. et alte
ra vniuerſalis. ergo non ſecundum pactum
et cetera. vt ſupra. et ſic ceſſare debuit lex mo
yſi ſicut particularis adueniente lege chriſti
que eſt vniuerſalis et communis. ſicut minor
dando locum maiori. Quo ad tercium pun
ctum in quo querebatur ex quo verus meſſi
as debebat dare legem ſicut Moyſes. et ali
am a lege Moyſi: vtrum d̄buit ſcribere legē
illam in pellibus. petris vel aliquibus aliſ
extrinſecis Videtur enim ꝙ fuiſſet valde ra
tionabile ꝙ ipſe feciſſet aliquam librum ſa
cre ſcripture cuius ipſe fuiſſet principalis a-
ctor et ſcriptor. quia quelibet ſciencia habet
ſuum principalem actorem ſicut gramatica
donatum logica areſtotelam. geometria eu
clidem. Ad hanc queſtionem reſpondetur
ex dictis ſancti Tho. vlti. parte ſumme. q.
xlij. articu. iiij. ꝙ non fuit decens aut con-
ueniens ꝙ chriſtus legem ſuam aut aliquē
librum de ſua doctrina ſcriberet propter qui
qꝫ rationes. Prima ne derogaret
dignitati ſue. Quia oportuiſſet ſcribere

miracula et ſanctitatis opa p ipſū facta et fa
mā quā habuit in populis que oia eſſent i
laudē ſui que licet ſine ſuperbia ſcribere po/
tuiſſet in mētib' hominū nō careret arro/
gātie nota. Secūda rō ne tolleret auctorita/
tem ſuam ſpirituiſancto. licet ei indiuiſa ſit
opera trinitatis adextra ſm aug. in enchir/
dion. et ad Pollenū. xxviij. q. i. Sic ei tn̄ cō
mēdatur patris auctoritas i mūdi creatiōe
Auctoritas filij in mūdi redēptione et ſpiri
tuſſancti in hominū interna inſpiratione. et
ſcripturarum per ſanctos conſcriptiōe Vn̄
Grego. dicit in plogo moraliū. q ſacre ſcri/
pture actor eſt ſpūſſanctus Et apoſtolus. ij
ad Thimo. iij. q ſacra ſcriptura eſt diuinit'
inſpirata et vtilis ad docēdū. Quod autem
ad ſpiritūſanctū pertineat ſcribere patet. qa
ſcribere eſt officium digitorum nunc autem
ſpūſſanct' eſt dextre dei digitus. Exo. viij.
et Luce. xi. Manus enim et lingue doctorū
non ſunt niſi inſtrumentū et calam' ſpūſſā
cti. vnde dixit dd. ps. xliiij. Lingua mea ca
lamus ſcribe. Tercia rō nō decuit q xps le/
gē et doctrinā ſuā ſcriberet in aliquo libro p
pter ſuam excellentiam ſingularem. ſcripta
enim ordinātur ad impreſſionem doctrine i
cordibus auditorum ſicut ad finē. Tūc ſic.
excellentiori doctori excellior modus debet
attribui doctrinā tradendi et docendi. Sed
excellētior modus ē doctrinam in mentibus
auditorum imprimere ſicut faciebat xps q
in libro ſcribere. igitur nō debuit ſcribere le/
gem ſuā. Vn̄ pitagoras et ſocrates et phi an
tiqui q fuerūt doctores excellētiſſimi iſtum
modū tenuerūt q nūq aliquos libros ſcri
pſerunt et hec eſt ratio formaliter facti Tho
me. Quarta rō eſt vt legē nouam a veteri di
ſtingueret et ſeparet. lex eni vetus dicitur lex
ſcripta etiā digito q tū ad precepta moralia
Si noua eſſet ſcripta per xpm etiam poſſet
dici lex ſcripta. Quia igitur illa fuit lex timo
ris fuit ſcripta in libris et codicibus. q2 iſta
amoris fuit ſcripta ſolū in cordibus Quinta
ratio et vltima eſt propter regiā excellentiā
demōſtrandā xps eni fuit rex Ihūs nazare
nus rex iudeorum. Joh. xix. Et decet regiā
maieſtatē q ſua dicta et facta p ſuos notari
os ſcribāt et nō p ſe ſicut fecerūt quatuor euā
geliſte xpi ihū veri meſſie notarij. Sic ergo
patet q xps non debuit legē nouā per ſe ſcri
bere in aliquibus extrinſecis ſʒ ex amore ſcri
pſit eā i cordib' fideliū. ſicut dicitur i ſupra/
dicta auctoritate Hiere. ſʒ dabo legē meā in
viſceribus eo2. et in corde eorū ſcribā eam
Ex predictis ſatis claret q ver' meſſias de
buit aſſimilari. Moyſi in dādo legē. et q n̄
debuit dare talē legē ſicut erat antiqua ſed
legē nouā. et q illā nō debuit ſcribere per ſe
in aliquib' extrinſecis: ſʒ in viſcerib' et in cor/
dib' fideliū. que oia ad litterā ipleta ſunt in
ihesu xpo ſaluatore noſtro. Quo ad quartū
punctū que eſt de excellentia legis noue licʒ
ex ſupradictis differēcijs clareat manifeſte
ſpecialius tamē eius excellentia declaratur
ex ſex gradibus perfectiōis. Prim' ē ex oſtē
ſiōe cognitiōis dei. Secūd' ex cōtētorū rati
onabilitate in mādatis vel monitis. Terci
us ex miraculorū claritate. Quart' ex eccleſie
ſtabilitate. Quintus ex diuina bonitate.
Sext' ex ameniſſima promiſſorum icōpabi
litate. Circa primū gradū notandū ē q
lex moſayca quo ad fidē vnius dei erat ipfe
cta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia
vnius dei et etiam chriſti in quodam gene/
rali. non tamen fuit ibi noticia explicata tri/
nitatis perſonarum in vnitate eſſentie. nec p
conſequens incarnationis. Cuius ratio eſt
quia ſicut cognitio naturalis procedit de im
perfecto ad perfectum. vt dicitur. i. phiſicorū
vnde et pueri vocant primo omnes viros
patres et omnes feminas matres. et poſtea
diſtinguunt. Ita ſimiliter ſupernaturalis co
gnitio minor fuit in lege veteri q in noua:
in qua per chriſtum veritas lucide eſt reuela
ta propter quod dicit ſaluator Jo. xvij. Pa
ter manifeſtaui nomen tuum hominibus
quos dediſti mihi. Ipſe enim manifeſtauit
expreſſe trinitatem perſonarum patrem no
minādo a quo eternaliter proceſſit per gene
rationem dicens. Jo. xvi. Exiui a patre et
veni in mundum. ſcilicet in vtero beate vir/
ginis carnem aſſumendo ſpiritūſanctum p
mittendo. Jo. xv. Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre ecce proceſ
ſus ſpirituſſancti ab vtroqʒ. Nominauit
etiam expreſſe trinitatem perſonarum in for
ma baptiſmi. Mathei. xxviij. Euntes do/
cete omnes gentes baptizantes eos. ſcilicet
In nomine patris et filij et ſpirituſſancti.
Manifeſtauit etiam vnitatem eſſentie.
Johan. x. dicens. Ego et pater vnum ſu/
mus. Hoc eſt qd Johannes in ſua prima

canonica.c.v.dicit exp̄ſſe. Tres ſunt qui te/
ſtimoniũ dant in celo.pater verbum et ſpũſ
ſanctus.et hi tres vnum ſunt. In figura hu
ius Moyſes loquebatur ad populum vela
ta facie.vt habetur Exo.xxxiiij.quia myſte
ria fidei noſtre erant figuris et enigmatibuſ
velata.ſicut ſupra late declaratuꝫ fuit In ſi
gura etiam huius velum templi fuit ſciſſuꝫ
in chriſti paſſiõe ad oſtendendum ꝙ decla/
rata et manifeſtata erãt que prius latebant
ſub velamine.ꝓpter quod ipſa lex noua tan
ꝙ̄ perfecta in cognitione eſt donum perfectũ
deſcendens a patre luminum.vt dicitur ia/
cobi primo patet ergo ꝙ cognitio dei perfe
cta eſt in lege noua que imperfecta fuit i ve/
teri ꝓpter quod patres veteris teſtamẽti po
terãt dicere illud quod ſcribit̃.i.ad Cor.xiij
Ex pte cognoſcimus et ex pte ꝓphetamus.
i.imperfecte. Secundus gradus quo oñdit̃
ꝙ lex noua pfectiſſima eſt ex cõtentorũ rõa
bilitate.vel mãdatis vel monitis. quod vt
clarius videatur oſtenditur iperfectio legis
moſayce quo ad totũ corp⁹ ſuum.ſ.quo ad
p̄cepta moralia et iudicialia et ſacramẽtalia
et cerimonialia. Primo enim in lege moyſi
p̄cepta moralia fuerunt imperfecta. et dicun
tur moralia p̄cepta illa que ſunt de dictami
ne rationis etiam ſi nulla lex eſſet ſicut eſt il
lud mandatum quod ſcribitur . Exod.xx.
Honora patrem tuum et matrem tuam etc̃.
Et ſimiliter illud quod ꝑ modum monitio
nis ſcribitur. Leuit.xix. Coram cano capite
conſurge.et honora perſonam ſenis et ſimi
lia. Quod autem iſta fuerunt imperfecta de
claratur dupliciter. Primo quia p̄cepta mo
ralia in lege Moyſi ordinabant actus ho/
minum exteriores tantum ꝓpter quod apo
ſtolus ad Romanos.iij.vocat legem mo/
yſi legem factorum. De actibus autem inte
rioribus in quibus conſiſtit bonum moris
nihil ordinabat aut parum: Sed contra
hoc eſt quod habetur Exo.xx.et Deute.v.
Nõ cõcupiſces vxorẽ ꝓximi tui et cetera. di
cendum eſt ſecundum antiquos doctoreſ ꝙ
ta is con :upiſcentia non prohibebatur inꝙ̄
tum erat omnino latens in corde: ſed inꝙ̄/
tum prorumpebat exteriuſ per aliqua ſigna
vt per verba ſcurrilia. impudicos tactus et
oſcula et cetera. huiuſmodi Ideo ſic expo/
nunt Nõ cõcupiſces.i.ſigna concupiſcentie
non facies. Unde ad Phil.iij.dicit glo. ꝙ

lex vetus ꝓhibebat manum nõ animũ vel
dicẽdũ ſm alios ꝙ lex vetus ꝓhibebat cõ/
cupiſcentiam animi latentem hoc tñ erat in
paucis.ſ.in mechia et furto. Item in iſtiſ in
ſufficienter ꝓhibebat cõcupiſcentiam: quia
non puniebat tranſgreſſores.et ſic patet ꝙ
inſufficienter lex moſayca ordinabat actus
interiores. Secundo declaratur ſic.quia lex
moſayca etiam actus exteriores ordinabat
ſicut patet Deutro.xxiij.vbi dicitur ſic. Non
fenerabis fratri tuo pecuniam ad vſuram.
nec fruges.nec aliquam aliam rem ſed alie
no. Ibi eni ꝑmittitur vſura cũ alienis pſo/
nis.quod eſt illicitum cõtra dictamen recte
rationis. Item Deutro.xxiiij.ꝑmittitur vi/
ro dare libellum repudij etiam cauſa inde/
bita. Unde ibidem ſubditur Si accepit ho
mo vxorem.et habuerit eam.et non inuene
rit gratiam in oculis eius ꝓpter aliquam fe
ditatem.ſcribet libellum repudij.et dabit in
manu eius.et dimittet eam de domo ſua.
Indiuiſibilitas autem per totam vitam eſt
de dictamine rõis naturalis.et ſic patꝫ ꝙ lex
vetus ipfecta fuit in moralibus Et ꝓpter
hanc ipfectionẽ lex moſayca dicitur peda/
gogus noſter.ad Gal.iij.i.regula puerorũ
et imperfectorum in quib⁹ nõ querit̃ur pfec
tio interior, Sed ab exterioribus inhone/
ſtis timore diſcipline reprimuntur. Et in ac
tibus exterioribus multa eis permittuntur
que non permitterentur viris pfectis.ꝓpter
quod Aug.li.de ſpiritu et litera exponens
illð.ij.Cor.iij.litera occidit et cetera. dicit
hoc non tantum de cerimonialibuſ intelli/
gendũ eſt.ſed etiam de moralibus veteris
legis.quia.ſ.non prohibebantur aliqua q̄
de ſe ſunt mortifera.vt patet ex predictis.ꝓ
pter quod dicitur Ad Ro.iij. Ex operibus
legis non iuſtificatur omnis caro: Sed lex
noua perfecta eſt in moralibus.quia perfec
te ordinat actus humanos non ſolum exte
riores ſed etiam interiores.et in hoc iperfec
tõeꝫ legi ſupplet ꝓpter qð dicit ſaluator ip
fectiõꝫ legi adiplẽdo.M.v. Audiſtis qꝛ dic
tũ ẽ ãtiqs.ñ occides.q̇ aũt occiderit re⁹ erit
iudicio. Ego ãt dico vobis.qꝛ oĩs q̄ iraſcit̃
fři ſuo re⁹ erit iudicio.in quo ordiat motũ i/
teriorẽ vt ptꝫ. Similiter lex noua act⁹ exteri
ores ordinat nullũ malũ ꝑmittendo ꝓpter
qð dicit ſaluator. M.xij. Dico aũt vob qm̃
de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint

hoīes ſuper terraʒ reddent ratiōnē in die iu
dicij. Si autem his ꝓhibet verbū ocioſum
per cōſequens verbū nociuū. Et multoforti
us omnem actū malū propterea Math .v:
poſt ſuppletionē ꝑceptorum moralium ve
teris legis cōcludit perfectōem euāgelicā di
cens: Eſtote ergo perfecti ſicut pater veſter
celeſtis perfectus eſt. perfecit autē chriſtus
moralia precepta legis. etiam cōſilia euan/
gelica ſuꝑaddēdo. propter quod Mat . xix:
Juueni dicenti ſe cuſtodiſſe mandata legis
et querenti vlterius viam perfectionis. dicit
ſaluator adhuc vnum tibi deeſt. Si vis per
fectus eē. vade et vende omnia que habes
et da pauperibus. et habebis theſaurum ī
celo: et veni et ſequere me. Secundo in legē
moyſi iudicialia precepta erāt impꝫfecta. qꝺ
patet ex duob⁹. Primo ex modo inducendi
homines ad obſeruantiaʒ iuſticie. ad quod
ordinabantur iudicialia precepta. Secūdo
ex ipſis preceptis. primū pꝫ ſic. ꝓprium eſt
hominū iperfectorū vt inducanť ad iuſticiā
obſeruandā timore pene. Unde dicit Ora/
cius libro epiſtolarum. Oderūt peccare bo
ni virtutis amore. Oderūt peccare mali for
midine pene. Hoc etiam declaratur ratione
quia illud quod cū timore fit penale eſt et ñ
delectabile. Ūn̄ dicit̄. i. Jo. iiij. timor penā
habet. Opari autē virtuoſe nō ē pena virtu/
oſo et ꝑfecto ſed magis delectabile ꝓpť qꝺ
dicitur. ij. ethi. ꝙ ſignū hitus generati eſt de
lectatio in opere: lex moyſi inducebat homi
nes ad iuſticiam obſeruandam per timorē
penarum. ꝓpter qꝺ dicitur lex timoris. Et
in ſignum huius lex fuit data in terroribus
vt pꝫ Exo. xix. Jam aduenerat dies tercius
in quo. ſ. data eſt lex. Sequitur Et ceperunt
audiri tonitrua et micare fulgura . et nubes
denſiſſima operire montē. clangorꝗ; buccie
vehemētius perſtrepebat. Timuitꝗ; popu/
lus qui erat ī caſtris. Et ſimiliter facies mo
yſi apparuit cornuta quando ſecūdo appor
tauit legē in tabulis deſcriptam, et timuerūt
filij iſrael. vt hētur Exo. xxxiiij. In cordib⁹
enim illis deſignabať terror et feritas legis
patet ergo primum videlicet imperfectio iu
dicialium preceptoꝝ ex modo inducēdi ad
opa iuſticie. ſ. per timorem pene. Secundo
idem patet ex ipſiſmet preceptis iudicialib⁹
que aliquando infligebant penam innocē/
ti. et aliqñ culpabilem non puniebant. Pri
mum pꝫ ꝑ illud quod habeť. Numeri. xxx
v. de homicidio oīno caſuali. vbi dicitur tal
qui fortuitu et abſꝗ; odio et inimicitijs īter
ficiebat hominē debebat confugere ad vnā
ciuitatem refugij. et ibi manere vſꝗ; ad mor
tem ſummi ſacerdotis. qꝺ erat aliqñ ꝑ ma/
gnū tp̄us. Talis qui erat innocēs cum ho/
micidium erat omnino caſuale et inuolūta
rium ſine culpa puniebatur graui pena. q̄a
oportebat eū exulem eſſe per magnum tp̄s
a ſua ciuitate et a ſua poſſeſſione Secūdum
patet vbi ſubditur de tali fugitiuo innocēte
ꝙ ſi infra terminos vrbium inuentus fue/
rit. et perſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis
abſꝗ; noxa erit qui eum occidrit. Debuerat
enim ꝓfugus vſꝗ; ad mortem ſummi ſacer
dotis in vrbe habitare. et ſic patet ꝙ interfe
ctio innocentis in tali caſu remaneret ſine pe
na: que tñ eſt grauis culpa. Talis autē im/
perfectio legis cōueniebat īperfectioni po/
puli qui erat pronus ad effuſionem ſangui
nis. et ideo interfector a caſu remanēs ī ſua
ciuitate inter amicos interfecti. erit in pericu
lo mortis q̄uis innocens. et ſic de facili poſ
ſunt in populo homicidia multiplicari. Et
ideo ad hec mala vitanda data eſt lex predi
cta de eius fuga. q̄uis eſſet innocens. Et ea
dē ratiōe ꝓhibebat lex. Si aliquis amic⁹ mor
tui interficeret eum extra fines ciuitatis refu
gij vt ſic cogeretur in vrbe remanere non ex
ſua culpa: ſed propter homicidia vitāda ad
que populus tan ꝙ impꝫfectus erat ꝓn⁹. exē
plū idoneum ponit philoſoph⁹ quito ethi/
corum dicens ꝙ aliquando leges ſunt ſiles
regulis quibus vtunť artifices in leſbia ad
dolādū lapides. q: lapides illi⁹ regiōis ſūt
male dolabiles ideo vtuntur artifices regu
lis plumbeis vt poſſint tortuoſitati lapide
applicari. ſic in veteri teſtamēto date ſunt le
ges aliquam impꝫfectionē habētes ꝓpter iⁿ/
ꝑfectionē illius populi. lex ṁ euāgelica ꝙ/
tū ad iudicialia eſt ꝑfectiſſima. q: iducit ad
obſeruantiā legis non per timorem pene: ſꝫ
ꝑ amorem iuſticie quod eſt proprie ꝑfectoꝝ
vt ſupra dictuʒ eſt. ꝓpter quod lex noua me
rito dicitur ꝑfecta ſecundū ꝙ dicit̄. Jacobi:
i. Qui āt pſpexerit ī lege ꝑfecte libertat̄. i. in
lege euāgelij q̄ ducit hoīeʒ ad ꝑfectionē et
liberat a ſeruitute timoris et ſeruitute pecca
ti. ſicut dn̄s ait Jo. viij. Si māſeritis in ſer/
mōe meo vi diſcipli mei erit̄ et voſ ꝯgnoſce

tis veritatem et veritas liberabit vos. Itez
quia nullum innocentez punit nec aliquod
malum impunitũ reliquit. qꝛ etiã verba oci
oſa punienda oñdit vt ſupra dictũ ẽ. et non
ſolum verba ocioſa: ſed malas cogitatiões
ſm quod dicitur Math. v. Ego dico vobiſ
ꝙ quicũqꝫ viderit mulierem ad concupiſcẽ
dã eã iã mechatus eſt in corde ſuo. propter
quod lex noua eſt perfecta. de qua põt expo
ni illud canti. vi. Una eſt colũba mea perfe
cta mea. Dicitur etiam lex noua colũba me
taphorice quia eſt ſine felle amaritudinis nl
lum innoxium puniens. Dicitur etiam pfe
cta quia nullum malum permittens et ſic ap
paret perfectio legis euangelice ꝙtũ ad iu/
dicialia. Tercio declaratur quõ ſacramẽ/
ta veteris legis erant iperfecta. Ad cu⁹ eui/
dentiam conſiderandum ꝙ illa ſacramẽta
erant ordinata ad faciendum homines ido
neos ad cultũ diuinũ. et iõ aliqua erãt cõia
toti populo tam viris ꝙ mulierib⁹ vt purifi
cationes alique a tactu imũdi vel mortui q̃
purificationes fiebant per aſperſionez aque
expiationis: de qua habetur. Numeri. xix.
et ſimilia. Aliqua autem erant ſolis viris ꝯ
uenientia ſicut circũciſio aliqua ſolis ſacer/
dotibus ſicut conſecratio et vnctio ſacerdo/
tis et hmõi. Cuius ratõ eſt qꝛ ſacerdotes ap
plicabãtur ſpeciali modo ad cultũ dei. Iſta
tamẽ ſacramenta predicta erant imperfecta
quia non conferebant gratiam ſine qua nõ
efficiuntur homines idonei ad cultum diui
num. Ideo ſacramenta legalia dicuntur e/
gena et infirma: Ad gall. iiij. vbi dicitur ſic
Nunc autem cum cognouiſtis deum immo
cogniti eſtis a deo quomodo conuertimini
iterum ad egena et infirma elementa. Dicũ/
tur autem infirma. quia non conferebant a
liquam poteſtatem ſpiritualem. ſicut confe
runt ſacramenta noue legis. Similiter dicũ
tur egena. quia non conferebãt grãm q̃ ne/
ceſſaria eſt ad bene vtendũ illa poteſtate.
Sꝫ cõtra hoc videtur quia in Exo. et Leui.
quaſi vbiqꝫ dicitur qꝛ illa ſacramẽta redde/
bant hoĩes idoneos ad cultũ diuinũ. dicẽ
ꝙ talis idoneitas erat p quãdã mũdiciam
et expiationẽ corporalẽ ſicut in noua lege qſ
dicitur ineptuſ ad miniſtrandum et celebrã
dũ ꝓpter imũdiciam manuũ. lotio manuũ
reddit eum aptum. ſed hec aptitudo eſt tan/
tum corporalis. Sic erat de aptitudine que

dabaẽ per ſacramenta veteris legis. Et pro
pter hoc dicuntur illa ſacramẽta emũdatio
ones carnis vt habetur ad Hebr. ix. vbi dici
tur ſic. ſanguis hyrcorũ qui. ſ. offerebatur in
conſecratione ſacerdotũ et cinis vitule aſper
ſus quo omnes mundabantur a tactu mor
ticini vel imũdi vt dictũ eſt inquinatos ſan
ctificat ad emũdationẽ carnis. i. corporis.
qꝛ ſicut dictũ eſt talia non conferebãt grãm
ſed auferebãt quedã impedimẽta ſeu irregu/
laritates ipedictes a tabernaculi ingreſſu ſi
cut in noua lege patet p exẽplũ qñ enim per
prelatos diſpẽſabatur cũ aliquo illegittime
nato vel priuato vno oculo vel hmõi nõ cõ
ferebatur ad hec ſibi gratia ſed tantum tollitur
irregularitas. Sed ꝯtra hoc videtur quia ſe/
cundum doctrinam ſanctorum circunciſio
tollebat peccatum originale et per cõſequẽſ
conferebat gratiam vt communiter tenetur.
Dicendũ ſecundum antiquam opinionẽ ꝙ
tollebat peccatum originale non tamen con
ferebat grãm. hec enĩ erat ꝑtãs circũciſiõis
vt teneẽ a multis et magnis doctorib⁹ quo/
rum rationes ꝓpter ꝓlixitatẽ omittuntur et
in hoc differebat a baptiſmo qui non ſoluz
auferebat peccatum originale. ſed ꝯfert gra/
tiam: Aliter põt dici ꝙ ſi in circũciſione grã
cõferebaẽ hoc nõ erat in virtute illius ſacra
menti ſed in fide xpi venturi quẽ ꝓteſtabaẽ
ille qui circũcidebatur ſi adultus erat vel ali
us pro eo ſi puulus erat. Et hoc eſt quod di
citur communiter ꝙ valebat ex fide ſuſcipi
entium. non autem ex opere operato. p quẽ
modũ valent ſacramenta noue legis. patet
igitur ꝙ ſacramenta veteris legis erant imp
fecta. Sed lex noua perfecta eſt ꝙtum ad ſa
cramenta quia illa conferunt gratiam qđ il/
la non faciebãt vt dictum eſt. propter qđ di/
citur Ioh. i. Lex per moyſen data eſt gratia
et veritas per ihũz chriſtũ facta eſt ꝓpẽ hec
de Iohãne baptiſta qui per ſuam predicati
onem et baptiſmum diſponebat populum
ad xpi baptiſmum et per conſequens ad a/
lia ſacramenta cum baptiſmus ſit ianua oĩ
um ſacramentorum. Luce. i. dicitur ipſe pre
ibit ante illum in ſpiritu et virtute helye pa/
rare domino plebem perfectam. Sunt ergo
ablata ſacramenta veteris legis et introduc
ta. vij. ſacramenta noue legis in quib⁹ tãqꝫ
perfectiſſimis ſacramentis deus attulit no/
bis cauſas ſalutis ſpiritualis. Cauſe aũt

ſalutis ſpūalis nō ſunt niſi quatuor ſicut et
quatuor ſunt cauſe ſalutis corporalis. ſ. cu-
ratiua. cōſeruatiua. preſeruatiua et meliora-
tiua. Curatiua eſt duplex. quedā eīm totali
ter et ſimul curat vt baptiſmus culpaꝫ et pe
nam oīno delens quantū in ſe eſt quedā ve
ro paulatim vt pnia. Conſeruatiua eſt vt cō
firmatio. in hac eīm datur ſpiritusſācꝰ ad ro
bur et confirmationem gratie que data eſt i
baptiſmo Preſeruatiua eſt matrimonium i
quo concupiſcentia carnalis in ruinam tur-
pitudinis prona excipitur honeſtate nupti-
arum ne ruat in mortale peccatum meliora
tiua eſt ordo in qua gratia melioratur vl' au
gmētatur. vel etiam extrema vnctio que hoī
nem in meliori ſtatu ponit et ſecuriorem red
dit. Eſt quoqꝫ quedā alia medicina predi-
cta quatuor ſola faciens. ſ. eucbariſtia quo-
niam et venialia curat et ab eis animā pſer
uat. gratiam quoqꝫ conſeruat. qꝛ. ps. ciij.
Panis cor hominis confirmat et etiam gra
tiam augmētat. Quarto in lege moyſi ce
rimōialia fuerunt imperfecta. Ad cuius cui
dentiam notandum ꝙ cerimonie veteris le-
gis fuerunt in quadruplici differentia. Que
dam pertinent ad ſacramenta. quedam ad
ſacrificia. quedam ad obſeruationem. et q̄-
dam ad ſacra. Sacra autem et obſeruatio-
nes ordinantur ad ſacrificia et ad ſacramen
ta quia ſacra dicuntur vaſa et loca et huiuſ-
modi quibus vtebātur in ſacrificijs et ritu
colendi. Obſeruationes dicuntur quidam
modi viuendi religioſi quibus vtebanť iu-
dei qui erant populus peculiaris ipſius dei
vtpote ꝙ cuſtodirēt ſe ab aliquibꝰ cibarijs
potibus et veſtibus et ſimilibꝰ ex hoc quia
erant populus deo conſecratus per ſacramē
tum circumciſionis et alia ſacramēta. Nunc
autem ita eſt. ꝙ ex fine accipitur ratō eorum
que ſunt ad finem et ideo oſtenſo ꝙ ſacrifi-
cia et ſacramenta imperfecta erant ſufficien-
ter erit oſtēſum ꝙ ſacra et obſeruatiōes erāt
īpfecta. qꝛ ordinabāť ad duo predicta ſicut
ad finē vt pꝫ ꝯdictū eſt. Qđ autē ſacrificia ve
teris legis erāt īpfecta oñditur. qꝛ quedam
erāt ſacrificia ꝓ peccatis oblata et hec erant
īpfecta. qꝛ nō poterant auferre peccata ꝑp-
ter quod dicit aplus ad Hebr. x. Impoſſibi
le ē ſāguie hyrcorū et thaurorū auferri pecca
ta. Et iterum ibidē. Oīs quidē ſacerdos. ſ.
veteris legis preſto. eſt quotidie miſtrās et
eaſdē offerens hoſtias q̄ nō poſſūt auferre
peccata. Et idē habeť. Eſa. xl. Libanꝰ vero
ſufficiet ad ſuccēdēdū et animalia non ſuffi-
cient ad holocauſtum. Libanus autem hic
vocatur primum tēpluꝫ quod fuit factū de
lignis libani. Aīalia autē illa oblata quan
tū ad ptē cōcremata nō ſufficiebāt ad amo-
tionē peccati. Alia aūt erāt ſacrificia paci
ca. ex deuotione oblata ad grām dei impe-
trandā ſeu ad aliquod beneficiū diuinū. et
illa erant iperfecta. qꝛ gratia diuina ſeu be-
neficium diuinū non impetrabatur ratione
oblati muneris lꝫ aliquando daretur ꝑpter
oblationem et fidem offerentis. Et hoc eſt
quod dicit apoſtolꝰ ad Hebr. ix. Tabernacu
lū factū ē primū. etc̄. Sequitur q̄ eſt parabo
la tpis inſtantis. iuxta quā munera et ho-
ſtie offerūtur que nō pñt ſm cōſciam pfectū
facere ſeruiētē qꝛ perfectio conſcīe eſt donuꝫ
grē. Et ſic pꝫ ꝑpoſitū ꝙ lex moyſi q̄tū ad
cerimonialia et ſacrificia erat iperfecta.

Sed lex noua pfectiſſima eſt q̄tum ad ſa
crificia. qꝛ ipſa eſt vnū ſacrificiū pfectiſſimū
ſcꝫ eucbariſtia que nō tm̄ eſt ſacramētū ſed
etiā ſacrificiū qꝛ ibi xp̄s quēadmodū imola
tur et fructus ſue benedicte paſſiōis a popu
lo pcipiť. Iſtud autē ſacrificiū tanq̄ vnuꝫ et
pfectū fuit in lege figuratū per multa ſacrifi
cia et varia ſicut perfectū per iperfecta Eius
autē pfectio apparet in duobus. qꝛ pmo tol
lit peccata quod nō poterāt facere legis ſacri
ficia. ꝑpter qđ dicitur. Joh. i. Ecce agnꝰ dei
ecce qui tollit peccata mundi. ſm ꝙ dicit be
atus Jo. i. canonica. iiij. ca. Ipſe eſt propi-
ciatio pro peccatis noſtris. nō ꝓ noſtris au
tem tm̄. ſed ꝓ totius mūdi Secūdo appareꝫ
eius pfectio qꝛ augmētat grām ſm ꝙ dicit
Joh. vi. Qui māducat me viuit propter me
ſcꝫ ꝑ augmētū gratie. De hoc ſacrificio pāiſ
et vini in Bereſich raba. i. in geneſi magno.
Rabi moſſe darſan ſuper textum geñ. c. xiiij
Melchiſedech rex ſalem offerens panem et
vinum. Erat ei ſacerdos dei altiſſimi dicit
rabi ſmuel hel filius nahamā. Iſte melchiſe
dech erat ſem filius noe. et quid voluit dice
re proferens panem et vinum. oſtendit no-
bis ꝙ decuit ei actus ſacerdotij qui erat ſa-
crificare panem et vinum et hoc eſt quod di
xit. ps. in pſal. cix. Iurauit dominus et non
penitebit eum tu es ſacerdos in eternum ſm
ordinem melchiſedech. Et quis ē ille. Ille

eſt rex meſſias. ꝓpter quod ſcriptū eſt. Ecce
rex tu⁹ venit tibi iuſtus et ſaluator ipſe: zach
ix. Et in hoc ꝙ dicit ꝓferēs panē et vinū cō
cordat cū ps. qui dicit. ps. lxxi. Erit firma/
mētū in terra in ſummis mōtiū. vbi dicit trāſ
latio chaldaica. erit ſacrificiū panis i terra i
capitibus montiū ſinagoge. Et cū ille. ps.
lxxi. Deus iudicium tuū regi da ſm docto/
res talmuth totus loquatur de meſſia. qcū/
ꝗ ſi non eſt cec⁹ poterit videre ſm predictam
tranſlationē chaldaicā ꝙ meſſias erit firma
mētum in terra in altitudine montium ſina
goge qui montes ſynagoge et eccleſie ſunt
ſacerdotes qui quotidie de facto eleuāt meſ
ſiam ſuper capita ſua. et eſt ita clarū ꝙ non
poſſunt negare niſi illi ſuper quos venit ma
ledictio: Eſa. In cecitate oculorū et cordis
hoc eſt ergo vnicū ſacrificiū excellentiſſimuȝ
legi noue in pane et vino. quod ſacrificiuȝ ē
ipſemet meſſias et ſic ꝑfectio legis euangeli
ce patȝ ex perfectione ſacrificij. Et cū omnes
cerimonie eccleſie ſint precipue ꝓpter iſtō ſa
crificium: ſicut ꝓpter finē. ſequitur ꝙ cerimo
nie xpianorū ſunt perfectiſſime. Nec eſt mirā
dū ꝙ in lege noua fiant cerimonie que ali/
quid figurent ſicut figurabant cerimonie ve/
teris legis. Cerimonie enī ordināṫ ad cul
tū diuinum. Et ſm ꝙ dicit Auguſti. in en/
cheridion. c. iij. De⁹ fide ſpe et charitate coli
tur loquēdo de cultu interiori qui eſt per fi/
dē et charitatē. Eſt ergo triplex ſtatus hoīs
in quo habeṫ fides et ſpes de bonis celeſti/
b⁹ et de his ꝑ que ad ipſa introducimur. ſcȝ
de myſterijs xpi. et de vtriſqȝ ſicut de futuris
et hic ē ſtatus veteris teſtamti in quo habeṫ
fides de bonis celeſtib⁹ ſicut de futuris.
Sed de his per que itroducimur ad celeſtia
ſcȝ de myſterijs xpi. ſicut de pn̄tib⁹ vel de ꝑ/
teritis eſt ſtatus noue legis. Tercius ſtat⁹ ē
in quo vtraqȝ habenṫ tā ꝙ pſentia et euiden
tia et nihil creditur. et hic ē ſtatus patrie cele
ſtis in hoc autem ſtatu tercio vbi nihil credi
tur nihil eſt cerimoniale vel figurale ad cul/
tū ꝑtinēſ. ſm ꝙ dicit Apocal. xxi. Templū
nō vidi in ea dominus ei deus omnipotēs
tēplū illius eſt. Pari igitur ratione adueniē
te ſecūdo ſtatu. ſ. noue legis cerimōie primi
ſtatus. ſ. veteris legis ceſſare debuerūt et in
duci alie que cōuenirēt ſtatui noue legis. in
quo bona celeſtia expectanṫ de futuro. ſȝ bn̄
ficia xpi habita ſunt de preterito. Et ideo qȝ
cerimonie veteris legis ſignificabant xpm̄ vē
turū. dignum eſt vt ſic euacuaretur in noua
lege in qua myſteriū xpi iam eſt preteritū et
hoc eſt qd̄ dicit apl's ad Hebr. ix. trāſlato ſa
cerdotio neceſſe eſt. vt legis tranſlatio fieret
ꝗtū. ſ. ad cerimonialia thurificatione tātuȝ
excēpta. quia nō ſignificabat myſteriū xpi dire
cte ſed deuotionē populi ad xpm. nūc autē
debet eſſe non minor deuotio ad ipm iam
preſentialiter exhibitum ꝙ erat tūc ad ipſuȝ
vēturū ꝓpter quod in noua lege manet thu/
rificatio per quam deſignatur miniſtrorum
eccleſie et ipſius populi deuotio. Innumerē
autē ſunt i lege noua cerimonie. Et ſi nūqȝ
aliud attenderēt iudei et pagani niſi excellē
tia cerimoniarū in ritu xpiano: Iſtud ſoluȝ
deberet conuincere cecitatē eorum ſicut patȝ
de ornamentis ſacerdotalibus et miniſtro/
rum et de alijs que cum tanta ſolennitate fi
unt in altari et in choro in feſtis duplicibus
maioribus minoribus ſemiduplicibuſ et ſi
plicibus quales etiam cerimonie fiūt i cho
ro a cantoribus et organis ꝙ honeſtiſſime
ordinationes. Quid dicam de ornatu i cru
cibus et calicibus aureis et argenteis. cete/
riſqȝ vaſis et reliquiarijs in quibuſ reliquie
ſanctorum qui pro xpo mortui ſunt vel cuȝ
fideliſſime ſecuti ſunt honorifice conſeruanṫ
Mirabantur iudei vnum templum Salo/
monis ſed i ſtuporē cōuertantur pre multi
tudine et magnitudine eccleſiarum xpi i to
to orbe conſtructarum. Mirentur altitudinē
et pulchritudinem turrium in quibus armo
nia dulciſſima reſonat campanarum que ꝓ
laudibus diuinis et pro conuocatione po/
pulorum et pro terrore demonum mira effi
cacia propulſantur. Quid dicam de cerimo
nijs romane curie in ſummi pontificis im/
peratorum et regum vnctione. Quid de con
ſecratione epiſcoporum eccleſiarum altariū
vaſorum et veſtimentorum que omnia ad/
miranda et ſtupendiſſima ſunt cum chriſto
et in admirationem conuertūt deuote aſpi/
cientes. Attendant autem miſeri iudei. ſ. et
infideles ſuper omnia in vna et eadem fide
tantā diuerſitatē religionum: vbi homines
a ſeculo fugientes exponunt totum tempus
vite ſue in laudibus et ſeruitio redemptoris
qui licet diuerſis cerimonijs pro conſeruati
one religionum quaſi quibuſdā muris vtū
tur ſicut nucleū in teſta conſeruatur. et mel i

fauo et ciuitas in muro. In ſubſtātia tamē
eiuſdē fidei nullatenus diſcrepātes ad vnū
beatitudinis terminū nitūtur peruenire.
Sic ergo patꝫ in ſūma colligendo ꝙ lex no/
ua que euāgelica dr̄ perfectiſſia eſt in mora
libus. qꝛ ea implentur addita perfectiōe. qꝛ
illi precepto nō occides additur non iraſci.
Et illi nō mechaberis additur non concupi
ſcere ex viſu. Et illi non piurabis addit̄ nō
iurare oīno. i. ſine lḡīma cā et ſic ď alijs. M.
v. Et ab illo ꝑmiſſo vſure alieno tollitur iꝑ
fectio date mutuū nihil inde ſperantes Lu
ce. vi. Et illi de libello repudij addit̄ ſi quis
dimiſerit vxorem niſi ob fornicatōnem me
chat̄ et qui eam duxerit ſimiliter mechatur
Math. v. Et ſic tollunt̄ impfectōnes taliū ꝑ
miſſoꝝ in lege veteri Si queras vtꝝ mora/
lia p̄cepta poſſunt dici euacuata ſimpl'r Re
ſpōdet̄ ꝙ moralia p̄cepta fuerūt euacuata
tātummodo ſm quid. ſ. ꝙtum ad impfecti
onem. cui⁹ ratio eſt quia ſunt de dictamine
recte rōnis et iō manēt ꝙtum ad ſubſtāciam
p̄cepti. remota tantuꝫ impfectione ſicut dic
tum eſt qꝛ quando ex impfecto fit pfectum
non tollitur terminus a quo ſed tm̄ ei⁹ imp
fectō ſicut qn̄ ex minus albo fit magis albū
non tollitur albedo precedens. ſed tm̄ eius
impfectio: Non eſt ſic de cerimonialibus
veteris legis qꝛ cōtrariāt̄ noue legis cultui
et quādo fit mutatio de vno cōtrario in al/
teruꝫ oportet termini a quo totaliter euacu
ari ſicut quādo ex albo fit nigrum albedo
tollitur. Cerimonie veteris legis dicūtur cō
trarie cerimonijs noue legis qꝛ ille figura/
bant xp̄m venturū et iſte iam de preterito ad
ueniſſe. et iō totaliter ceſſare debuerūt Etiā
lex noua eſt perfectiſſima in iudicialibus ex
amore ad iuſticiā inducēdo. innocētē nō cō
dēnādo. nec aliqđ malū īpunitū relinquē/
do et ipleuit xp̄s iudicialia precepta. et i eo
qđ iuſticie addidit equitatē miſericordie vt
pꝫ in abſolutione adultere. Jo. viij. Juſti/
cia enim ſm rigorem diminuta eſt a miſeri/
cordia que ſuperexaltat iudiciū. Jaco. ij.
Sed nunquid iudicialia precepta veteris le
gis totaliter euacuata ſunt. Reſpondet̄ ꝙ
quando corrumpitur terminus a quo illud
per accidens quod eſt ei adiunctum corrum
pitur poteſt tamē manere cū termio ad quē
ſi non habeat ad ipſū cōtrarietatē nō tamē
manet idem numero ſed ſpecie tm̄. Sic quā
do de aere fit ignis corrumpitur aer et māet
in igne qualitas ſymbola eadē ſpecie. ſ. rari
tas. talia ſunt iudicialia veteris legis. quia
adueniente lege grē. ceſſat etiā eoꝝ obliga/
tio poſſit tm̄ aliquis princeps ordinare ꝙ ſ/
uarent̄ in regno ſuo ita tamē ꝙ non reputa
ret ea eſſe obligatoria ex lege moyſi. Ratio
autē predicti eſt. quia iudicialia precepta ꝑ
ſe et directe non erant ordinata ad ſignificā
dū aliquid futurū ſicut erant cerimonialia
ſed erant ordinata per ſe et directe ad ſeruan
dū ordinē iuſticie in populo iudaico vt ſu/
pra dictū eſt. Quia tm̄ ſtat⁹ illi⁹ populi erat
figuralis totus reſpectu xp̄i. vt dicit apl's. i.
Cor. x. oīa in figura contingebāt illis. ꝑ cō
ſequēs precepta iudicialia illius populi e/
rant figuralia non directe ſed ex cōſequenti
Et ideo ſi aliqui ſeruarēt ea ex hoc ꝙ fue/
runt tunc ſtatuta hoc eēt dicere ꝙ ſtatus ille
adhuc durat. qđ eſt erroneū et illicitū. ſi tm̄ a
liquis princeps vellet ea de nouo ſtatuere
poſſet licite. Cōſiderādū tm̄ ē ꝙ i lege no
ua tranſeūt ꝙtū ad eoꝝ rigorem. qꝛ eſſent
magis obſeruanda ex amore virtutis ꝙ ex
timore. qꝛ lex noua ē lex amoris. ꝓpter qđ
dicit. i. Jo. iiij. Perfecta charitas foras mit
tit timorē adipleuit etiā xp̄s precepta iudici
alia rigorem eorum tpando in aliquibus vt
dictum eſt per ſeipſū et in alijs dimiſit tpa/
mentum ſuis miniſtris ſcꝫ eccleſie prelatis
et principibus catholicis vt de talib⁹ ordi/
nent ſm ꝙ viderint vtile cōitati fideliū ſm
temporū varietatem et locorum et perſona/
rum. et iſtud nō fuit deſtruere legem ſed adi
plere. qꝛ ſic ordinauit meliorem modū obſ
uationis iuſticie. ſicut nō deſtruit̄ puer quā
do fit vir. quia licet tranſeat puericia manet
tm̄ melior ſtatus eiuſdē perſone. etate muta/
ta. lex vetus habuit quaſi ſtatū pueri reſpec
tu noue legis. propter quod vt ſupra dictuꝫ
eſt ad Gal. iij. dicitur. Lex pedagog⁹ noſter
fuit in xp̄o. i. regulatiu⁹ ſtatus puerilis pro/
pter quod erat lex timoris ſicut pueri ſub di
ſciplina et timore cuſtodiūtur. lex autē euan
gelica eſt lex amoris. et ideo nō debet eē tan
tus rigor penarū. qꝛ ꝓprium hominū pfec/
torum eſt magis duci ad virtuteꝫ amore
iuſticie ꝙ timore pene vt ſupra dictū eſt. eſt
etiam lex noua pfectiſſima in ſacramētalib⁹
vt dictū eſt de eucariſtie ſacramēto. Et im
pleuit xp̄s ſacramentalia legis per exhibitō

nem veritatis. venit enim rex et ipleuit figu
ras que vacue erant. Impleuit ſacramētum
circunciſionis quod ſe extendebat ſolum ad
viros primo ſuſcipiendo in ſeipſo. Secūdo
melius efficacius et generalius inſtituēdo ſa/
cramētū loco ipſius. ſ. baptiſmū in quo con
fertur maior gratia et remediū tā viris ꝙ mu
lierib⁹. Impleuit etiam ſacramētum vnctio
nis regū et ſacerdotū. non ꝙ aſſumpſerit ſta
tum ſacerdotis legalis vel terreni regis. im/
mo dixit corā Pylato. Regnū meū nō ē de
hoc mūdo. Jo. xviij. et ideo nō habuit iſtā
vnctionem corporalem regū vel pontificū:
ſed vnctionē ſpūalē habuit a deo patre per
plenitudinem gratie ſm ꝙ dicitur in pſal. xl
iiij. Unxit te deus deus tu⁹ oleo leticie etc.
Eſt etiā lex noua perfectiſſima in cerimoni/
alibus vt dictum eſt. et xp̄s ipleuit cerimo/
nialia non ſolum que pertinebant ad ſacra/
menta ſed etiam ad ſacrificia ſicut imolatō
agni paſchalis et iuge ſacrificium et ſimi/
lia. que erant figuratiua vnius ſacrificij pfe
cti. ſ. xp̄i in cruce offerendi. Et ideo iſta iple
uit xp̄s vno modo corporaliter patiendo i
corpore in cruce. Alio modo efficacius ſa/
crificiū. ſ. eucbariſtiam inſtituendo. Que/
dā etiā cerimonialia pertinebant ad ſacra/
mēta. et de talib⁹ erant pcepta phibitiua v/
ſuum aliquorū ciborū et cōſilia et iſta adi
pleuit xp̄s. qꝛ dicit Petrus Act. x. In mun
dū et cōmune nō intrauit in os meum. et
multo fortius xp̄s hec obſeruauit. et ſic iſta
pcepta impleuit obſeruando et obſeruati/
onem meliorem declarando. per talē enim
abſtinentiam a corporalibus cibis ſignifi
cabatur abſtinētia a ſpiritualibus imun/
dicijs: hanc autem mundiciā inſtituit xp̄s
in lege euangelica que eſt mundiſſima di/
cens. Mat. v. Beati mūdo corde quoniā
ipſi deū videbūt. et p cōſequēs debuit ceſ/
ſare illa figura vel abſtinentia. propter qḋ
dicitur Act. x. Que deus purificauit tu cōe
ne dixeris. qꝛ null⁹ cib⁹ coinquinat hoīes q̄
cū gratiarū actione percipitur. et hoc eſt qḋ
dicit xp̄s. Mat. xv. Quod intrat in os non
coinquinat animam. dimiſit tn̄ deus in or
dinatione eccleſie de aliquibus abſtinētijs
faciendis pro loco et tēpore. et ſic pꝫ excel
lentia legis xp̄i qtū ad totū corp⁹. et quo
modo xp̄s legē adipleuit qtum ad omnia
genera pceptorū. Eſt etiam perfectiſſima p

amotionem velaminis quod ſignificatum
eſt. quia tunc ſacramētalia et cerimonialia
mutata ſunt quo ad effectū ſed nō quo ad
obſeruātiam. quia cum honore ſepelire de
buit ſynagoga mater noſtra. Legalia ci
tripliciter cōſiderātur. primo quaſi viua añ
paſſionē. et tunc iudei tenebantur conſerua
re ex precepto. Secundo quaſi mortua. ſ. a
paſſione domini vſq; ad fidei manifeſtam
reuelationem. et hoc tempore permiſſum
erat eis ſeruare et Petrus ſeruauit. Tercio
cōſideratur tempus: in quo fuerūt mortua
ſcꝫ poſt fidem reuelatā et ex tūc nec precep
ta nec permiſſa ſed oīno phibita ne cineres
mortales ſcꝫ ſynagoge ſepulte de tumulo p
dirent quod horribile foret et fetidū. Sic er
go lex noua in toto corpore perfectiſſima ē
ſicut ex oppoſito lex vetus toto corpore im
perfecta. Oia etiam cōtēta i lege noua vt di
cit doctor ſubtilis Scot⁹ in prologo primi
ſniarum. q. ij. ſunt rōnabiliſſima. i. ꝙ nihil
tradit diſſonū rōi: et in hoc multū cōmēda
tur excellentia legis noue. Quid enim rati
onabili⁹ ꝙ deum tanꝙ finem et vltimum
ſuper omnia debere diligi et proximū ſicut
ſeipſum. i. ad id ad quod ſeipſum ſm gre.
In quibus duobus preceptis dependet v/
niuerſa lex et prophete. Mat. xxij. Itē. M.
vij. Oia q̄ vltis vt faciāt vob̄ hoīes et voſ fa
cite eis. et iſtis quaſi ex principijs practicis
alia practica in ſcriptura ſequūtur tradita
honeſta et rationi conſona ſicut de eorum
rationabilitate patere poteſt ſigulatim cui
libet ptractanti de preceptis et cōſilijs et ſa
cramētis. quia in omnibus videtur eſſe q̄ſi
quedam explicatio legis nature. que ſm a/
poſtolū ad Ro. ij: ſcripta ē i cordib⁹ noſtris
et hoc quo ad moralia de quo Aug. ij. de ci
ui. dei ca. xxviij. in fine. Nihil in eis turpe
aut flagitioſum ſpectandū imitandūq; p/
ponitur vbi veri dei aut precepta inſinuan
tur aut miracula narrant aut dona laudan
tur aut beneficia poſtulātur. De credibili/
bus etiam patet. quia nihil credim⁹ de deo
quod aliquā iperfectōnē iportat. imo ſi qḋ
credim⁹ verū eſſe magis atteſtatur perfectōi
diuine ꝙ eius oppoſitum. patet de trinita/
te perſonarū. de incarnatione verbi et huius
modi. nihil enim credimus incredibile. q̄a
tunc incredibile eſſet ea mundum credere ſi
cut deducit Aug. de ciui. dei. li. xxij. capi. v.

tua macula cordis tui et ptinebis ad gregeȝ xpi qꝛ confeſſio peccatorum inuitat medicū ad ſanādū. Quarto arguitur contra eandeȝ hereſim ratione aſſumpta p ſimilitudinem in moralibus ſicut enim videmus ꝙ quando aliquis bonus homo offenditur ab aliquo nō ſolum ipſe dominus offenditur ſed etiam vxoꝛ eius. nec etiam ipſe placatur ab offenſa niſi ab eius vxore ſi tamē ſit fidelis ei indulgentia etiā poſtuletur. Sic deꝰ nū ꝙ pcat alicui q cū offenderit niſi vxori ſue. ſ. eccleſie recōcilietur ſe. xp̄s enī duas vxores hre dicitur vnā. ſ. pulcherrimā et dilectam ac ſibi gratam. ſ. eccleſiam que velut bona dn̄a iniuriā ſibi reputat quicquid xp̄o iniurioſe eſt illatum. Et ideo xp̄s nū ꝙ placaꝛ niſi vxori tam nobili et tā dilecte peccatoꝛ reconcilietur cuius locū tenet ſacerdos quicūq ſit dūmodo poteſtatem habeat abſoluendi. Vn̄ augu. in li. de penitentia. Qui vult cōfiteri peccata vt inueniat grām querat ſacerdotem q ſciat ligare et ſoluere iudicet homo ſeipſum voluntate dum poteſt et mores conuertat in melius et veniat ad antiſtites per quos clauis illa in eccleſia miniſtratur a prepoſitis ſacramentorum accipiat ſatiſfactiōis ſue modū. Quinto et vltimo arguitur contra eādem hereſim hic. qꝛ ſicut deus offenditur qn̄ homo perpetrat malū ꝫ et quaſi quandam verecūdiā patitur ſi ſeruus queȝ redimerat itacare apoſtataret ab eius pio domino p peccatum ita vult ipſe deus ꝙ quando reconciliatur illi ipſe ſeruus verecūdiam et maioreȝ confuſionem patiatur nō autē pōt maioreȝ pati ꝙ quando ſeruo ꝓpter deum humiliatur et ſibi oretenus confitetur. Non enim eſſet magna humiliatio ſi domino tantum ſe humiliaret. quare deus voluit ꝙ homo cōfiteretur homini. ſ. ſuo ſacerdoti. Vnde Beda. Conuenīēs eſt vt nos qui peccādo deo contumaces fuimus penitendo ſupplices ſacerdotibus et miniſtris eius ſimus. et bō qui ad gratiam conſeruandam mediatore eguit. iam eam niſi per mediatorem habere non poſſit. Ex predictis igitur manifeſtum eſt ꝙ nō ſufficit ſolum deo confiteri ſine ſacerdote. nec eſt vere humilis et penitens ſi n̄ deſiderat et requirit ſacerdotis iudicium. Si tamē non pōt habere copiam ſacerdotis ſufficit cōfiteri ſocio vel ꝓximo ſtudioſe tamē inquirendus eſt ſacerdos. quia ſacerdotibꝰ conceſſit poteſtatē ligandi et ſoluendi. et iō quibus ipſi dimittunt et deus dimittit. Si vero deſit ſacerdos ſocio vel proximo faciēda eſt confeſſio: Vnde augu. Tanta vis cōfeſſionis eſt vt ſi deeſt ſacerdos confiteaꝛ ꝓximo. Sepe enim contingit ꝙ penitens non pōt verecūdari ante ſacerdotem quem deſiderauit nec tempus nec locus offert et ſi ille cui confitebitur poteſtatem ſoluendi non hȝ fit tamē dignus venia ex ſacerdotis deſiderio qui crimē ſocio confitetur. Mundati enī ſunt leproſi dū irent ſe oſtendere ſacerdotibꝰ antequā ad eos veniebāt. Vnde pȝ dū ad coꝛ reſpicere dū ex neceſſitate ꝓhibentur ad ſacerdotes peruenire. Nunc reſtat reſpondere ad argumēta hereticorum in principio huiꝰ ꝑter cij erroris poſita. Ad primum cum dicaꝛ quid oportet ꝙ fiat iſta publicatio peccatorum ex quo in lege veteri non fiebat niſi deo Reſpondetur ꝙ tunc offendebatur ſolū deus modo homo et deꝰ qꝛ deus factus ē homo ideo oportet ꝙ reueles et publices peccatum tuum deo per contritionem et homī per confeſſionem et dices cum. p̄s. xxxi. Delictum meum cognitum tibi feci et iniuſticiā meam non abſcondi. ſ. homini cui abſcondere poteram quia deo notum erat. Ad ſecundum argumentum Criſoſtomi non dico vt te prodas etc̄. dico ꝙ non eſt ita intelligendum ꝙ liceat alicui ſi tēpus habeat ſacerdoti nō ꝯfiteri ſed quia ſufficit vbi crimen occultum eſt ſoli deo per ſacerdotem dicere. et ideo non oportet publicare coram multis quod occultum eſt quod notauit dicens. nō tibi dico vt te prodas in publicum. Vn̄ leo papa. ſufficit confeſſio que primum deo offertur deinde ſacerdoti qui pro delictis penitentium peccatoꝛ accedit. tunc enim plures poterunt ad penitentiam prouocari ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis ſicut eniȝ publica noxia publico egēt remedio ita occulta ſecreta confeſſione et occulta ſatiſfactione purgantur. Nec neceſſe ē vt quod ſacerdoti ſemel confeſſi fuimus iterum confiteamur niſi quod abſit in idem cōtingat nos redire. ſed lingua cordis nō carnis apud verum iudicem id ſemper confiteri debemus. Vnde Criſ. Nunc autem ſi recordaris peccatorum tuorum. et frequenter ea in conſpectu dei pronūcies et pro eis deprecceris citiꝰ ea delebis. Si vero obliuiſcari

tunc eorum recordaberis nolens quãdo publicabũtur et in cõſpectu proferentur oium amicorum et inimicorum ſanctorũq3 angelorum. et per ea que dicta ſunt patet ſolutio etiam ad tercium argumentum et ſic ſum expeditus de quarto errore ſiue hereſi.

**De hereſi eorum qui aſſerunt confeſſionem fiendam ſolum curato ſicut proprio ſacerdoti.**

q Uinta hereſis eſt eorũ qui concedunt ꝙ confeſſio eſt fienda homi ſed dicũt ꝙ ſolum eſt fienda proprio ſacerdoti. Sic errauit magiſter Johães de poliaco qui poſuit ſequẽtes articulos vt patet in extrauaganti. Joh. xxij. vas electionis videlicet ꝙ cõfeſſi fratrib⁹ licẽtiã generalem cõfeſſiones audiendi habentibus eadẽ peccata qui cõfeſſi fuerant iterũ proprio ſacerdoti confiteri tenerentur ac ſtante ſtatuto omnis vtriuſq3 ſexus in cõcilio generali nec deus nec romanus pontifex facere poſſet ꝙ parrochiani non tenerentur oĩa peccata ſua ſemel in anno ꝓprio ſacerdoti .ſ. prochiali curato confiteri. Item ꝙ nõ poſſet papa generalem dare ptãtem audiendi cõfeſſiones imo nec deus quin confeſſus generalem habens licentiam teneretur iterum eodem ſuo ꝓprio ſacerdoti veluti prochiali curato cõfiteri. Hi articuli a Jo. xxij. in predicta extrauagãti tã falſi ꝙ̃ et erronei et a ſana doctrĩa deuij auctoritate apoſtolica ſunt damnati et reprobati ipſeq3 Joh. de poliaco veris rationibus qui opinioni quã dudum habuerat cõtrarijs et quib⁹ reſpondere non potuit demonſtratis eoſdẽ articulos non eẽ veros affirmauit in conſiſtorio publico. nec non ĩ preſentia p̃dicti Johis pape et cardinaliũ reuocauit. Et qz ſuccedente tempore nonnulle perſone eccleſiaſtice necnon et alie vtriuſq3 ſexus perſone p̃dictos reuocatos articulos fuerunt ãplexantes inficientes fidelium animos vt fratribus predictis non confiterentur. Et vt ab eorum deuotione eos retraherent non ſolum predictos articulos ſed et alios etiam ſacris canonibus cõtrarios affirmare publice non erubuerunt. Unde licet confeſſio fratrib⁹ electis et a dyoceſanis admiſſis facta dubitabilis et incerta ſit. vnõ tenentur oino incertum dimittere et ſic ſolum confiteri ſuis ſacerdotibus curam animarũ habentibus ſub pena peccati mortalis. Itẽ ꝙ q̃uis ipſi fratres admiſſi auctoritatẽ habeant cõfeſſiones audiendi et abſoluendi tñ populus ſubiectus accedẽdi ad eos ſine licẽtia ꝓprij ſacerdotiſ nõ habet poteſtatem Itẽ ꝙ fratres petentes priuilegia ꝓ cõfeſſionibus audiendis et ſepulturis habendis ſunt in peccato mortali. Item ꝙ romani põtifices cõcedentes p̃dicta priuilegia vel illa cõfirmãtes ſunt in ſili peccato mortali et excõicati. Item ꝙ tales fratres cõfitẽtes non ſunt paſtores ſꝫ fures latrones et lupi. Itẽ ꝙ ſacerdos curatus dãs licentiã mẽdicãtibus cõfeſſiones audiendi magis diſpenſat ſup predicto ſtatuto oĩſ vtriuſq3 ſexus ꝙ̃ papa fratribus licentiam tribuẽs iuxta formã decretalis antedicte. omnia ſupradicta lamtabili querela per fratres mẽdicãtes ad aures Eugenij pape quarti puenerũt. Qui facta diligenti examinatione per diuerſos i iure canonico doctores ac ſacre pagine profeſſores tanꝙ̃ falſos et erroneos et ſacris canonibus contrarios auctoritate apoſtolica dãnauit et reprobauit vt ptꝫ in bulla ſua que icipit Gregis nobis crediti quã confirmauit Nicolaus quintus vt ptꝫ in bulla ſua que icipit ꝓuiſionis noſtre quam confirmatoriã bullã dirigit vniuerſis et ſigulis patriarchiſ archiepis. epis. electis et abbatib⁹ vbilibet conſtitutis vt quotienſcũq3 fuerit reqſiti ſuper predictis a quoꝙ̃ predictorũ ordinũ p̃dicatorum et minorum et aliorũ mẽdicantium priuilegiatorũ magiſtro generali ac prouinciali. miniſtro vicario vel aliud gerẽte officium ad confutandos ac reprimendos ac penitus tollendos huiuſmodi errores ꝓut in decretali ſuper cathedrã ac in predicta extrauaganti vas electionis continetur diligẽti ſtudio atq3 cura prouideãt ac intendant et ꝙ p̃fatas conſtitutiones faciant inuiolabiliter ab omnibus obſeruari. et ꝙ ſi forſan iuenerint aliquos predictos dãnatos articuloſ aut aliquid ipſorum pertinaciter aſſerẽteſ vel tenentes ſeu predicantes contra illos communiter vel diuiſim tanꝙ̃ contra hereticos et de catholica fide ſuſpectos procedãt. nec non ipſos et eorum quelibet iuxta tantorũ exceſſuum qualitatẽ per cenſurã eccleſiaſticam et alia iuris oportuna remedia auctoritate predicta compeſcere ſtudeant cum pre-

ſentem librum ſcriberem in villa vallis ole
tana. anno domini. M.cccc.lviij. Cleric⁹ q̄
dam nomine alfonſus debeiar i eccleſia be/
ati Jacobi p̄dicte ville de predictis reproba
tis ꝓpoſitionib⁹ tres publice predicauit.
Quarū prima fuit ꝙ quilibet tenebatur con
fiteri curato prochiali ad minus ſemel in an
no. Secūda eſt ꝙ fideles obligabantur pete
re licentiā a ſuo curato ꝑrochiali vt poſſint
cōfiteri religioſis mēdicātibus et ꝙ non de
bebat dare licentiaꝫ niſi his quibus ſibi be
ne viſum foret. Tercia fuit ꝙ omnes illi qui
confeſſi fuerant religioſis predictis obliga/
banturiterū confiteri de eiſdem peccatis ſuo
ꝓprio ſacerdoti. ſ. prochiali curato. Cū ergo
cognoui ꝙ p̄dictus clericus dixerat p̄dictas
ꝓpoſitiones ꝑ fidedignas perſonas requi/
ſiui dominū petrū epm palētinū qui tunc ī
eadē villa p̄ns erat vt de predictis reciperet
veram informationem qui cognita veritate
vocato predicto clerico mandauit ſibi vt pre
dictas ꝓpoſitiones in eadē eccleſia in qua il
las p̄dicauerat ſequenti dn̄ica publice reuo/
caret quod et factū fuit preſentibus plurib⁹
religioſis predicatorum et noſtri ordinis et
magna populi multitudine.

## De hereſi eorum qui dicunt ꝙ non te/ netur quis confiteri ſacerdoti ſi laic⁹ ſit p̄ſto

S Exta hereſis eſt eorum qui dicunt
ꝙ non tenetur quis confiteri ſacer/
doti ſi laicus ſit preſto cui poſſit cōfiteri. im/
probatur iſta inſipientiſſima hereſis oſten/
dendo ꝙ requirendū ſit examen ſacerdotis
cui conceſſit deus poteſtatē ligandi et ſoluē
di quod oſtendit Aug. in libro de peniten/
tia dicens. Qui vult confiteri peccata vt in/
ueniat gratiam querat ſacerdotem qui ſciat
ſoluere Item ait Aug. Judicet ſeipſum hō
voluntatem dn̄i pōt et mores conuertat ī me
lius veniet ad antiſtites per quos illi claues
in eccleſia miniſtrantur a prepoſitis ſacram̄
torum accipiat ſatiſfactionis ſue modū. J/
tem leo. multiplex miſericordia dei que la/
pſibus humanis ſubuenit vt nō modo per
baptiſmū. ſed etiam per penitentiam ſpes
vite reperiatur. Sic diuine voluntatis preſi
diis ordinatis vt indulgentiam dei niſi ſup
plicationibus ſacerdotū nequeant obtinere
xp̄s eniꝫ hanc prepoſitis eccleſie tradidit po
teſtatem vt cōfitentib⁹ pn̄ie ſatiſfactionē da/
rent eoſdē qꝫ ſalubri ſatiſfactione ꝑurgatos
ad cōionē ſacramētorū per ianuā recōcilia/
tionis admitterēt. Item leo. ſufficit confeſ/
ſio que primū deo offertur deinde ſacerdoti
qui pro peccatis delinquētium p̄cator⁹ acce/
dit et etiam plures ad penitētiā poterunt ꝓ
uocari ſi populi auribus nō publicetur con
ſcientia cōfitentis In neceſſitate tn̄ pōt hō ꝯ
fiteri peccata ſua proximo vel ſocio ſi deſit
ſacerdos. Ex predictis manifeſtum eſt ꝙ n̄
ſufficiat confiteri deo ſine ſacerdote cū poſſit
haberi nec eſt vere humilis et penitens ſi nō
deſiderat et requirit ſacerdotis iudicium ſi
tn̄ nō pōt habere copiam ſacerdotis ſufficit
confiteri ſocio vel proximo vt predictum eſt

## De hereſi eorū qui dicūt ꝙ non ē obediē dum niſi ſoli deo.

S Eptima hereſis eſt eorum qui di/
cunt ꝙ non eſt obediendū niſi ſoli
deo. Iſte fuit error cuiuſdā heretici qui dice
batur vualtus a quo vualdenſes heretici nū
cupantur. Ille ſuo ſpiritu duct⁹ et nō a deo
miſſus nouā ſectā iuenit vt ſine alicuius p̄/
lati auctoritate ſine inſpiratione ſine ſciētia
ſine litteratura p̄dicare p̄ſumeret ſine ratiōe
phus ſine viſiōe: ꝓpheta ſine miſſione: apo
ſtolus ſine iſtitutione didaſcalus vt notat
Alanus in li. ſuo cōtra hereticos predictam
vero hereſim ſequētes ipſum nituntur ꝓbare
et ex actibus apoſtolorū. v. vbi introducūt
petr⁹ et Johānes loq̄ntes ad ſcribas et pha
riſeos in hunc modū. Uos ipſi iudicate cui
ſit obediēdū deo precipiēti an vobis ꝓhi/
bentibus. Itē ſi hō hoi obedieret in his ī q̄
h⁹ obediēdū nō ē peccaret qꝛ in hoc deo obe
diens nō eſt. Samuel etiam ait ad ſaul. Re
gū. xv. ſpēs ariolandi eſt nolle obedire ſpēꝫ
ariolandi vocat ſamuel quodāmodo deuꝫ
negare per inobediētiam. Sed nolle obedi
re hoi nō eſt ariolare ſed nolle obedire deo.
ergo obediēdū eſt deo nō hoi qꝛ ꝑ hoc ꝙ n̄
obedim⁹ hoi nō ariolamur. ſꝫ ꝑ hoc ꝙ nega
mus obediētiā deo. Rn̄detur ad p̄dicta ꝙ
deo et hoi obediēdū eſt. ſed deo magis ꝙ

boi. boi tamē obediēdū eſt qꝛ poteſtas ſu-
per boīes a deo data eſt. Unde et xp̄us ad
pylatū. Joh. xix. ait nō haberes in me ptā
tē niſi datū eēt tibi deſuper. ergo ſi pylatus
qui ab īperatore romano ptātē terrenā ha-
buerat eā ſuper xp̄m habebat multomagis
et alius homo ſuper alios hoīes. Chriſtus
etiā prī putatiuo et matri obediēs fuit. erat
enim ſubditus illis vt ptꝫ Luce. ij. Petrus
etiam et Johānes per hoc ꝙ dicūt potiꝰ eſſe
obediēdū deo ꝙ̄ hoībus nō negāt
hoī eē obediēdū ſed inſinuāt potius eſſe o-
bediēdū deo ꝙ̄ hoibꝰ. hoibꝰ tñ in malis obe
diēdū nō ē ſed in bonis et in hoc ꝙ obedit
hoibꝰ in bōis obeditur deo. Qđ Samuel
ait ꝙ ſpēs ariolandi eſt nolle obedire intel
ligitur in illo caſu in quo ex p̄cepto vel iſpi-
ratione diuina aliquis aliquid alicui iniun
git Sicut Samuel ex inſpiratione diuina vl'
ex precepto diuino iniūxerat ſauli vt expecta
ret eum. In eo ergo ꝙ nō expectauit inobe-
diēs deo fuit nō tm̄ hoī: et hec iobedientia
ſpēs ariolandi fuit. Qđ aūt hoibꝰ et maxie
p̄latis obediēdū ſit oſtēdit paulus in epiſto
la ad Ro. xiij. dicēs. omnis aīa ptātibꝰ ſub
limioribus ſubdita ſit. nō eſt eī ptās niſi a
deo. que autē ſunt a deo ordinata ſunt. itaqꝫ
qui ptāti reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit ideo
eni et tributa p̄ſtatis. miniſtri eni dei ſunt i
hoc ipſū ſeruientes. Petrus etiā in canoni-
ca prima. c. ij. ait. Serui ſubditi eē i oī timo
re dn̄is nō tm̄ bonis et modeſtis ſed etiā di
ſcolis. Angeli etiā ſibinuicē obediūt mio
res videlicet maioribꝰ vt teſtaꝛ Dyoniſiꝰ de
celeſti ierarchia. bruta etiā aīalia ſibinuicē
obediūt quod etiā in minimis aīalibus. i. i
apibus manifeſtū eſt. ptātes ergo et ſecula-
res et eccleſiaſtice a deo ſunt ordinate vt iſe
riores regant vt et gratiā cōſequātur ſubdi-
ti ſi bene agant vel ſi aliud operētur penā ſu
ſtineant ptꝫ ergo ſubditos debere ſuis pre-
latis obedire ſiue boni ſint ſiue mali. in bo
nis tñ ſit obediētia nō in malis qꝛ obedien
tia honeſta ē animi deliberātis iuſte iuſſionis
effectus qꝛ in his debemꝰ obedire p̄latis q̄
iuſte deliberāt et iuſte iperāt. Sūt aūt q̄dā
ſine quibꝰ non eſt ſalus vt adipletiones pre
ceptorum moralium in quibus tenemur oī
no obedire prelatis. Sūt quedā cū quibus
nō eſt ſalꝰ vt mortalia peccata in quibus a-
gendis nulli obedire tenemur. Sunt autem
quedam media cū quibus eſt ſalus vt car-
nes comedere vel nō comedere et ſimilia. lai
co aūt p̄dicare ſi periculoſū nō eſt predicare
aūt periculoſum qꝛ non itelligit quod dicit
nec ſcripturas intelligit quas exponere p̄ſu-
mit ſi prelatus iniungat ei vt taceat tacere te
netur et ſi nō tacet mortaliter peccat. Unđ ſi
ſub pena excōicationis ei ꝓhibet predicare
Ille vero p̄dicet excommunicationis ſentē-
tie ſubiacet. Unde iſti vualdēſes qui contra
p̄ceptū domini pape imo contra totam ec-
cleſiam predicant quibus iniunctum eſt a
domino papa vt non predicent ſententie ex
communicationis ſubiacent. In concilio e-
tiam lateranenſi in eos ſententia excommu-
nicationis lata eſt. Unde eis communi-
candum non eſt cum ſentētia apoſtolica ab
eccleſia preciſi ſint. Ideo autē excōicati fue
runt quia officium quod ad eos non perti-
net vſurpabant contra fidem quedam pre-
dicabant eccleſie verbis aut factis deroga-
bant et os in celum ponebant cum curie ro-
mane detrahebant quia inſtar ſacrilegij eſt
de facto ſummi pontificis diſputare. Qui
bus enim magis credendum eſt an ydeotis
an eccleſie ſapientibus vniuerſis. Si ergo i
his que non periculoſa ſed indifferentia ſūt
vt non abſtinēꝫ a carne vel vino in caſu obe
dimus maioribus et prelatis noſtris. mul-
tomagis predicti heretici tenentur eccleſie
romane obedire in his que periculoſum eſt
facere cum ſententia prelati atteſtante Gre-
gorio ſiue ſit iuſta ſiue iniuſta non ſolum ti-
menda eſt ſed et tenenda.

De hereſi eorum qui dicūt non eſſe obedi
endum prelatis exiſtentibus i peccato mor
tali et ꝙ tales nō habent ptātem ligandi et
ſoluendi.

o Ctaua hereſis eſt predictorū vual
denſium qui dicunt ꝙ dato ꝙ o-
bediendū ſit homi. homini tamē
non exiſtenti in peccato et ꝙ ſolum boni ſa
cerdotes habent poteſtatem ligādi et ſoluē
di. hic etiam fuit error Johānis heuclis an
glici qui inter innumerabiles errores quos
poſuit iſte fuit vnus ꝙ nullus eſt dn̄s ciuil'
nullus eſt prelatꝰ. nullꝰ eſt ep̄s dum eſt i pec
cato mortali. Inſecutus eſt hunc vna alia

vulpecula idē aſſerens .ſ. Job. hus de bohe
mia et vippera tercia. Hieronimus de pra-
ga qui in concilio Cōſtātienſi in p̄ſētia mar
tini pape quinti fuerunt dānati tanq̄ hereti
ci anno dn̄i. M. cccc. et. xvi. Iſti ergo heretici
dicūt obediendū eē bonis prelatis et eis q̄
ſunt apoſtolorū vicarij in vita et officio. eoſ
autem qui aplorū vitā nō hn̄t nec officiū eo
rū retinēt mercenarios dicūt nō paſtores.
Quod ꝓbare nituntur qꝛ dicit Aug. in li. d̄
baptiſmo peccatorum remiſſionē per ſeipſū
facit deus vel per colūbe mēbra dicit etiam
Aug. peccata dimitti vel teneri a ſāctis. idē
ſuper exodo vbi de lamina aurea legitur:
Erat enī lamina aurea ſemper in fronte ſa-
cerdotis. hoc inquit ſignificat fiduciā bone
vite q̄ qui vere perfecteq; nō ſignificatione
ſed veritate ſacerdos habet ſolus pōt pecca
ta auferre. Item greg. Iſti ſoli habent i hac
carne poſiti et ligandi et ſoluendi ptātem ſi
cut ſancti apl'i q̄ eorū exēpla ſil'cū doctria te
nēt. Itē ex dictis origenis hec ſoli petro ptāſ
cōceſſa eſt et imitatoribus petri. Nā quicū-
q; petri veſtigia imitantur habent digne et
recte ligandi et ſoluēdi ptātem. Item mala
chie. ij. etiam legitur maledicā benedictioni
bꝰ vr̄is. et alibi: Ezech. xiij. ve ill' q̄ viuificāt
aīas q̄ n̄ viuūt et mortificāt aīaſ q̄ n̄ moriū t
ſi ei maledicit dn̄s bn̄dictōibꝰ eorū et ſi aīe
q̄ſ beatificāt nō viuūt ergo quō p eoſ gratia
benedictionis transfunditur. Ad hec omia
dicūt veri catholici q̄ oēs ſacerdotes habēt
ꝑtātē ligandi atq; ſoluēdi ſed illos ſolos di
gne ac recte hac poteſtate vti q̄ p̄diti ſunt vi
ta et doctrina aplica et ad hoc referūtur p̄di
cte auctoritates que dicūt iniuſtos ſacerdo-
tes nec ligare nec ſoluere. i. nec digne nec re-
cte fit per illos qui ſancti non ſunt retētō vel
remiſſio peccatorum. dat enī deus benedicti
ones digne poſcenti etiā per indignū mini
ſtrum. Quod autem legitur in malachia ſic
intelligi pōt maledicā benedictionibus ve-
ſtris. i. his que benedictionibus veſtris poſ
ſidetis qꝛ faciam vobis ea cedere in maledi
ctionē non in benedictionē quia et ſi benedi
cunt ſanctis hoc non faciunt vere corde et iō
eorum benedictio eis vertit' in maledictōnē
Vel ſic maledicā benedictionibꝰ veſtris. id
eſt quod a vobis benedicitur a me erit ma-
ledictum qꝛ benedicūt iniqui agentibꝰ adu-
lanturq; peccantibus dūmodo diuites ſint

Predictis hereticis obuiat ſanctus Clemēſ
dicens. Sacerdotes et oēs miniſtri eccleſie
omnis plebs ep̄os ſuos diligere debent et
eorum preceptis obedire etiam ſi ipſi aliter
quod abſit agant niſi in fide errauerit. Itē
obuiat eis Euſebius papa dicens. oues q̄
ſuo paſtori cōmiſſi ſunt nec reprehendere ni
ſi a fide exorbitauerit nec vllatenus accuſa-
re poſſunt qꝛ facta paſtoris oris gladio feri
enda non ſunt. Item obuiat eis Beatꝰ Ber
nardꝰ qui loquens de reuerentia erga prela
tos ſic inquit Non ſufficit exterius obtpare
prelatis niſi interius altius ſublimiter ſentia
mus de eis Et ſi enim a deo indigna alicu
ius prelati vita cōꝑitur vt nihil oino excuſa
tionis nihil diſſimulationis admittat pro-
pter eū tamen a quo omnis ptās eſt excelſū
eum reputare debemus nō ꝓprijs perſone
meritis ſed ordinationi diuine et dignitati
deferentes. Ideo diſſimulemus interim de
magnis eccleſiarum p̄latis. ſic enim facien-
dum eſt et ſic placet illis vt euadant huma-
na iudicia vt tandem incidant in iudicium
quod in eis qui preſunt fiet. Sap̄. vi. Iudi-
cium duriſſimum fiet his qui preſunt. Itē
auctoritatibus ſanctorum probatur q̄ oēs
ſacerdotes habent ligandi et ſoluendi pote
ſtatem et primo Hyeronimus hoc teſtatur
ſuper illum locum euangelij. Math. xvi. vbi
dominus ait petro. tibi dabo claues regni
celorum etc̄. habent inquit poteſtatem iudi-
candi et alij apoſtoli habent et omnis eccle
ſia in epiſcopis et in preſbyteris. Sed ſanctꝰ
petrus eam ſpecialiter accepit vt oēs intelli
gant quicunq; ab vnitate fidei et a ſocietate
eccleſie ſe ſeparauerint nec a peccatis ſolui
nec celum poſſe ingredi. Item ſecundo q̄ ſa
cerdos etiam ſi malus ſit gratiam tamen
transfundat pro ſue dignitatis officio. Au-
guſtinus oſtendit dicens dictum eſt a domi
no in numeris ad Moyſen et aaron ſacer-
dotes vos ponite nomen ſuper filios iſrael
ego dominus benedicam eis vt gratie tra-
ditio pro miniſterijs ordinate transfunda-
tur hominibus nec voluntas ſacerdotis ob
eſſe vel prodeſſe poſſit ſed meritum benedi-
ctionem poſcentis. Item tercio. Auguſti:
in libro de corpore xp̄i obuiat predictis he
reticis qui dicunt ſacramentum altaris ſo-
lum confici a bono ſacerdote dicens. In
tra catholicam eccleſiam in miniſterio cor-

poris et ſanguiniſ domini nihil a bono ma
ius nihil a malo minus ꝑficitur ſacerdote
qꝛ nō in merito conſecrantis ſed in verbo ef
ficiatur creatoris et in virtute ſpūſſancti. quā
ta autem ſit dignitas ſacerdotis et ordinis
hinc aduertimus. dicit enim Augu. in libro
q̄ſtionū ueteris et noui teſtamēti dictum eſt
de nequiſſimo caypha inter cetera hoc autē
a ſeipſo nō dixit ſed cū eſſet pontifex anni il
lius ꝓphetauit. Joh. xi. per hoc oſtendit ſpi
ritum gratiarū nō perſonā ſequi digni velꝰ i
digni. ſed ordinem traditōnis vt ꝗuis ali/
quis boni meriti ſit non tñ poſſit benedicer̄
niſi fuerit ordinatus vt officium miniſteriū
exhibebat dei autem eſt effectum tribuer̄ be
nedictionis.

De hereſi eorum qui dicunt ꝙ non of/
ficium et ordo ſed meritum bone vite habꝫ
poteſtatem ligandi et ſoluendi conſecrandi
et benedicendi.

Ona hereſis eſt eorūdem ꝙ nō offi
cium et ordo ſed meritū bone vite
habet ptātē ligādi ſoluēdi cōſecrā/
di et benedicēdi. Eſt ergo eorū concluſio ꝙ
magis operat̄ meritū ad ꝯſecrādū vel bene/
dicēdū vel ad ligādū vel ad ſoluēdū ꝙ or/
do vel officium. Unde ipſi ꝗuis ordinati
nō ſint qꝛ ſe iuſtos eē fingunt et merita apo
ſtolorum hr̄e pſumūt bn̄dicere mō ſacerdo
tali. dicūt etiā ſe poſſe cōſecrare ligare et ſolue
re qꝛ meritum dat ptātem non officium. Et
ideo qꝛ ſe dicūt apoſtolorum vicarios ꝑ me
rita dicūt ſe habere eorū officia in quo ma
xime contra eccleſiā nauigāt et ſe hereticos
eē demonſtrant. Iſtum autem errorem vo/
lunt munire auctoritate Eſicij q̄ ait ſacerdo
tes nō propria auctoritate benedicūt. ſed q̄a
xp̄i figuram gerunt et propter eū qui in ip/
ſis eſt bn̄dictionis plenitudinē tribuūt nec
ſolū is qui ſacerdotium ſortitus eſt. ſed qui
cunqꝫ xp̄m in ſeipſo habet et eius figurā ge
rit per conuerſationem bonam ſicut moyſeſ
ydoneus eſt vt benedictionem pſtet. Ecce
hic habes ꝙ non ſolum ſacerdos ſed omiſ
cum quo xp̄s inhabitat benedictionem pre/
ſtet Solutio predictorum eſt ſecundum A/
lanum in libro ſuo de hereticis ꝙ ſacerdo/
es in q uibus xp̄s habitat plenitudinē be/
nedictionis tribuere dicūtur. Predictis er/
go reſpondentes dicimus ꝙ alia eſt benedi
ctio que congruit ſoliſ ſacerdotibus Alia q̄
ab omnibus bonis communiter exigetur. d̄
niqꝫ illi ſacerdotes in quibus xp̄s inhabi/
tat benedictionis plenitudinem tribuere di
cuntur. non quia illi ſoli. ſed illi ſoli licite et
digne id agant nec ſubditos mala vita ſacer
dotis ledit ſi bona faciūt que ille dicit. Un/
de greg. papa Multi dū plus vitam ſacerdo
tum ꝙ ſuam diſcutiunt in erroris foueā di/
labūtur minus conſiderantes ꝙ nō eos vi/
ta ſacerdotum ledet ſi humiliter bonis ſacer
dotum admonitionibus aurem accomo/
darent.

De hereſi eorum qui dicunt ꝙ non eſt ve
ra indulgentia vel relaxatio epiſcopi in con
ſecratione eccleſie vel alias indulgentias
dando

Ecima hereſis eſt eorūdem ꝙ non
eſt vera indulgētia ep̄i vel relaxatio
in cōſecratione eccl'ie vel alias indulgentiaſ
cōcedendo ꝙ ſic nitūtur ꝓbare. Iſte tenetur
ad ſatiſfactionē triū annorum. vnꝰ ep̄s i vni
us eccleſie dedicatione relaxat terciam partē
Eadē rōe alius tercius et reliquus terciam ꝑ
tem qꝛ tātā ptātē relaxādi habent ſecūdꝰ et
tercius quātum primus quod ſi ita eſt ꝓ tri
bus obolis relaxabit̄ pēa triēnis. Preterea
idiſcreta videt̄ iſta relaxatō nec equa ſatiſfa
ctiōis cōpēſatio ſi ꝓ vno obolo vel nūmo re
laxat̄ vniꝰ āni ſatiſfactio. Solutō ad p̄miſ
ſa ꝙ ep̄s relaxat in abſolutionibꝰ penā pur
gatoriam non temporalem. Ad argumē
tum dicitur ꝙ ille cui iniungitur ſatiſfactio
aut habet charitatem aut non ſi charitatem
non habet nihil ei ab epiſcopo relaxatur.
Si vero in charitate eſt hoc dictat eiꝰ charitaſ
vt penitentiam ſibi iniunctam perficiat nec
palpet ſeipſum corporalem declinans pe/
nam quin agat penitentiam ſibi iniunctam
ſi poteſt quia ipſa charitas reddit ipſum pa
ratum vt non ſolum illam verum etiam vt
maiorem compleret ſi ei iniuncta fuiſſet. ta
lis ſi illud adimpleret pro quo facta eſt re/
laxatio ab epiſcopo non relaxande pene in
tentione. ſed et charitatis feruore et dece/

dit ante peractam penitentiã remittet̃ ei tãtũ de pena purgatoria quãtum in hoc preſenti ſeculo relaxauit epiſcopus. Dicim⁹ etiam ꝙ licet cõmutari penã corporalẽ in penã pecuniariam q̃ in pleriſ ꝗ longa grauior eſt corporali. nec iſte qui ex charitate accedit fit cõmutatio pene quãtum ad ipſum q2 nõ hac intentione facit illud pro qua fit relaxatio vt relaxetur ab iniũcta penitentia. ſed ſolo intuitu charitatis nec vult vt relaxetur ſed ꝓpoſitũ habet ꝑficiendi penitentiã ſi cõceſſerit ei vitam: q2 ergo hʒ ꝓpoſitũ ꝑficiendi penitentiam et in ipſa non remanet quin ꝑficiat ſi ante ꝑactã penitentiã decedat. Et ipſe ep̃s hac intentione relaxat in purgatorio aliquid de penitentia relaxet̃ iſti. ſi morte p̄uentus fuerit tãtũ de pena purgatorij relaxabitur quantum in hoc ſeculo de pena temporali relaxatum ẽẽ videbatur.

De hereſi eorum qui dicunt ꝙ orationes et ſuffragia pro mortuis ab exiſtentibus in peccato mortali non proficiunt.

v Ndecima hereſis eſt ꝙ orationes vel ſuffragia ꝓ mortuis ab exiſtẽtibus in mortali factis nõ ꝓficiũt mortuis quod ſic ꝓbare nitũtur. Quõ enĩ põt prodeſſe alijs cũ nõ põt ꝓdeſſe ſibi Oratio que fit in orãtis ꝑniciem quõ in alterius ſalutẽ erit. Item. iij. q. vij. in grauioribus dr̃ ſic Cum is qui diſplicet ad intercedẽdum mittitur animus irati iudicis ad deteriora ꝓuocatur. Item qui indeuote orat iudiciũ ſibi poſtulat. Sed qui ſibi in oratione poſtulat iudiciũ quõ alij in oratione poſtulat remediũ. Itẽ oratio eius fit in peccato quõ ergo fit pro ſalute aliquorũ. Item q̃ meret̃ offenſam apud deũ quia orat. quõ ꝓ alio orat. peccõri eñi dixit deus. ps̃. xlix. quare tu enarras iuſticias meas et aſſumis teſtamẽtũ meũ per os tuũ. ſ. pollutũ Roib⁹ idem ꝓbare conãtur ſic. Sacerdos in mortali exiſtẽs dum celebrat diuina orat oratio illa q̃ actio ẽ mala eſt. ac meretur ſibi penã eternã ergo eadem nõ meretur alij pene relaxationẽ. nulla enĩ actõe poteſt quis mereri bonũ et malum. Item dicit auctoritas de cohabi. cle. et mulierũ vr̃a duxit. ꝙ illius ſacerdotis miſſa audiẽda nõ eſt de quo indubitãter conſtat ꝙ habeat cõcubinã Alia etiã clamat auctoritas. ꝙ ille qui in mortali peccato eſt nec in eccleſia orare nec pſalmos debet dicere. Solutio oim̃ p̄dictorum et determinatio ſm̃ Alanũ vbi ſupra eſt ꝙ oratio que fit ab eccleſia a quocũ ꝗ proferatur ꝓdeſt et mortuis et viuis et ſic ad p̄dicta facilis põt dari reſpõſio. Verũ ẽ ꝙ ſi is q̃ ad intercedendũ mitti t̃ deo per peccatũ mortale diſplicet ex ipſo ꝙ orare p̄ſumit deterior fit diuina celebrando maxime ſi in notorio crimine fuerit q2 in eo peccat quod preſumit ꝙ alijs occaſio ſcandali fit. ſed tamẽ quod orat in perſona eccleſie dicens oremus ipſum ſignificatũ orõis ſiue ipſa ſignificatio prodeſt alijs non ex virtute ipſius orantis ſʒ ex virtute eccleſie ad hoc orationem inſtituentis vt proſit viuis vel mortuis. Peccat ergo qui ĩ peccato mortali exiſtẽs p̄ſumit celebrare prodeſt tñ orõ quãtum ad ſui ſignificationẽ nõ quãtũ ad actionẽ orantis. Sciẽdum tñ ꝙ duplex eſt deuotio. Eſt deuotio natur̃ et deuotio gratie. Deuotio nature eſt quando quis ex naturali pietate orat et ex quadã humilitate ꝗuis ſit in peccato. peccat ci ſub deo quia dolet ſe eſſe in peccato talis ſi orat ex eo ꝙ orat non peccat q2 non indeuote orat quãtũ ad deuotionem nature huiuſmodi oratio ipſi oranti non obeſt et illi pro quo orat quantum ad virtutem orationis ꝓdeſt. Deuotio gratie eſt quando aliquis ex charitate orat ſenſus ergo eſt ꝙ q̃ indeuote orat. i. ſine deuotione nature vel gratie iudiciũ ſibi poſtulat id ẽ peccat. ille aũt q̃ peccato notorio laborat et prebet alijs ſcandalũ oratio fit ei in peccatum non alijs pro q̃bus orat. Actio in ꝙ orantis non eſt virtus orationis ſic ergo meretur offenſam apud deũ actione praua. apud deum tamẽ perorat⁹ virtus orõis pro alio. Cum autem dicitur peccatori dixit deus etc̃. peccator dicitur ille qui gloriatur cũ malefecerit qui laborat in publico crimine vel qui conuictus vel confeſſ⁹ eſt in iure talis enim non peccat ſub deo ſed in deũ. talis ſi in publico in eccleſia orat vel p̄dicat vel pſalmos cantat et vt dictum eſt ſi ille cuius crimen notorium eſt diuina celebrat quantum in ſe eſt peccat virtus tamen orationis alios adiuuat. Si vero hereticus ab eccleſia diuiſus pro alijs orat iam non orat in perſona eccleſie et ideo nec

ipſi nec alij prodeſt oratio. Ex p̄dictis p3
ꝙ peccatoris obſtiatio qua orat mala ē nec
ei nec alij prodeſt. Sed ipſa ſignificatio ora-
tionis q2 ad hoc inſtituta eſt in eccleſia dei
vt alijs ꝓſit et ſic alijs ꝓdeſt vt non eſt mala
ſed bona. Quod autem dicitur ꝙ illius ſa-
cerdotis miſſa non ē audienda de quo idu-
bitanter conſtat ꝙ habeat cōcubinā intelli-
gendū eſt de ſacerdote qui conuictus vel cō-
feſſus eſt in iure cuius miſſa non eſt audien-
da non eo ꝙ mala ſit ſed hoc faciendum eſt
in verecūdiam vel cōfuſionem ſacerdotiſ vt
ſacerdos peccatum ſuum recognoſcat et pe-
niteat. Quod autem orationes ab eccleſia
conſtitute ꝓſint cum in eccleſia ꝓferuntur ſi-
ue a bono ſiue a malo rationibus probatur
ſic. Si merita miniſtrorum non augent vel
minuunt vim ſacramentoruꝫ videtur ꝙ nec
vim orationis ſed hoc patet q2 vis baptiſ-
mi non augetur vel minuitur a quocunq̄ ď
tur vel vis eucharíſtie vel alterius ſacramen
ti a ſimili nec vires orōnū eccleſiaſticarū ha
bent in ſe quandam virtutem ſacramentalē
puta ſi merita miniſtrorum augerent vim o-
rationum vel minuerent vnitas eccleſie non
ſtaret immo ſciſma fieret. quia quidam ſeq̄-
rentur ſacerdotem quem crederent melioreꝫ
et fugerent deteriorem et ſic quidam ſeque-
rentur vnum quidam alium. Paulus con-
tra illos qui gloriabantur de baptiſmis di
cit vnum eſſe baptiſmū vnū eſſe qui bapti-
zat A ſimili enim nō debemus gloriari de
orationibus aliquorum tanta enim eſt vis
orationis prolata ab vno quanta ab alio
quātū ad ipſius orationis ſignificationem
non quātum ad ipſius orantis deuotionē.
Una eſt enī vis orationis ſed non vna de-
uotio orantis. Deuotō enī pōt eē efficatior
quanto maior ſed orō quantū in ſe eſt non
erit fructuoſior verbis autē ineſſe virtutem
varie clamant ſcripture et diuine et humane
Nōne vis eſt in his verbis. Baptiſo te ī no
mine patris et filij et ſpūſſancti amen. et in
his. hoc eſt enim corpus meum. Et hic ē ei
calix etc̄. Quare ergo in eccleſiaſticis oratio
nibus non ineſt vis ſi proferantur in perſo
na eccleſie non quantum ad proferentem ſ3
quantum ad inſtituentem.

## De hereſi eorum qui negant purgatoriū eē

Uodecima hereſis eſt eorum q̄ ne-
gant purgatorium eſſe dādum.
Unde dicūt ꝙ propter auariciam
eccleſia ponit eſſe purgatorium poſt hanc vi
tam vt. ſ. pro animabus dentur elemoſyne
et oblationes et fiant obſequia et talia.
Contra hunc errorem procedetur tripliciter.
primo auctoritate doctorum ſecūdo rationi
bus inquiſitorum. tercio auctoritatibus ſa-
cre ſcripture. hoc modo ꝓcedit franciſcus de
maronis di. xxiij. q. x. vbi mouet queſtiōeꝫ
vtrum poſt hanc vitam ſit neceſſarium pōe-
re purgatorium. Primo ergo auctoritate ar
guitur Hieron. qui in canone hec expreſſe di
cit et Auguſti. Grego. etiam in epiſtola ad
bonifacium et in multis alijs locis. Reſpō
dent heretici et dicunt ꝙ iſti doctores fuerūt
ex parte eccleſie. et ideo aſſencientes eius a-
uaricie conformauerunt ſe cum ea. Ideo ſe-
cundo aliqui inquiſitores arguunt ſic con-
tra eos. primo ſic. Moriatur vnus homo oi
no iuſtus et innocens. moriatur etiam ali⁹
qui fuit ſemper peccator penituit tamen in
fine quomodo erit ꝙ ambo ſimul vadant
ad paradiſum nunquid innocens debet ſta
tim euolare et ille qui ſemper peccator ante
et nunc penituit. ſed pro peccatis nullam pe
nam ſuſtinuit debet poſt hanc vitam puniri
Reſpondent heretici ꝙ non ſed ambo de-
bent ire ad paradiſum ſed ille qui pro pecca
tis penam non ſuſtinuit diminuetur de glo
ria: Secundo arguunt inquiſitores ſic.
Quia ſi purgatorium non eſt fruſtra time-
mus peccata et abſtinemus quia poſſemus
penitere in fine et ſic euolare. Reſpondēt he
retici ꝙ non fruſtra timemus et abſtinemus
quia vt dictum eſt minus de gloria habeƀ:
Tercio arguunt inquiſitores ſic: nullum
malum impunitum ſed ſi purgatorium nō
eſſet non punirentur omnia peccata eorum
qui ſaluantur cum hic non puniantur: qui ī
fine penitent. Quarto ꝙ de⁹ aliquos maloſ
pūit ī vita iſta aliquos n̄. Dicit frāciſc⁹ ꝙ il-
le rōes nō cōuicūt ſed ſūt cōtra nos ſicut cō-
tra illos. Iō arguit aliter cōtra p̄dictos he-
reticos ſic. aliqs n̄ vult baptiſari baptiſmo
flamis vſq̄ ad mortē. et ſic ſi abſtineat vſq̄
ad finē eq̄ euolabit ſicut alij q̄ ſēp bn̄ agūt.
Rn̄dēt ꝙ tāta virt⁹ ē ī ſacramēto pnie ad d-
lēdū peccata ſicut ē ī ſacramēto baptiſmi:
Ex hoc arguitur cōtra eos ſic primo quia ſi

hoc eſſet verum aliquis puniretur de veni/
ali peccato eternaliter. ex multitudine enim
peccatorum venialium ſi nō punitur in pur/
gatorio ſibi ſubducitur aliquis gdus glie
quo priuatur ꝓpter peccata venialia et ſic ca
rentia illius gradus glorie qui ſibi alias de
beretur cum ſit perpetua erit pena illius pec
catis venialibus correſpondens. Secun
do arguitur ſic ſuppono ꝙ maior pēa et ma
ius malū eſt priuatio viſionis diuine ꝙ pe
na ſenſus ſed tātū ē in malo carentia viſio/
nis quantū eſt in bono viſio diuina. Tunc
arguo ſic. Quandocūꝗ mala ſic cōparanť
ꝙ vnum ſcḋm naturam excedit reliquū quicū
ꝗ gradus mali excedentis excedit totum
aliud malum ſed carentia viſionis diuine
ſcḋm naturam excedit in malo penam ſenſus
ergo quicunꝗ gradus priuationis viſio
nis diuine excedit totam penam ſenſus in
ferni. ſic ergo ptꝫ ꝙ negato purgatorio ali
quis puniretť perpetuo de venialibꝫ in para
diſo. Reſpondent heretici ꝙ iſte rōes ſunt
ꝓbice et ſubtiles et apoſtolus dicit ad Colo.
ij. Nemo vos ſeducat ꝑ inanē phiam. Jdo
iſti heretici petunt auctoritates ſacri canōis
dicunt eñ ꝙ in ſacra ſcriptura non inueniť
ꝙ poſt hanc vitam ſic neceſſarium ponere
purgatorium. Jdeo adducō contra eos auc
toritates ſacre ſcripture Prima auctoritas ē
ij. Mach. xij. vbi dicitur ꝙ iudas cōſidera/
bat ꝙ hi qui cū pietate dormitionē accepe/
rant optimā haberēt repoſitā grām et obtu
litꝑ eis. xij. milia dragmas argenti. Jſta au
tē oblatio non potuit eſſe pro his qui ſunt ī
inferno qꝛ ibi nulla eſt redēptio nec ꝓ his ꝗ
ſunt in paradiſo qꝛ redēptione nō indigent.
nec de eis pōt dici illud quod ſequitur. ſan/
cta ergo et ſalubris ē cogitatio ꝓ defunctis
exorare vt a peccatis ſoluāntur qꝛ ibi peccata
nō habēt ergo fuit illa oblatio ꝓ his ꝗ ſunt
in purgatorio. ad illud argumentū dicūt he
retici ꝙ liber Macha. nō eſt de canone Con
tra accipio ergo verbū xpi. math. xviij. Jra/
tus dominꝰ tradidit ſeruū tortoribus quo/
uſꝗ redderet vniuerſū debitū hoc autē non
pōt intelligi in hac vita nec in inferno qꝛ illi
ſemper ſunt in debito ergo hꝫ intelligi ď his
qui ſunt in purgatorio. Secūda auctoritas
euangelij eſt Math. v. Eſto conſentiēs ad/
uerſario tuo etč. Et ſequitur Amen dico tibi
non exies inde donec reddas nouiſſimum
quadrātem. Jſtud exire non intelligitur de
paradiſo nec de inferno ergo de purgatorio
Sed cōtra. iſtud donec qñꝗ accipitur cū ex
cluſione actus ſequētis ſicut. Ge. viij. dicť.
Coruus quem emiſit noe nō reuertebať do
nec ſiccarentur aque ſuper terrā et tamē nūꝗ
poſtea eſt reuerſus et ſimiliter de domina et
ſponſo ſuo Joſeph. Math. ij. dicitur ꝙ nō
cognouit eā donec peperit filiū ſuū primo/
genitū nec ex hoc ſequitur ꝙ fuerit cognita
poſtea. Similiter ergo in ꝑdicta auctoritate
intelligenduꝫ eſt donec reddas etč. ſed non
faciendo vim de li donec ꝓ preſēti arguo ſic
qꝛ in ꝑdicta auctoritate ſalui eſt redditio de/
biti ſed illi de inferno nūꝗ reddūt debitū er
go licet non poſſet argui per li donec tñ pōt
argui per redditionē debiti. Sed ne hoc ca/
lumnietur adducam adhuc ſeptem auctori
tates quarum prima eſt. Mat. xij. Quicūꝗ
peccauerit in filium remittetur ei qui autem
peccauerit in ſpiritum ſanctum nō remitteť
ei neꝗ in hoc ſeculo neꝗ in futuro hic ſupponi
tur ꝙ remiſſio fiat in futuro ſeculo non in ī
ferno quia ibi nulla eſt redemptio. non ī pa
radiſo quia ibi nullus intrat cum peccato
ergo hoc erit in purgatorio alias non eſſꝫ ve
rum verbum xpi . Secunda auctoritas ē
Luce. xij. Seruus qui cognouit voluntateꝫ
domini ſui et non fecerit eam plagis vapu/
labit multis et ergo alius paucis qui nec co
gnouit nec fecit eam ſed in inferno non ē mľ
tum nec paucum ſed infinitum ergo hoc ha
bet intelligi de purgatorio. Tercia auctori/
tas eſt apoſtoli. i. Cor. iij. Si cuius opꝰ ar
ſerit detrimētum patietur ipſe autem ſaluus
erit ſi tamen quaſi per ignem. Certum ē ꝙ
non loquitur de igne huius mundi nec de
igne inferni quia non ſaluat ergo loquitur
de igne purgatorij. Quarta auctoritas eſt a
poſtoli. i. Cor. xv. qui vult probare reſurre/
ctionem dicens. ſi mortui non reſurgunt vt
quid baptizantur pro mortuis. ſupponit au
tem ꝙ aliquis baptizatur pro mortuis ali/
quis ergo actus bonus pro mortuis exhibe
tur vel baptiſmus lachrymarum vel aliquid
tale. nullus autem debet exhibere aliquid ta
le pro mortuis de paradiſo nec de inferno.
ergo talis actus debet exhiberi pro mortu/
is in purgatorio. Quinta auctoritas
ſcribitur Actuum ſecundo Quē deus ſu/
ſcitauit a mortuis in die tercia ſolutis

doloribus inferni. Certũ eſt autẽ ꝙ xp̄s nõ
ſoluit dolores inferni inferioris. nec limbi q̄
dicitur ſynꝰ abrahe. qꝛ ibi erat magna cõſo/
latio ſicut dicitur Luce. xvi. de lazaro exiſtẽ
te in limbo et de diuite exiſtente in inferno.
hic conſolatur tu vero cruciaris ergo hoc in
telligitur de doloribꝰ purgatorij. Sexta au/
ctoritas ſcribitur. Apoca. xv. vidi in dexte/
ra ſedentis ſuper thronũ librũ etc̄. et nemo i
uentus eſt dignus aperire librũ nec in celo.
nec in terra nec ſubtus terram. Ex hoc habe
tur ꝙ aliqui credebantur digni in celo et in
terra et ſubtus terram. ſed non in inferno qꝛ
ibi nulla dignitas ibi nullus eſt dignus. er
go in aliqua mãſione ſubtus terrã que non
eſt infernus et hec vocatur purgatoriuꝫ. Se
ptima auctoritas habetur ibidem. omnes
cantabant in celo et in terra et ſubtus terram
hoc nõ põt intelligi de exiſtentibꝰ in infer/
no qꝛ illi non cãtant nec laudant deum ſed
ſunt in ſempiterna blaſphemia. Ex iſtis au
ctoritatibus habet̄ veritas determinata ab
eccleſia catholica qđ eſt dare purgatoriuꝫ et
ptꝫ falſum eẽ eccleſiã illud inſtituiſſe ꝓpter
auariciam. Quicũq; ergo pertinaciter affir/
mauerit tenuerit vel dogmatizauerit ꝙ poſt
hanc vitam non eſt dare purgatorium here/
ticus eſt dicendus qꝛ militat contra ſacram
ſcripturam et contra determinationẽ ecclie.
Et ſi queras ex quo ẽ dandũ purgatorium
in quo loco eſt ſituatũ. Reſpondent docto/
res in. iiij. ꝙ de lege cõi locus purgatorij eſt
ſub terra et eſt tercia mãſio inferni qꝛ infima
vocatur infernus inferior vbi ſũt dãnati in
culpa actuali qui patiuntur penã ſenſus et
dãni. Secũda vocatur libꝰ qui eſt locus par
uulorũ non baptizatorũ et iſti ſunt in culpa
originali qui patiũtur penã dãni tm̃ que eſt
carentia viſionis diuine. Tercia vocat̄ pur
gatoriũ qui eſt locꝰ electorum non perfecto/
rũ qui ſunt in gratia et in pena. Quarta vo/
catur ſynus abrahe vel limbꝰ patrũ in quo
erant ſancti patres ante aduẽtũ xp̄i in grã et
cõſolatione. Sic ergo de cõi lege locus pur/
gatorij eſt ſub terra. De lege tm̃ ſpeciali ſiue
ex priuilegio ſepe anime purgantur in locis
alijs ſuper terram ſic narrat Grego. in libro
dyalogorũ đ quodã ep̄o qui apparuit i quo/
dam balneo et ibi preſtabat obſequium et
hoc erat ſibi purgatoriũ. et de anima cuiuſ/
dam que in glacie purgabatur quod potuit
eſſe ex aliqua ſpãli cã. ſ. vel pro cõfirmãda
fide noſtra de alia vita vel vt anime illius
ſubueniretur a fidelibus quibus apparꝫ vł
ꝓpter aliquid reuelandũ vel ꝓpter aliquam
viuẽtiũ edificationẽ. De diſpenſatione ergo
dei eſt ꝙ anime purgantur in illis locis q̄/
bus peccauerunt. De acerbitate ignis pur/
gatorij et quõ punit aĩas et an per demões
vel ſeipſo doctores latiſſime loquũtur i q̄r/
to ideo pretereo.

De hereſi eorũ qui negãt aliam vitã poſt
ſeparationem anime a corpore.

t Erciadecima hereſis eſt eorum
qui negant aliam vitam et im/
mortalitatẽ anime et reſurrectio/
nem. Negata enim anime immortalitate ꝯ
ſequenter negant aliam vitam fore et reſurre
ctionẽ huiuſmodi opinionis fuerunt quidã
ph̄i vocati epicurei iſti enim dixerũt ꝙ mor
tuo homine perit aĩa et ꝙ nihil ſubſtãtie eiꝰ
remanebat. opinionem iſtorum introducit
Seneca tragedia. vi. vbi introducit chorum
Quod ſi queratur vbi aĩe defũctorũ ſunt di
cit ꝙ vbi ſunt res que nate nõ ſunt vult dice
re ꝙ ſicut illud qđ natũ nõ eſt nõ hꝫ eẽ. nec a
liquã ſubſtãtiã ſic eodẽ modo dicet̄ de aĩa/
bus defunctorum et dicit ꝙ dicũt iſti ꝙ illõ
quod cõiter dicitur ꝙ ẽ infernꝰ ꝙq; ibi puni
untur mali ꝙ ſunt vani rumores ſimiles ſõ
nio quod facit hominem ſollicitum medita
tione propter aliquod malum quod ſomni
auit et cum excitatur nihil inuenit de quo ti
meat. Ita dicere ꝙ eſt infernus et ꝙ ibi pu
niuntur mali iſtud ponit timorem et pauo/
rem et dicebant iſti ꝙ nihil horum erat. hãc
opinionem introducit Salomõ Eccĩ. iij. c.
prope finem. vbi dicitur ꝙ erat opinio ali/
quorum ꝙ vnus et idem eſſet finis et mors
ſiue interitus hominum et iumentorum et
equa vtriuſq; conditio et ita iſti. ſm hoc nõ
credebant immortalitatem anime. nec aliaꝫ
vitam ex quo dicebant equalem eſſe finem
et mortem hominum et iumentorum.
Et ſicut ſpiritus ſiue anima beſtiarum ten/
dit in nihil ſic ſpiritus hominis quod nul/
lus credere debet hoc de mente Salomo/

nis fu. ſſe ſicut notat Nicola⁹ de lyra et ap-
paret manifeſte in fine dicti libri ſcꝫ. Eccle.
xij. vbi dicit ꝙ cũcta que fiũt adducet deus
in iudiciũ ꝑ omni errato ſiue bonũ ſiue ma
lum ſit. quod eẽ non poſſet niſi aĩa eſſet im
mortalis. Et expreſſi⁹ ꝙ nõ ex perſona ſua
ſꝫ ipſorũ dicit ptꝫ per hoc qꝺ in fi. li. eo. ca.
quaſi determinãdo ſubiũgit donec reuertat
puluis in terrã ſuã vnde erat et ſpũs redeat
ad illũ qui dedit illũ. et dato ꝙ illud eſſꝫ d
mẽte Salomonis. ſ. vnũ eẽ interitum ho-
minis et iumẽti referendũ eſt ad ſpũm phi-
cũ nõ ad ſpũm rõnalẽ. Eſt eni in homie du
plex ſpũs. ſ. ſpũs rõalis et incorporeus qui
nõ perit cũ corpore: Alius qui dicitur phic⁹
ſeu naturalis quo mediante anima rationa
lis vnitur corpori et ille corporeus eſt ſubti
lior aere minus ſubtilis igne quo mediãte
fit ſenſus et ymaginatio et iſte perit cũ corpo
re talis ſpũs eſt in corpore bruti animantis
et illud vegetat et corpore pereũte perit et ſe-
cũdũ hoc ait Salomõ ꝙ vnus eſt interitus
hoĩs et iumẽti q̃tũ ad corpus et ſpiritũ phi
ſicũ. Illius ẽt predicte dãnate opinionis fu
erũt illi ex quorũ perſona dicitur. Sap. ij. ex
nihilo nati ſumus et poſt hoc erimus tan q̃
ſi non fuerimus. Huius peruerſe et dãnate
opiniõis fuerunt ſaducei qui q̃a credebant
ꝙ anime nõ erant immortales negauerunt
reſurrectionẽ ſicut ptꝫ Actuũ. xxiij. Hec etiã
dãnata opinio Iſtis tẽporibus etiam i mĺ
tis malis xpianis inueĩtur regnare quia ad
hoc vigilanter intendit dyabolus. Vnꝺ di-
cit albinus in ſua dicta ꝙ dyabolus querẽ
do oẽs alios modos quibus poſſit homi-
nem ad dãnationem deducere Inuenit ſpe
cialiter vnum ſubtiliſſimũ per quẽ ſi põt ho
mini nocere paucũ vel multũ per hoc ipſum
ꝓſternit et leuiter ad dãnationem deducit.
et eſt iſte ꝙ vulnerat hominẽ in occulto vere
credulitatis vt facit eũ dubitare in veritate fi
dei catholice et ſpãliter iuxta poſſe ſuum la-
borat ꝙ faciat eũ dubitare ꝙ ſit altera vita
niſi hec. et ꝙ debeat fieri reſurrectio mortuo
rum q꞉ ſi hoc facit eũ credere vel in hoc dubi
tare ſtatim homo ſic deceptus dimittit ſe ca
dere in omne peccatum. et elõgatur ab oĩ vir
tute et perdit omnem timorem et amorẽ dei
et viuit deſperatus qui perdidit totã fidẽ et
ſpem dei. et ſingulariter anhelat dyabolus
viribus ſuis ad decipiendũ per hanc viam

oẽs homines qui ſunt magis peccatores et
ſpecialiter ſuperbos et põpoſos et nimium
amatores diuitiarum mundi et deliciarum
carnaliũ et tenet hunc modum q꞉ primo po
nit ante oculos eorũ magna crimina que fe-
cerunt et magnas penas que ſm ſãctas ſcri
pturas ꝓpter illa ſunt eis ꝑparate et cum illi
miſeri hoc conſiderãt ponit eos in deſperati
onem dicens eis ꝙ ſm hoc dãnati erũt quã
do morientur et tenẽdo eos in tali cogitatio
ne dicit eis poſtmodũ quaſi dãs aliquam
conſolationem ꝙ non timeant immo ꝙ for
tificentur et letentur et hẽant bonũ cor et dẽt
ſibi bonũ tẽp⁹ et ꝙ faciant quicquid eis pla
cuerit q꞉ nunq̃ deus reſuſcitabit eos nec iu-
dicabit q꞉ non eſt altera vita niſi hec preſẽs
Et hinc inoleuit illud erroneũ ꝓuerbiũ qꝺ
ĩ noſtra lĩgua dicitur. En eſto mũde nõ me
veas malpaſar. e. en el otro non meveras pe
nar. et adhuc dicit eis ꝙ nõ eſt aliquis deus
et ꝙ noſtra mors et natiuitas eſt ſicut beſti-
arum quia ſicut beſtie naſcuntur et moriun
tur ita erit de nobis et dicit predictus doctor
ꝙ ſpecialiter dyabolus mouet et auget hãc
tẽptationem tempore mortis quia videt ꝙ
ille paſſus ẽ valde ſtrictus et periculoſus et
ꝙ ducat ſecũ magnum pauorem et ꝓpterea
poterit citius proſternere et decipere homi-
nem niſi iuuetur a deo ꝓpter bona merita q̃
ante fecit quia illa procurant homini tem-
pore illo ſuccurſum et propter hoc dicit ꝙ or
dinauit ſancta mater eccleſia ꝙ xpianis in
hora mortis dicatur. Credo in deũ quod ẽ
fũdamẽtũ noſtre fidei catholice et ꝙ faciãt
cum omni deuotione confeſſionem fidei et
ꝙ reducatur eis ad memoriã paſſio et mors
ſaluatoris ihũ xpi ex qua ꝓuenit electis per
ſeuerentia in fide et deinde in fine vite preci-
oſa. et ſancta mors ante eũ. hec ille. Ex ꝑ
dictis ptꝫ vnde habuerũt predicti heretici oc
caſionem errandi et qũo dyabolus in hac te
ra vigilanter laborat et miſeros homines d
ducat ad credendum ꝙ non eſt altera vita:
Improbatur autem predictus error quadru
pliciter primo per dicta gentilium phorum.
Secũdo rationib⁹ doctorum catholicorum
Tercio auctoritatibus ſacre ſcripture. Quar
to ſplendore miraculorum. Circa primũ
notandum ꝙ poſt illud genus phorum de
quibus dictum eſt in principio huius capi-
tuli fuerunt duo genera aliorũ phorũ quorꝫ

primi vocati fuerũt paripatetici quorũ dux
et magiſter fuit Ariſtoteles qui .xvi. de ani-
mabus .c.iiij. dicit ſic intellectus ſolus ē ab
extrinſeco et ſol⁹ habet eſſe diuinũ. Itē in ſe
cũdo de aīa dicit ꝙ aīa intellectiua eſt alte-
rũ genus ab aīa vegetatiua et ſenſitiua et ꝙ
ipſam ſolam cõtingit ſeparari a corpore tã
ꝙ̄ perpetuũ a corruptibili. Itē in libro ď po
mo dicit vt anime peccatrici que nõ habet lo
cũ redeũdi ad ſuũ creatorē q̄ turpia ei⁹ ope
ra īpediunt aſceſum eius ad deũ. Alij phi
fuerunt vocati ſtoyci dux et magiſter quorũ
fuit plato qui plus ꝙ̄ aliquis alius phus af
firmauit immortalitatē aīe. Unde in li. ty-
mei .c.iiij. et .v. inter multa erronea que ď a-
nima dicit hoc vnum verum īfert ꝙ aīa ē i-
mortalis. et ꝙ ſi vincit paſſiões vel ſi ab eiſ
vincatur p̄miabiť vel punietur poſt mortē.
Unde ponit ꝙ ſi aīa exiſtens in corpore vi
ri vincatur a paſſionibus corporis poſt ſe-
paratonē a corpore viri in corpus mulie-
bre mittetur et ſi ſe ibidem male habuerit in
corpus peccoris poſt mortē in penã et ſecũ
dum ꝙ male vel deterius ſe habuerit in de
terius pecus vertetur. finaliter tamē omnes
redibũt ad generalē innocentiam et dignita
tem cum fuerint ꝑ penas ſatis expiate. Af-
firmauit ēt immortalitatem aīe et ꝙ aīe vir
tuoſorum et bonorum debebãt p̄miari i a-
lio mundo et aīe malorum puniri vt pꝫ in
diſputatione ſocratis et ſuorũ diſcipulorum
quã introducit in phedrone vbi ꝑ modũ dy
alogi multis cõiecturis ꝓbat aīe hoīs im-
mortalitatem. et dato ꝙ taliter non accedat
ad veritatē nr̄e fidei. ē tñ mirabile ꝙ hõ phs
ſine fide ſolũmodo per rõem et lumē natu-
ralis intelligentie veniret in tam altam co-
gnitionē et forte cauſa huius potuit eſſe q̄a
ſicut dicit Hiero. in epiſtola ad paulinū q̄
ponitur in prologo biblie. Plato deſcendit
in egyptũ vt videret libros legis et ꝓphãrũ
quos vidit et potuit eē ꝙ informatus in ſa-
cra ſcriptura per Jeremiã ꝓphetã cũ .ſ. i egy
ptum deſcendit vt ponit leonardus Areti-
nus in ꝓlogo libri platonis qui intitulatur
phedron fuit inductus ad loquēdũ de aīa
magis vere et catholice ꝙ̄ aliquis ali⁹ phus
Itē pitagoras hoc idē aſſerit vt ponit Oui
dius .xv. methamorphoſius vbi dicit morte
carent aīe ſemperq̄ priora relicta ſic de no-
uis domibus viuūt habitantq̄ recepte ſed
melius dicit in verſibus aureis ſicut allegat
calcidius in cõmētũ ſuper thymeũ platõis
vbi dicit corpore diſpoſito tũ liber ad ethe-
ra ꝑgens euadens hoīem factus deus ethe
reis alter. Item mercurius trimegiſtus ad ex
clepam prope principium dicit. O exclepa
oīs aīa humana īmortalis eſt ſed nõ vnifor
miter cuncte ſed alio et alio modo et īfra p⁹
mediũ libri cum fuerit anime a corpore fac-
ta diſceſſio tũc examen meritiq̄ eius arbitri
um tranſiet in ſũmã detinēs ꝑtãtem. Iſq̄
cum eam piam iuſticiamq̄ peruiderit in ſi-
bi cõpetentibus locis manere permittit. Si
delictorũ ipſam maculis viciiſq̄ obligatam
q Uarta conſideratio eſt de bello iudeorum per argumẽta ſumpta ex lege moſaica quibus putant noſtrum fidei fortalicium expugnare et reducũtur omnia argumenta principalia ex lege ſũpta ad Numc. xxiiij. ſeruabitur autem talis ordo ꝙ ad quodlibet argumentum ſtatim dabitur ſua ſolutio quia hoc requirit certamen militantium vt confuſio euitetur. Primum argumentum iudeorum eſt quo probant legem moyſi perpetuo duraturam cuius oppoſitũ fuit declaratum ſupra li. i. ar. vi. Arguunt ergo ſic primo. Omnia opera dei ſunt perfecta ſed lex antiqua fuit data a deo ergo impoſſibile eſt in ea dare imperfectionem propter quam debuerit ceſſare. maior patet Deutero. xxij. vbi dicitur. dei perfecta ſunt opera: minorem concedunt chriſtiani. ergo ſequitur concluſio. Confirmatur etiam illa lex eſt perfectior quam deus pluribus miraculis confirmauit ꝙ illa quam paucioribus vel nullis. ſed legem antiquam pluribus miraculis confirmauit ꝙ nouã ergo etc. maior eſt manifeſta quia ſapiens artifex firmius fundat et magis conatur ſtabilire perfectum opus ꝙ imperfectum. quẽadmodũ enim plura remedia ſunt adhibẽda vbi maius periculum imminet ita plura opera vel facta ſunt expendenda vbi perfectius opus impleri debet. minor etiã patet quia nuſ ꝙ leguntur ita magna miracula ſicut ſunt que habentur in exodo et in toto pentateuco et ſi aliqua miracula leguntur in euangelio. iſta ſunt dubia apud iudeos nec apparet cauſa quare eis ſit fides adhibenda. Sed quia ſuper omnia vincit veritas vt dicitur. ij. Eſdre. c. iij. ideo non eſt difficile argumenta eorum ſoluere. Dico autem ad argumentũ cum dicitur omnia opera dei eſſe perfecta ꝙ deus fecit legem antiquam ita eſſe perfectã ſicut fieri potuit ſecundum conditionem populi recipientis legem. Nam populus ille ita erat imperfectus ꝙ dicentibus exploratoribus ciuitates terre promiſſionis eſſe fortes et munitas et bene muratas ſtatim deſperauerunt et dimiſſo domino et moyſe voluerunt reuerti in egyptum: ſicut legitur. Nume. xiiij. Sic etiam quando moyſes ſtetit in monte ſyna quadraginta diebus. obliti omnium mirabilium que viderant in egypto. Declinauerunt ad ydolatriam vt habetur Exod. xxxij. ſi ergo moyſes promiſiſſet eis pro hereditate regnum celorum vtiqꝫ deſperaſſent ſi precepiſſet eis non odire inimicum et dimiſſo eo procuidubio ydolatraſſent. Illa ergo lex perfecta fuit ſecundum ꝙ populus exigebat Sed adueniente maiori diſpoſitione in populo perfectior lex dari debuit ſicut anima pueri non eſt ita perfecta ſicut anima viri. ita lex data populo rudi tempore moyſi non fuit ita perfecta ſicut lex data tempore chriſti. et ſic nec perpetuo durabilis.

Ad confirmationem cum dicebatur ꝙ plura miracula arguunt perfectionem legis. Dicendum ꝙ vno modo non eſt verum. miracula enim fiunt in legis datione ad confirmandum corda populi ne vacillent in lege: quando ergo populus legem recepturꝰ magis eſt indiſpoſitus. plura miracula ſunt neceſſaria ad confirmandam illam legem. nõ ergo miracula plura arguunt legem perfectiorem ſed oſtendunt populum recipientem illam legem minus eſſe perfectum et diſpoſitum ad percipiendum diuina. quemadmodum enim rudis homo etiam cum multis principijs neſcit elicere vnam concluſionem Jlle tamen qui eſt ſubtilis per pauciora media ſcit concludere veritatem ſcientificam ſi

cit populus iudeorum rudis cum omnibuſ
miraculis in lege antiqua factis neſciebat ve
ritatem cognoſcere. ſed populus effectuſ per
fectior non indiguit multitudine miraculo⸗
rum ſed paucis miraculis perfecte adheſit
veritati diuine conceſſa tamen maiori pro⸗
poſitione. Minor eſt falſa. Nam maius mi
raculum fuit liberare totum genus humanū
a poteſtate dyabolica quod fecit chriſtus in
lege noua ꝙ liberare populum iudaicum a
ſeruitute egyptiaca. Ibi enim interfectus eſt
pharao cum curribus et equitibus eius. hic
vero victus eſt dyabolus cum ſuis virtuti⸗
bus nec fuit maius miraculum diuidere ma
re Exod. xiiij. ꝙ ſiccis pedibus ambulare ſu
per mare quod fecit chriſtus Math. xiiij. Et
Iohan. vij. Sicut non fuit mirabilius quā
do helyas diuiſit aquas iordāis. iiij. Reg.
ij. ꝙ quando heliſeus fecit natare ferrum.
iiij. Regū. vi. Sed hoc non caret myſterio.
Nam aque multe ſunt populi multi vt di
citur Apoca. xvij. In lege ergo diuidente po
pulum ab alijs populis debuit fieri diuiſio
aquarum ſed vbi lex quantum in ſe eſt om⸗
nem populum ſubijcit diuine voluntati de⸗
buit ipſe dominus ſuper omnes aquas inte
gras ambulare nec eſt maius miraculum a
quam amarem reddere dulcem. Exod. xv.
ꝙ mutare aquam in vinum Iohan. ij. aquā
enim amaram conuertit in dulcem lex anti⸗
qua quando ea que offerebantur ydolis vel
adorabantur ab ydolatris iuſſa ſunt offerri
deo in ſacrificijs. ſed quia vinum letificat
cor hominis lex euangelica aquam in vinuꝫ
conuertit quia ad ſummum et perfectū gau
dium perducit miracula etiam que in euan⸗
gelio et in actibus apoſtolorum leguntˀ mul
ta plura ſunt numero ꝙ que facta ſunt in ve
teri teſtamento. Fecit etiam multa alia mi⸗
racula iheſus que ſcripta eſſent per ſingula
libros. inde ſcriptos totus mundus capere
non poteſt. vt dicitur Iohannis vltimo ca⸗
pitulo. Si autem iſta miracula iudei recipe
re nolunt, teneant ſibi damnum. Dixerat eni
eis Eſaias propheta in capitulo. vij. ſi non
credideritis non permanebitis. patet ergo
ꝙ lex moyſi nec eit perfectior lege noua nec
conſequenter perpetuo duratura: Notan
dum tamen eſt hic circa chriſti miracula ſicut
ſcribitur in pugione. parte. ſecunda. cap. viij

ꝙ iudei chriſti miraculis inuidentes beelze
bub principi demoniorū ea primitus aſcri
pſerunt porro quia ot fecit miracula et talia
que et qualia nemo vnꝙ aliquis fecit. Io⸗
hanni. xv. Nunꝙ quippe alius aliquiſ vt
ipſe et ſui in eius nomine illuminauit cecos
fecit audire ſurdos. ambulare claudos atqꝫ
contractos et loqui mutos quemadmoduꝫ
predixerat Eſa. propheta capitulo. xxxv. de
us ipſe veniet et ſaluabit nos tunc aperientur
oculi cecorum et aures ſurdorum patebunt
tunc ſaliet ſicut ceruus claudus et decanta⸗
bit lingua mutorum et cetera. His quoqꝫ mi
raculorum generibus alia ꝙ plurima addi⸗
dit ſicut fuit reſurrectio mortuorum et ſubi⸗
ta curatio leproſorum et diuerſorum infir⸗
morum. quia iſta inꝙ et plura alia innume⸗
ra fecit dominus noſter Iheſus chriſtus mi
racula ſoli deo poſſibilia conata eſt et iuda⸗
ica prauitas cui nunꝙ deeſt nec defuit vul⸗
pina calliditas alia deturpare blaſphemia.
Compoſuerunt igitur libellum in quo cō
tra chriſtum talem mentiti ſunt fabulam.
Tempore inquiunt helam regine. id eſt he⸗
lene que vniuerſe terre iſrael dominabatur
iheſus nocri. id eſt iheſus nazarenus venit
iheruſalem inuenitqꝫ in templo domini la⸗
pidem in quo ſedebat olim archa domi. et
erat in eo ſcriptum ſemhā mephoras. id eſt no
men dei expoſitum. quicunqꝫ vero illius no
minis litteras addiſcebat et ſciebat poterat
facere quicquid volebat. Sapientes ve⸗
ro iſrael timentes ne viri iſrahel addiſcerent
illud nomen et virtute illius deſtruerent ſe⸗
culum fecerunt duos canes ereos et poſue⸗
runt eos ſuper duas columnas contra por⸗
tam domus ſanctuarij. quandocunqꝫ igi⸗
tur ingrediebatur aliquis et addiſcebat litte
ras predicti nominis et exibat canes illi
erei latrabant ei ita horribiliter ꝙ pretimore
obliuiſcebatur nomen et litteras quas didi
cerat. venit itaqꝫ iheſus nocri. et ingreſſus
templum didicit illas litteras et ſcripſit in
pergameno deinde incidit carnem cruris
ſui et in inciſione illa incluſit dictam cartu⸗
lam dicendo nomen nullum ſenſit dolorem
et redit cutis continuo ſicut ante erat. Cum
qꝫ egrederetur de tēplo latrauerunt ei canes
erei ſupradicti et ſtatim oblitus eſt nomē. pre⸗
xit itaqꝫ in domū ſuā et aperuit crurem cum cul

tello accepitq; cartulam vbi erāt littere ſembāmefoꝛas.i.nomis dei expoſiti vel explanati. et iterū didicit eas. quo facto cōgregauit.ccc.et.x.de iuuenibus iſrael et dixit eis videte ob hoc me dicunt ſapientes eſſe ſpurium qꝛ ſuper iſrael volunt habere dominuȝ. vos autē ſcitis ꝙ omnes ꝓphete prophetauerunt ſuper meſſiam. et in veritate ego ſuȝ ipſe. et ſup me dixit. Eſa.c.vij. Ecce alma cōcipiet et pariet filium et vocabitur nomē eiꝰ emanuel. Dauid quoq; auꝰ meus ꝓphetauit ſuper me et dixit. dominꝰ dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Genuitq; ita mater mea ſine coitu maſculi virtute dei. Ipſi ſunt igitur ſpurij et non ego. ſicut dictū eſt. oſee.ij. et filioꝛū eius nō miſereboꝛ. qꝛ filij fornicationū ſunt. Reſponderūt ei iuuenes. ſi tu es meſſias oſtende nobis ſignum. qđ ſignum inquit queritis a me. dixerūt ei. fac claudū ſtare ſicut nos. q̄ ait adducite eū ad me cōtinuo igitur duxerūt claudū ad eū qui nūꝙ ſteterat ſuper pedes. dixitq; ſup illū ſembāmefoꝛas. Illa aūt hoꝛa claudꝰ ſurrexit et ſtetit ſuper pedes ſuos. Inclinauerūt ei homines et dicebāt. iſte ſine dubio ē meſſias. Adduxerūtq; ei iterū leproſum et dixit nomen. poſuitq; manū ſuper eū et ſtati curatus eſt. Accreuerūt ergo ei multi ribaldi gētis noſtre. Videntes igitur ſapientes ꝙ credebāt ei iſrael ceperūt ipſū et duxerūt ad helam reginā in cuius manu erat tota iſrael et dixerunt ei. dn̄a noſtra in manu iſtiꝰ eſt ſortilegiū et facit errare mūdū. ihūs vero nocri reſpondit ei. Domina olī ꝓphete ꝓphetauerunt ſuper me quoꝛū vnus dixit Eſa.xi: Egredietur palmes de radice yeſſe et ego ſū ille. ſuper iſtis vero dixit dauid. Beatus vir qui non abijt in conſilio impioꝛū. Dixit ipſa eſt ne in lege veſtra quod ipſe dixit. Reſponderūt in lege nr̄a eſt hoc ſed nō ē dictū de eo Sed ſuper eo ſcriptū eſt. Deutero.xviij. propheta autem ille moꝛietur qꝛ locutus eſt iniquitatem contra deum. De meſſia vero dictum eſt in diebus eius ſaluabitur iuda. Dixit ille iniquus et ait regine. ego ſum ille q̄ reſuſcitabo moꝛtuos. Miſit itaq; regina fidelioꝛes quos habebat cū ipſis et fecit impius ille reuiuiſcere moꝛtuū per ſembāmefoꝛas. In illa hoꝛa obſtupuit regina et dixit vere magnū ſignū eſt hoc deditq; ſapiētibꝰ verecūdiam et exierunt confuſi a conſpectu eius. Fuitq; ipſis et iſraeli doloꝛ magnus. Iuit autē ihū nocri in galyleam ſuperioꝛeȝ iuerūt ſapientes ad reginam et dixerunt ei. Domina noſtra ſoꝛtilegiū eſt cū iſto homīe et deuiat creaturas. Miſit igitur illa milites qui caperent eum et non permiſerunt homines galylee ſed voluerunt pugnare cum eis qui ait. nolite pugnare pro me. quia foꝛtitudo patris mei de celo et ſigna que dedit mihi tenebuntur me. Faciebant itaq; homines de galylea aues de luto coꝛam eo. et ipſe dicebat ſembāmefoꝛas ſuper eas et ſtatim aues ille volabant ceciderunt. igitur illi in facies ſuas adoꝛantes eum. Dixit etiam in illa hoꝛa vt apportaretur vnus maximus lapis molaris et proijceretur ī mari. et vt factū eſt. Dixit ille impius ſembāmefoꝛas.i.nomen dei expoſitum et fecit molam illam ſtare ſuper faciem maris. ſeditq; ſuper eam. et ait militibus. Ite ad dominam veſtram et nunciate ei que vidiſtis. Deinde ſurrexit cum eis et cepit ambulare ſuper faciem aq̄.

Abierunt milites et omnia que viderant dixerunt helam regine que vehemēter obſtupeſcens vocauit ſapiētes et dixit eis. vos dicitis ꝙ hic homo ihesus nocri eſt ſoꝛtilegus ſciatis ꝙ ſigna que facit oſtendunt eū filium dei. Qui dixerunt ei domina noſtra. fac eum venire et nos detegemus fraudem eius. Interim abierunt ſenioꝛes iſrael et fecerunt quendam intrare domum ſancti ſanctoꝛum qui dicebatur iudas ſcharioth etꝰ dicit litteras ſembāmefoꝛas. eo modo quo eas didiciat ihesus nocri et fecit inciſionem cruris et alia que ipſe fecerat: Venit igitur ille nocri. id eſt nazarenus cum ſocietate ſua et ſtans coꝛam regina fecit venire ſapientes et ille ſtans coꝛam regina dixit. ſuper me prophetauit dauid. quia circumdederunt me canes ſynagoga malignantium obſedit me. Sed et ſuper me dictum eſt illud Hieremie.i. Ne timeas a facie eoꝛum quia ego tecum vt liberem te dicit dominus. Sapientes vero contradicebant ei et ait regine aſcendam in celum et ſic dixit dauid ſuper me Pſal.cv. Exultare ſuper celos deus. eleuauitq; manus vt alas per nomen ſembāmefoꝛas explanatū volauitq; īter celū et terrā qđ quando ſapientes

iſrael viderunt ſic dixerunt ad iudā ſcarioth
vt diceret ſembāmeforas et aſcenderet pꝰ eū
qui aſcendit et luctatus eſt cum eo et cecide
runt ambo et fregit ſibi ille impius brachiū.
et ſuper hoc opere ſingulis annis xp̄iani plo
rant ante paſcha ſuum hora illa ceperunt il/
lum iſrael et operuerunt eum pānis et percuti
ebāt eum virgis malagranatorū dicentes.
helam regine. Si eſt filius dei dicat qui percuſ
ſit eum et neſciuit dicere. Dixit itaq; regina
ſapientibus ecce in manibus veſtris eſt faci
te ei quicq̄d placuerit in manibus veſtris.
Ceperunt ergo eum et duxerunt ad ſuſpēdē
dum omne vero lignum vel arbor in quo ſu
ſpendebatur ſtatim frangebatur ipſe quip/
pe per ſembāmeforas adiurauerat omnia li
gna ne ſuſciperent eum. Abierūt itaq; et ad
duxerūt ſtipitem vnius caulis qui non eſt d̄
lignis ſed de herbis et ſuſpenderunt ſup il/
lum. neq; .n. hoc eſt mirū. q2 ſingulis annis
creſcit tīnvnus caulis in domo ſanctuarij ꝙ
deſcendunt de eo centum libre ſeminis. Ex
his poterit animaduertere quiſq; prudens
ꝙ tāta fuit miraculorum domini noſtri ihū
xp̄i euidētia tanta magnitudo et multitudo
tanta excellentia et certitudo ꝙ iudaica pra
uitas quo erumperet non habebat confugit
igitur ad proprium ſuum quod eſt mētiri li
bellum mendacij plenum atq; blaſphemijs
turpibus componēs hec ſub compendio ſū
pta ſunt. impletūq; eſt in perſona xp̄i quod
ſcriptum eſt per prophetaz. Oſee. vij. ve eis
quoniā recesſerūt a me. vaſtatio eis quia p̄
uaricati ſunt in me. ego redemi eos. et ipſi lo
cuti ſunt contra me mendacia. Eſt autē hic
notandum ꝙ iudeorum fatua falſiditas a/
pud intelligētes xp̄i fidē adiuuat vn̄ ſe no/
cere putat. Et ſiquidē ipſi quod aſſerunt do
minum ihūm talia in veritate feciſſe licet in
nominis dei virtute miracula oſtendūt pro
culdubio tantā miraculorū eius fuiſſe excel
lentiam ꝙ eā ipſorum impietas demonibꝰ
nequiuit aſcribere tantaq; fuiſſe eorum eui/
dentia ꝙ nequaꝙ̄ ea ipſorum inuidia va/
luit ſuffocare. At vero per talē modū. i. per
ſembāmeforas. hc: ē p̄ nomē dei explana/
tū ſine expoſitū dn̄i ihū miracula fuiſſe fac/
ta delyrāt trāſlucet eorū mendaciū ſi ſit qui
diligenter iſpiciat. Si verū naq; fuiſſz ꝙ ali
quod nomē dei apud eos eſſet cui deus ta/
lem virtutem et talem efficatiam preſtitiſſet

profecto iuuiſſent ſe eo tempore veſpaſiani
et tyti et feciſſent ꝙ iheruſalem non potuiſſz
capi et iudei occidi et captiuari eo modo quo
infra dicetur conſideratōne. ix. vel etiam vir
tute huius nominis volaſſent in celum vel
omnes vel ſaltem aliqui. Deniq; cum hele/
na mater fuit conſtantini imperatoris in cu
ius tempore dominum ihūm fuiſſe dicunt
et a tempore ihū xp̄i vſq; ad conſtantinum
et helenam fuerunt trecenti anni vt patet per
imperatorum romanorum hyſtorias mani
feſtum ē iudeo in ſupradicto libello fabrica
tiones eſſe mendacij. Notandum etiam ꝙ
dicat beatus Augu. Preuidens inquit do/
minus ihūs impios quoſdam futuros qui
miracula eius calumniarent magicis artibꝰ
attribuendo prophetas ante premiſit. Nun
quid enim ſi magus erat magicis artibus fe
cit vt coleref. nūquid et mortuꝰ magus erat
et anteꝙ̄ natus. prophetas igiť audi et lege
qui ante dominum venerūt. Forma igiť ſū
pta ex verbis ſancti auguſtini dicamus iu/
deis eſto ꝙ ſuſpicari potuerit dominum no
ſtrum iheſum chriſtum per artem aliquam
vel per virtutem ſupradicti nominis dei fe/
ciſſe miracula vt ipſi calumniantur. p̄ quam
artem queſo anteꝙ̄ natus eſſet per quadrin
gentos annos et vltra aduētui ſuo et toti vi
te ſue. necnō et factis ſuis et dictis atq; ſuoꝝ
tā congrua. vt pꝫ ex predictis et dicendis pa
tebit dicta reddidit p̄phetarū ſermo naq;
p̄pheticꝰ et maxime de aduētu meſſie qn̄cū/
q; a iudeis expōitur iudaice ſemper et vbiq;
reperitur iuxta eorum expoſitionem abſur/
dā. et icōpoſſibilia cōtinet et inueniť mēdax
Quando vero de domino ihū et ſibi pertinē
tibus accipitur vt ex ſolis etiā que dicta ſunt
haberi poteſt. occurrit. conſentit. conſonat et
obedit. nihil impoſſibile. nihil abſurdum i/
gerit ſed inuenitur verax. Adhuc etiam ſi ip
ſe dominus ihūs vt a iudeis ſibi eſt impoſi
tum per artem ſepe dictam faciebat miracu/
la. per quam artem fecerunt ea poſt mortem
eius apoſtoli et ceteri diſcipuli. vt teſtimo/
nio thalmud patet non per ſembāmeforas:
ſed per nomen domini noſtri iheſu chriſti.
feciſſe miracula. Unde ſuper eccleſia/
ſten: primo cuncte res vel cuncta verba
difficiles vel difficilia non poteſt vir eas
vel ea per loqui. Accidit quod Rabie
liazarum hendama momordit ſerpens ve/

nitꝫ iacob.i.iacobus vir de villa cathanea
ad curandū eū ex noīe ihū.i.ihū filij pande
ra et nō ꝑmiſit eū rabi iſmael ſed dixit ei nō
licet tibi bendama: et ait illi ꝑmitte mihi et
ego inducam cōtra te argumētum vel aucto
ritatem ꝙ licitum eſt et nequiuit auctoritatē
inducere et faciens homo viuet in eis dictū
eſt de mādatis dei. et nū ꝙ moriatur in eis.
Item in libro ſebath.iheruſalem in diſtinc/
tione cenomaſarcim filius filij.rabioſue fi/
lij leui. glutiuerunt tortcō.ſ.vel aliud morti
ferum. venit itaqꝫ vir ex nomine yſua.i.ihūſ
pātherim et ſanatus ē vel quieuit cūqꝫ exiſſꝫ
ait ei quō ꝯiuraſti eū. ait ei verbo tali Ait ad
eum remiſſius fuiſſet ei ſi mortuus non fu/
iſſet et non audiuiſſet ſicut et factū ei fuit ſic
.i. mortuus eſt ſtatim. Si quis diligēter ad
uertat has duas traditiones in nomine dn̄i
noſtri ihū xp̄i facta fuiſſe miracula iudaica/
rum ſcripturarum teſtimonio cōprobaṫ por
ro ſi dicaṫ ꝙ ꝑ artē opabātur ea apoſtoli tā/
ꝙ a xp̄o dn̄o edocti dū viuerēt qua arte po
terūt dici ea feciſſe iā mortui qua ēt arte po/
ſteri eorū pueri et puelle et ſi per artē quoqꝫ
iſti qua arte ipſorū implorātes auxiliū apō
xp̄m qua arte reliq̄e ipſorū qua veſtes: qua
ſandaniola: qua baculi. ptꝫ ergo ꝙ miracu/
la xp̄i et ſuorū ita firmiter conſtant ꝙ nulla
pn̄t inficiari neq̄cia: Notādū ergo ꝙ iudei
idcirco in ſupradictis traditōnibꝰ et alibi hē
pandera.i.filiū pandera. alibi iebuſua pan
theria.i.iheſum pāthere nominabant quia
vt ait iohānes damaſcenꝰ in.iiij.li.leui.quē
ſanctꝰ lucas a ioſeph aſcēdēdo: quartū no/
minat genuit pāthera. panthera aūt genuit
barpātherā. barpāthera genuit Joachin.
Joachim vero duxit annam que valde erat
honeſta et laude digna. quēadmodū vetus
āna ſterilis exn̄s ꝑ votū et repromiſſionem
ſamuelē peperit. ita et hec per preceſ et repro
miſſiones a deo dei attulit genitricem. hec
damaſcenus.

Contendit iudeus probare ꝙ lex moyſi
non eſt abolita et hoc ſic:

Secundum argumentum iudeorꝫ
eſt ad idem ſcilicet ꝙ lex moyſi nō
eſt abolita ſed adhuc obſeruanda et argui̅
ſic. Si lex bona eſt et a deo data obſeruanda
eſt. cuius enim decretum erit obſeruandum
ſi mandatum dei non eſt obſeruandum q̇d
enim concilium dabant nobis xp̄iani quo/
modo illud effugemus maledictum. male/
dictus qui non permanſerit in omnibus q̄
ī lege ſcripta ſunt. legiſlator nihil excipit ſed
vniuerſaliter omnia mandat obſeruanda
xp̄iani autem ad ſuum arbitrium legis et
mandatorum obſeruantiam determinant.
Ad iſta reſpondet magiſter alanus in ſuo
quadripartito libro.iij.capi.iiij. dicens. ꝙ
lex moſayca diuino intellectu eſt intelligen/
da. Reſpondemus ergo legem bonam et a
deo dataꝫ ac a deo quicquid in ea ſcriptuꝫ ē
diuino ſenſu intellectum ſuis temporibus
obſeruatum et obſeruandum eſſe ſanximuſ
ea enim diuino intellectu intelligenda erāt
quia ſi ad litterā accipimus multa repugnan
tia videmus. cum enim dicat moyſes vidit
deus cūcta que fecerat et erant valde bona.
Gen̄.i. Quomodo in lege dicunt quedam
eſſe mūda et quedā imūda ad litterā quod
enim immundum eſt quomodo ē valde bo
num. nec ſolum ea prohibentur in lege que
ſui natura homini ad veſcendum nociua
ſunt vero etiam ea que guſtu iocunda et q̄
vſu ſalubria ad comedendum exiſtunt licet
a deo dicta ſint tamen ad ſe inuicem ad litte
ram omnino diſſident. In exod. etiam inter
alia precepta de faciendo altare dominus
moyſi ibi precepit capi.xx. Altare de terra fa
cietis mihi in ſequentibus autem ſit legitur
fecit itaqꝫ moyſes altare thimiamatis de li/
gnis ſethiꝫ et alibi fundauit baſes eneas in
introitu tabernaculi multum itaqꝫ aduerſū
videtur vt aliud et aliter ꝙ dominus iubet
per moyſen ab ipſo moyſe agatur. Aliud
ergo ꝙ littera ſonat hic accipi oportet Item
ad litteram quomodo ſtare poteſt ꝙ deus
prohibet. Deuter.xxij. ne homo aret in boue
et aſino. Onus quodcunqꝫ aliud tibi placet
aſino imponere non vetat lex. et ponere iu/
gum cum aſino quare non licet. Ad paſcua
ducere bouem cum aſino licebit. In paſcu/
is enim ſimul eſſe et paſci lex permittit et a/
rari ſimul prohibet et interdicit. Si au
tem propterea vetat quia hoc alias immun
dum lex dicit quare circa illud cetera que di

cta ſunt ꝑmittit et ſolū arare excipitur equuſ
in lege aial īmūdū eē ꝓhibetur et alia mul/
ta. nectamē arare bouē cū equo vel alio aia
li īmūdo in lege ꝓhibet. hāc nō ſolū in his
q̄ dicta ſunt mādatis ſed in ꝙ pluribꝰ alijs
legalibus cerimonijs cōtrarietatē videmus
niſi ea cōpetēti ſenſu intellexerimus. Diſcre/
to itaqꝫ et diuino ſenſu hec diſcutienda. et ī/
telligēda ſunt. Si vero legē debito ſenſu ac/
cipimꝰ oia legis mādata debita obſeruatōe
obſeruare poterimꝰ. quedā ad litterā et ſine
vllo velamine figurarū dicta eē accipiēdum
et quedā vero ad figurā et ꝓfundo velami
ne adumbrata eſſe intelligere quedā ad tpſ
obſeruari iuſſa ſunt quedā ſine vlla tempis
determinatione que eni alterius ſacramenti
ꝓnūciatiua erāt et veritatis figurā fatentur
ſuo tempore manifeſto rei atqꝫ veritatis pre
ſentia oportuit vt eorū remaneret prenunci/
atio et figura Nam ſicut vſu ipſo loquēdi v/
timur verborum viciſſitudinibus dicendo
erit ꝙ diu futurū eſt ipſūqꝫ erit proſ obmit
tentes in preſenti aſſumimus eſt quodqꝫ ip
ſum iam ꝑteriiſſe ſignificantes vtimur fuit.
Sic in rebꝰ ꝓnūciatiuis alicuius ſacramenti
vbi pñs manifeſtatur ſacramētū eius iā ſup
fluo reſeruaretur. figura ſeu ſignū que alicu/
ius myſterij ſignificatiua nō erant ſed apte
ſeu fidei veritatē inſinuant ſeu carnis edifi/
cationē cōmendāt ea a iudeis et xpianis nō
ad tēpus ſed ī ꝑpetuū obſeruanda ſunt earū
qꝫ tranſgreſſio nullo mō pōt multa eſſe. hec
Alanus.

Contendit iudeus probare ꝙ diuīe ſan
ctiones veteris teſtamenti non ſunt mutate

t Ercium argumentum iudeorū eſt
ad probandum ꝙ diuine ſanctio/
nes veteris teſtamenti nō ſunt mu
tate. Arguunt ergo kōtra xpianos ſic. Si ſ/
mo dei ad tempus obſeruādꝰ eſt eoqꝫ ſermo
ne ānullato alio tpe aliꝰ obſeruādꝰ ē. Sicqꝫ
ꝑ tpm viciſſitudines diuīe ſanctiōes mutāt
quo pacto ratū nō erit qd̄ dicit. ps. cxviij.
In eternū dñe ꝑmāet verbū tuū et illd̄. M.
xxiiij. Celū et terra tranſibunt verba autem
mea non tranſient. quid intereſt cur deꝰ hoc
animal īmūdū iudicet illud mundū. hoc vti
ꝓhibeat. illo vti permittebat quis eni adiu
uit vt dicitur yſa. xl. ſpiritum domini. aut qſ
eius conſiliarius fuit vt iſtud agi permittat
illud probibeat iuſſit obſequēdi ergo ei ob
ſequendum ergo ei obſequi ſumma virtus
eſt. probibuit fieri. ergo iam non licet idqꝫ
ſi poſtea fiat peccatum eſſe dicimus ac pena
debita puniendum vt ergo ſeruemus figu/
ras contemnemus litteras vt ſeruemus al/
terum que ratio eſt damnare alterum. Ser/
uemus litteram. ſeruemus et littere figuraꝫ.
maneat paria ſenſu noſtro littera. maneat
vt veſtro et addatur ſpiritualis et cōceſſa no
bis ſit a deo myſterij latentis intelligentia.
Abſtineamus a peccato quod lex iubet ab/
ſtineamus et ab eo ſi quod eſt quod per por
cum figuratur peccatum. Non aremus cum
boue et aſino quia id legiſlator probibuit.
et ſi qua intellexeritis per aſini et bouis co/
pulamē ꝓbas eſt euitare. immo peccatum ē
non euitare ita et de ceteris ita enim lex ad/
impleta. et adimplenda eſſe cenſetur et ad/
impletur. Solutio predicti alani vbi ſu/
ꝓra ꝙ in nouo teſtamento diuine ſanctiōes
veteris teſtamenti non mutantur ſed adim/
plentur. Dicit ergo ꝙ ſermo diuinus in nul
lo annullatur diuine ſanctiones non mutā
tur quia chriſtus non venit ſoluere legem ſꝫ
adimplere. vnde ipſe ait Math. v. Amen di
co vobis iota vnum aut vnus apex non ꝑ/
teribit a lege donec omnia fiant. non igitur
vult eam ſoluere ſed adimplere vt patuit ſu
ꝓra li. i. arti. vi. et in primo thezauro quarti
puncti eiuſdem articuli. Lex enim probibet
homicidium xp̄us iram et odium lex enim
probibet homicidium carnis. xp̄us etiā ip/
ſum appetitum cordis. nobis lex probibet
vti carne porcina et coꝰ tunc ab ea animante
abſtinentia nobis neceſſaria erat quoniam
veritatis future figura erat et figura ſeruan/
da erat donec adeſſet ipſa veritas figure iam
preſens adeſt ꝙ uis abſtinere liceat vt multi
noſtrorum abſtineant non ſolum ab ea ſed
etiam omni carne. vino et eodem iudice ſe
veſtrum quiſqꝫ tuetur. Moyſes carnem ſuil/
lam immundam nominat vti ea probibet et
propterea dicitis ꝙ vti ea non licet Moyſeſ
non alius ſed idem ipſe carnem ſuillam di/
cit mundam et valde bonam et eam ad ve/
ſcendum ſicut cetera ſcribit deum feciſſe bo/
nam. Et ideo dicit quod vti ea licet.

Poſtq̄ eniꝫ enumerauit deū creaſſe vniuer/
ſa piſces maris volucres celi. cūcta animā
tia terre in quibus anima viuēs eſt. nō lon
ge infra ſubdit. vidit deus cūcta que fecerat
et erant valde bona. quod valde bonū ē nl/
la ex parte malū eſt. quod vero nulla ex pte
malū eſt quō malū et imūdū eſt. Quicquid
ergo in carne ſuilla neceſſe a deo facta cōſi
deratur mūdū et valde bonū eſt. atqꜫ vti lꝫ:
qꝛ vero per hoc animal voluptas et imūdi/
cia figurat᷑. imūdū propter hoc animal eſſe
iudicat᷑. et ea imūdicia vti nō licet. Si ergo
hoc mūdū et imūdū animal eſſe intelligit᷑:
et eo vti non vti a deo nobis pmittitur. eadē
ratione licet in boue et aſino arare. et ꝓhibe
tur ne aremus in boue et aſino ſi melius nō
pōt qꝛ deus permittit qui hec omnia huma
nis vſibus creauit. Sed bos qui vngulam
findit et ruminat et ad excolendam terrā oī
no ydoneus eſt predicatorē eccleſie diſcretū
deſignat in his que agit ſenſum haben/
tem qui mādata dei meditatur. Ac apud ſe
meditando ruminat die ac nocte non ſolum
ſibi vtilis ſed et alijs huic non eſt aſſocian/
dus in predicatione alter moribus etiam in
diſcretus ſenſu. ideota. et litteris imperitus
qui non ſolū verbo eſt inutilis ſed ſuo exem
plo alijs nociuus exiſtit. quod etiā lex q̄tū
ad litteralia abolita ſit auctoritates ſequen
tes oſtendūt ait eni dominus per prophetā
Ihere. xxxi. et ad hebreos. viij. cōſummabo
teſtamētū nouū ſuper domū iuda et ſuꝑ do
mum iſrael. Quid vocauit teſtamentum no
uum niſi legem euāngelicā qua ſuperueniē
te debuit ceſſare quia ſimul ſeruare non pōt
vtraqꜫ adueniente enim veritate debet vm/
bra ceſſare Et yſa. legitur ſacrificia veſtra o/
diuit aīa mea Itē dauid ait in ps. l. Quoni
am ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem vtiqꜫ ho/
locauſtis nō delectaberis. Itē dauid ſacrifi
ficiū et oblationē noluiſti aures autē pfeci/
ſti mihi. holocauſtū et ꝓ peccato nō poſtu/
laſti. tūc dixi ecce venio. et alibi nō in ſacrifi/
cijs tuis arguā te. holocauſta autē tua in cō
ſpectu meo ſunt ſemper. non accipiā de do/
mo tua vitulos. neqꜫ de gregibus tuis hyr/
cos. Itē videm⁹ etiā in magna pte ea que ꝑ
tinēt ad legē veterē ceſſare nō eni eſt apud iu
deos ſacrificium vel hoſtia. nō ꝓpheta non
rex. nō tēplū. non locus ſacrificij. et quid ire
mus ꝑ ſingula in maxima pte abolita ē lex.

videt᷑ ergo q̄ lex moyſi iā locū nō hēat.

Contendit iudeus ꝓbare q̄ circumciſio
ꝑpetuo ſit duratura.

q Vartū argumētum iudeorū con/
tra noſtrū fidei fortalicium eſt de cir
cūciſione quā affirmāt duraturaꝫ perpetuo
et conſequenter legē moyſi arguūt ergo ſic.
Idē iudicium videtur eē quātum ad dura/
tionem a pte poſt de lege antiqua et de cir/
cūciſione. hoc enim xpiani concedunt. ſꝫ cir/
cūciſio ineternum debet durare in populo
dei. ptꝫ qꝛ Gen. xvij. datur in fedus ſempi/
ternum ergo et lex debet eſſe ſempiterna. licꝫ
ad illud argumētū data ſit ſolutio ſupra. li.
i. ar. vi. in puncto. ij. Verūtamen vt adhuc
clarius cecitas iudaica cognoſcatur in hoc
paſſu nolo ſilentio pertranſire. Dicendū er/
go q̄ in veteri lege duplicem inuenimus cir
cumciſionem vnam carnalem quam ipi ob
ſeruant et aliam ſpiritualem de qua dicitur
Deut. x. circumcidite igitur prepuciū cordis
veſtri ceruicē veſtram non induretis. et Ie/
re. iiij. Circūcidimini et auferte prepucium
cordium veſtrorum viri iuda. Sic etiam di
ſtinguere poſſumus de eterno et ſempiterno
qꝛ habet duas ſignificationes Interdū enim
ponitur pro eternitate ſimpliciter vt in pſal.
Tu autem domine ineternuꝫ permaneſ. Et
illud. Iere. x. Dominus autem deus verus
eſt et ipſe deus viuens et rex ſempitern⁹. ali
qñ vero accipit᷑ ꝓ duratione finita quale eſt
illō. i. Reg. xxvij. Credidit ergo achis dō di
cēs multa mala opat⁹ ē cōtra pplm iſrahel.
erit ergo mihi ſeru⁹ ſēpitern⁹ māifeſtū ē q̄ h
accipit᷑ ſempiternū ꝓ duratōe finita qꝛ ñ po/
terat pl⁹ durare iſta ſeruit⁹ q̄ eorū vita ſimi/
le hēt Gen. xxvij. vbi dicit᷑ q̄ odrat ſēp eſau
iacob. qñ ergo dicebat᷑ q̄ circūciſio dꝫ durar᷑
i ſēpiternū ſi ſit ſermo de circūciſiōe ſpūali i
dubitāter ē verū quod ſimpliciter ineternuꝫ
dꝫ eē i populo dei et aīa q̄ ē cū ꝓputio pecca
ti eſt extra pplm dei q̄tū ad meritū. Si vero
loquaris de circūciſiōe carnali accipe ſimili
ter ſempiternū. Scdo mō dictū. q̄ q̄diu
lex durauit que ſoli vni populo ꝑpiebatur
debuit durare ſignum quo ille populus ab
alijs gentibus diſtinguebatur et ceſſante le
ge ſignū et debuit ceſſare. Et iō dꝛ Gen. xvij
q̄ circūciſio data ē i ſignū ꝓpt᷑ qd q̄diu ille

populus ſeparatus fuit ab omni gēte in de/
ſerto nullus eorū circūciſus fuit ſed quando
intrantes terrā ꝓmiſſiōis plenā diuerſis po
pulis oēs ſimul fuerūt circūciſi in galgalis
vt habetur Joſue.v.ca:

**Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ſi ſabbatum ceſſat lex noua non eſt a deo.**

Quintū argumentū iudeorū eſt de
ſabbato ex cuius ceſſatione argu/
unt legem nouam nō eē a deo ſic. Jlla lex q̄
cōtrariatur preceptis diuinis nō eſt a deo ſʒ
lex euangelica eſt hmōi ergo nō ē a deo. ma
ior eſt manifeſta quia deus nō pōt ſibipſi eſ
ſe contrarius. ſed minor ptʒ de obſeruatiōe
ſabbati quā deus precepit in veteri lege. lex
vero euāgelica huius obſeruātiā tollit et ꝓ
hibet: ergo eſt cōtraria deo: non ergo ē a deo
Reſpōdeꝭ ꝙ in tali p̄cepto duo ſunt cōſide/
rāda: Primū ē ꝙ ꝓpter reuerētiā dei ceſſa/
bat populus ab oī opere ſeruili vt liberꝰ di
uinis vacare poſſet et iſtud erat morale. per
hoc enī precipiebatur ꝙ hō aliquo tpe vacet
rebus diuinis iuxta illud. p̄s. xlv. vacate et
videte q̄ꝛ ego ſum deꝰ. et ſm hoc cōputāꝭ in/
ter p̄cepta decalogi moralia et lex que hanc
obſeruātiā in ſe ꝓhiberet eēt contraria ordi
nationi diuine et nō poſſet eē a deo: ſed lex
euangelica hanc obſeruantiam no tollit ſed
p̄cipit vt ptʒ de diebꝰ dominicis et alijs fe/
ſtis in noua lege ordinatis. Sed conſiderā
dum eſt in dicto p̄cepto erat taxatio tempis
vel diei. ſ. ꝙ hec obſeruantia fieret tali die d̄
terminata. et iſtud erat cerimoniale: et ideo
hoc mutari potuit et debuit ꝓpter rationa/
bilē cauſam. Judei enim colebāt diem ſab
bati in memoriā creationis rerum q̄d innu/
it moyſes Exod: xx. dicēs. Memēto vt dieʒ
ſabbati ſanctifices. Sex diebꝰ fecit deus ce/
lum et terram et requieuit die ſeptimo ac ſi
dicat cōpleto opere creatōnis ſtatim debuit
ordinari dies cōmemoratiua ipſius creatio/
nis. homo etiā fuerat factus ſexta die et idō
primum diem poſt ſui creationem debet ex
pendere ſingulariter ob reuerētiā dei. ceteros
vero ad ſui neceſſitatē. Jn noua autem lege
illa dies que debuit obſeruari ad vacādum
deo nō ſolū debet nobis reducere ad memo
riam bn̄ficium creationis ſed etiam innoua
tionem ſpiritualem que incohoata eſt in xp̄i
reſurrectione. et ideo ſabbatum mutatum ē
in dominicum diem in quo xp̄us reſurrexit.
Significat etiam dominica que eſt octaua
dies. octauam diem reſurrectionis in qua p̄
fectam requiem expectamus. Hic eſt ꝙ meſ
ſias noſter dominus ihūs chriſtus poſtꝙ̄
factus eſt triginta annorum ſoluit ꝙtū ad
partem iſtam ſabbatum curando in eo infir
mos. et dando eis licentiam lectulos aſpor
tandi. Johan. v. et ſpicas diſcipulis ſuis e/
ſurientibus confricandi. Marc. ij. Ceterum
quemadmodum de circumciſione dictum ē
probatumqꝫ ꝙ data fuit in ſignuʒ ſic et ſab/
batum vt habetur Exod. xxxi. capitulo. ſab
bata mea ſeruabitis quia ſignum ſunt inter
me et vos ac generationes veſtras. Jtem in
libro hiza. i. offiipere. q. yom tob. taliter ſcri
ptum eſt. Dixit Rabi Johanan. Omne pre
ceptum ꝙ dedit deus ſanctis et benedictis
iſraeli dedit eis publice preter ſabbatum q̄d
dedit eis in ſecreto ſicut dictum eſt Exodi.
xxxi. Jnter me et inter filios iſrael. ſi ſic eſt n̄
ſunt obligati. goy. id eſt chriſtiani vel alie
gentes ad ſabbatum. Ex omnibus his pa/
tet ꝙ non ſunt obligati ad ſeruandum ſab/
batum chriſtiani nec alie gentes. Jtem con/
tra obſeruantiam circumciſionis et ſabbati
adducitur ratio non parum efficax ex duabꝰ
traditionibus ſicut notatur in pugione cap.
xi. tercie partis. iij. diſtinctionis. quaruʒ pri
ma eſt illud quod ī mydras tulym. i. gloſa
pſalmorum taliter ſcriptum eſt. p̄s. lxxiiij.
Et omnia cornua impiorum confringam
et exaltabuntur cornua iuſti. cornu non ē di/
ctum ſed cornua. Decem enim cornua ſunt
que dedit deus ſanctus et benedictus iſraeli
Cornu abrahe de quo dictum eſt yſa. v. vi/
nea fuit dilecto meo in cornu filij olei. cor/
nu yſaac de quo dictum eſt. Geneſ. xxij.
Et ecce aries vnus retentus in denſitate
per cornua ſua. Cornu ioſeph. id eſt cornu
regni de quo dictum eſt. Deutero. xxxiij. et
cornua rinocerontis cornua eiꝰ. Cornu mo
yſi de quo dictū ē. Exo. xxxiiij. q̄ꝛ cornuta e/
rat cutis faciei eius. Cornu ꝓphetie de quo
dictū ē. i. Reg. ij. et orauit āna et dixit. exul/

tauit cor meū in domino et exultatū eſt cornu meū Cornu legiſ de quo dictū eſt Abacuk.iij. Et cornua duo de manu eius. Cornu ſacerdotij de quo dictū eſt.ps.cx. Cornu eius exultabitur in gloria. Cornu leuiticū de quo dictū eſt.i.parali.xxv.omneſ iſti filij hemā.videntis regiſ in verbis dei ad exaltandū cornu. Cornu iheruſalē de quo dictuȝ eſt.ps.xix. Et a cornib⁹ vnicorniū exaudiſti me. Et cornu regis meſſie de quo dictum eſt.i.Reg.ij. Et dabit fortitudinē regi ſuo et ſublimabit cornu meſſie ſui et ſic ē dicens.ps.cxxxi. Ibi germinare faciam cornu dauid paraui lucernā meſſie meo. Quando autē peccauerūt iſrael ablata fuerunt eis et data ſunt gentibus ſeculi.ſicut dictū eſt. Daniel.vij.c. Poſt hec videns fui in viſiōe noctis. et ecce beſtia quarta terribilis atq̄ mirabilis et fortis nimis et dentes ferreos habebat magnos comedit et cōminuit et reſiduū pedibus ſuis cōculcauit et ipſa diſſimilis ab omnibus alijs beſtijs.que fuerūt ante ipſam et cornua decē habebat.aſſimilate ſunt eni gentes ſimiliter hmōi fens et omni tempore in quo gentiū ſeculi cornua fuerunt ſtantia. Cornua iſrael erunt cōfracta ſicut dictū eſt trenorū.ij. Confregit in ira furoris omne cornu iſrael. Qualiter autem legalia deus iudeis abſtulerit per rationes et ſignanter ſabbatū et circūciſionē et qualiter eis iſta duo et alia dyabolus reſtituerit habet apud eos in thalmuth in libro may la ipereq.i.diſtinctiōe q̄ incipit q̄ ſemzbbae Quadā vice decreuit regnū neq̄.i.romanū q̄ non ſeruarent iudei ſabbatū et q̄ nō circūciderent filios ſuos et vt cognoſcerēt menſtruatas. Tūc iuit rabi ruben. et circuauitq̄ ſe more.ſ.romanorum. Cūq̄ iuiſſet et ſediſſet cū eis ait illis.qui habet inimicū depauperet eū vel ditat. Dixerūt ei depauperat Dixit eis ſi ita eſt non faciant iudei opus i ſabbato vt depauperentur. Dixerūt romani benedixit abrogaueruntq̄ decretū.rurſūq̄ etiam dixit eis.qui habet inimicū debilitat eū an fortificat dixerūt ei debilitat ait eis ſi ita eſt circuncidant filios ſuos octaua die vt debilitenter. dixerunt optime dixit et caſſauerunt illud. Iterum dixit eis qui habet inimicum multiplicat eū an diminuit eum. Dixerunt et diminuit. Ait eis ſi ita eſt nō cognoſcant menſtruatas dixerunt benedixit et caſſauerunt illud. Demū ꝑpenderunt q̄ iude⁹ erat et reſtituerunt decretum vt prius. Dixerunt ergo iudei quis ibit et irritabit ſtatutuȝ iſtud vadat. Rabi ſymeon qui didicit facere ſigna et mirabilia. Poſt eū vero vadat rabi eleazar. Egreſſus eſt eis itaq̄ obuiā ven tamalyon.i.demoniū ſic vocatū et ait. Eſt placētia veſtra vt vadā vobiſcū fleuit raby ſymeon et ait ancille.dom⁹ patris apparuit angelus ter.nobis autem nec ſemel venit ergo miraculū vndecūq̄. Preceſſit igitur ven tāmalyon. et intrauit in filiam ceſaris. Cūq̄ perueniſſent dixerunt ventāmalyon egredere vocatus ergo egreſſus eſt et abijt. Dixitq̄ iudeis ceſar. Poſtulate quicquid ē vobis ad poſtulandum. Introducti ſunt igit̄ in domum theſauri vt tollerent quicquid vellent inueneruntq̄ certam illam in qua ſcriptum erat dictum ſtatutum et ruperunt eam hucuſq̄ thalmuth. Animaduertat prudentia tua lector q̄ per iſtas duas traditiones habetur euidenter q̄ de⁹ abſtulit a iudeis ꝑ romanos ſabbatum et circūciſionē et alias cerimonias.confregit quippe in ira furoris ſui omne cornu eorū de quibus vnum erat lex vt pauloante dictum eſt.et nūq̄ reſtituit eis.nec per ſe nec per angelū nec per ꝓphetā nec per alium virum ſanctum. Sed ipſi iudei recuperauerunt circūciſionē et ſabbatū et cetera hmōi per dyabolicum miraculum vt in proxima traditione oſtenſum eſt. Null⁹ ergo vlterius niſi ſit demoniacus conſeruare debet ea que deus abſtulit.et dyabolus tā libens ſe iudeis viribiliter ingerendo inſtituit. quando enim vel vbi vnq̄ ſcienter dyabolus bonum homini aliquod niſi forte vbi proſpexit malum maius et mortem peſſimam ſibi et eo imminere finaliter procurauit cui vnq̄ boni aliquid niſi fallendi ſtudio perſuaſit.nunquid non ipſe eſt qui primos homines quaſi eis vtiliter conſulēdo fefellit.nōne ipſe eſt qui contra ſanctum iob ipſum etiam dominū ꝓuocauit. Iob.ij.c. An ignorant iudei miſeri q̄ dyabolus fuerit qui patres ſuos ad adorandum vitulum mentiendo protraxit. vt habetur in libro ſabath impereq. qui incipit dixit rabi aquiba in fine quadraginta dierum venit ſathan et perturbauit mundum et induxit tempeſtatē maximam in aerem et dixit iſraeli. Ubi eſt moyſes Dixerunt ei. Aſcendit in altum.

Dixit eis iã peruenerũt ſex hore et non reſpe
xerunt ſuper eo. Ait ergo mortuus eſt et nõ
curauerũt ſuper eo. Oſtendit ergo eis ſimili
tudinẽ feretri eius in nube. hinc eſt ꝙ dixe/
runt ad Aaron quia hic moyſes vir qui fe/
cit nos aſcendere de terra egypti neſcimꝰ qđ
factum eſt ei. et quid ſcriptũ eſt. cõſequenter
et dixit Aaron. abrumpite inaures auri que
ſunt in auribus etc̃. et accepit de manibꝰ eoꝝ
et formauit illud in forma et fecit illum vitu
lum fuſorie et dixerunt. Iſti ſunt dij tui iſra/
el etc̃. His ſic premiſſis dicatur iudeis vt at/
tendant que ſit eorum prudentia quis ſenſꝰ
qui dyabolum volunt habere ſuſpectum in
recuperatione circumciſionis et ſabbati. qui
patres eorũ ad faciẽdũ et adorandũ vitulũ
et ad attribuendũ ſibi magnalia que deꝰ fe/
cit mẽdacijs et falſis ꝓdigijs tã ſtudioſe per
traxit. Euidenter ergo apparet ꝙ intentio ẽ
ſtudium dyaboli ac voluntas erga homies
nunꝙ̃ eſt niſi mala. quare ſatis eſt manife/
ſtum ꝙ grandis eſt ſtulticia et ꝙ̃ magna in
ſania et ꝙ̃ imẽſa iudeorũ vecordia qui circũ
ciſionem et ſabbatum et alia que deus eis
abſtulit. et dyabolus reddidit non ceſſant
obſeruare. Supradictis adhuc videt̃ adden
dũ id quod de ſabbato ſcriptũ eſt in bereſith
minori vbi dicitur Gen̄. ij. et benedixit deuſ
diem ſeptimã dominus ruſus nequã queſi
uit a Rabi aquiba et ait ei quid eſt inter diẽ
et dies dixit ei rabi aquiba et quid eſt iter vi
rum et viros. dixi ei quid dixit tibi. et quid
dixiſti mihi. Ait ei dixiſti mihi ĩ quo differt
ſabbatũ ab omnibus alijs viris. Dixit ſibi
decedit rex propter gloriam ſuam ſic quoqꝫ
voluit deus iſtum diẽ honorare. vnde tu fa/
cies me ſcire iſtud. Dixit ei fluuius ſabatia/
nus arguit hoc qui trahit lapides ꝑ totã ſep
timanam et in ſabbato quieſcat Dixit ei de lõ
ge attractum tu trahis mihi. Admiror di/
xit ei. Ecce ille qui facit aſcendere mortuos
arguit. omni nãqꝫ die eſt aſcendens et nõ in
ſabbato. Iuit et tẽptauit in patre ſuo qui a/
ſcendit omnibuſ diebꝰ et in ſabbato nõ aſcẽ
dit poſt ſabbatum ſciſcitatus ẽ eum et ait ei
pater et quo mortuus es feciſti te iudeũ ad
miror ꝙ̃obrem aſcendiſti omnibus diebus
hebdomade et in ſabbato non aſcendiſti.
Ait illi omnis qui non obſeruat ſabbatum
ſponte ſua apud vos obſeruat eum hic ma/
lo velle ſuo dixit ei. et cuiuſmodi labor ẽ vo
bis ibi Ait ei omnibus diebus ſeptimãe iu
dicamur in ſabbato autem quieſcimus. re/
uerſus eſt ad rabi acquiba. et dixit ei. Si ẽ ſe
cundum verba tua ꝙ deus ſanctus et bene/
dictus per quietem in ſabbato vult honora
re non mittat in eo ventos non faciat deſcen
dere pluuias non fluctuet mare in vndis ſu/
is. Dixit ei rabi acquiba habet ſe in iſtis de
us ſicut is qui transfert per quatuor vlnas.
Si vis lector figmẽta hec iudaica contra ip/
ſos conuertere dicas quẽadmodum fluuiuſ
ſupra fictus fuit ſignum obſeruandi ſabba/
ti quado per totam hebdomadam currebat
trahendo lapides et quieſcebat in ſabbatis
vt ipſi fabulantur ſic eſt nunc efficax argumẽ
tum non obſeruandi ſabbatum quia nuſꝙ̃
ſub celo ſit fluuius qui magis quieſcat ĩ ſab
batis ꝙ̃ in ceteris diebus. Per totum quip
pe mundum diſcurrunt mercatores qui ſicut
ducunt medicinalia variaqꝫ pigmenta ex in
dia que eſt in oriente vſqꝫ ad hyſpaniam q̃
eſt in occidente et a meridie vſqꝫ ad ſeptẽtrio
nem que eſt vſqꝫ ad anglicos et noruuegios
et ſcotos et ſic vſqꝫ ad totum mundum quod
ſi verum eſſet inuicem ſibi narrarent et nomẽ
prouincie vbi talis eſſet fluuius iudeis pro
curantibus non tacerent. Item magiſter io
hannes valiſoletanus conuerſus in libro đ
concordia legum dicit ꝙ iſtud de lapidũ flu
mine non eſt verum. nec dicitur hoc per ali/
quem ſapientem niſi per cõitatem ipſorum
rabinorum iudeorum ad ipſorum conforta
tionem et gaudium ſui cordis quoniã hoc
non ſcribitur in aliqua ſcriptura autentica.
nec in aliquo libro ariſto. de mirabilibuſ lo
corum nec in aliquo alio loco ſed in libriſ ſo
lummodo iudeorum ad ipſorum conforta/
tionem explicatur. hec ille. Ad aliud vero fi/
gmentum de mortuo non aſcendente ĩ ſab/
bato dici poteſt ꝙ dyabolus ventamalyon
vel aliquis alius potuitꝰ aſſumere figuram
patriſ rufi antedicti ei facere ac dicere que di
cta ſunt vt iudeorum circa obſeruantiã ſab/
bati confirmaret errorem. Ad tercium de
niqꝫ ꝙ qui non obſeruat apud nos ſponta/
neum ſabbatum apud mortuos obſeruabit
eum coactus etc̃. vt ſupra ergo abraham et
multi alij ſancti qui nunꝙ̃ coluerunt ſabba
tum punientur per totam ſeptimanam cum
infidelibus et compulſi requieſcent in ſab/
bato hoc autem falſum eſſe quis dubitat ꝙ

autem abraam non coluerit ſabbatum ha-
betur in bereſith. minori ſuper illud Geñ. ij:
vbi dictum eſt: Et benedixit de⁹ diem ſepti-
mam. dixit rabi iohānan abrahā non ē ſcri-
pta de eo obſeruātia ſabbati hec ex pugiōe
vt ſupra Poſſumus etiam nobis aſſumere
demonſtrationem ꝙ ſabbatum verum q̄d
ſignificat quietem vt patet deutero. v. c. ſab-
batum. i. quies domini dei tui ē dies dñica
quam nos xp̄iani obſeruam⁹ quoniam ſm
ſapientes iudeorum thalmuth vt notat ma-
giſter iohānes valliſoletanus conuerſus in
libro de cōcordia legum. titulo. iiij. c. x. pria
coniunctio ſolis et lune que fuit in principio
creationis mūdi: facta fuit die lune ad quinq
horas et ducenta et quatuor minuta hore.
Et quia textus non dicit niſi ſex diebus ope-
raberis et die ſeptima requieſces et non di-
xit qua die ſignata inciperent computari illi
ſex dies. eēt rationabile ꝙ cōputatio incipi-
at a die iſtius coniunctionis ſolis et lune. qz
hec duo luminaria diſtinguunt diem et no-
ctem. Que coniunctio vt predicitur facta eſt
die lune et ſic dies ſeptima eſt dies ſolis q̄ ē
dies dominica vt obſeruamus xp̄iani. Eſt
etiam alia ratio quoniam in iſta die ſaturni
quam iudei obſeruant eſt magna mutatō ſe-
cūdum ſtellas ex diuerſitate dierū et locorū
ſm longitudines et latitudines terrarum qz
iheruſalē eſt in longitudine. lxvi. graduum.
Et iſta terra valliſoletana regis caſtelle eſt in
longitudine. lxvi. graduum. et eſt differētia i-
ter iheruſalem et iſtam terram plus q̄ qua-
tuor horarum. Item eſt alia differentia iter
iſta ſm motū puncti altioris ſpere noue per
quem mouentur poli. et ſic a tempore quo
lex moyſi data eſt vſq ad iſta tempora eſt fa-
cta mutatio et differentia plus q̄ per quinq-
ginta gradus et iſto polorum motu mutate
ſunt longitudines et latitudines et mutati
ſunt dies et noctes in omnibus mundi par-
tibus vſq ad iſta tempora et ſm diuerſitatē
terrarum ſupradictam hodie iudei vnaz ho-
ram illius diei ſabbati ſibi precepti non ob-
ſeruant nec illam met diem a moyſe illis tē-
poribus inſtitutam. talis mutatio pōt da-
riſſime cognoſci ex mora quam fecit ſol ſpa-
tio vnius diei ſtando immobiliter tempore
Joſue et etiam ex retroceſſione ſolis decem
lineis in horologio achaz tempore regis
ezechie. Et ſi iudei dicant ſm ſupradictam

rationem ꝙ idem debet iudicari de die do-
minica ſecundum chriſtianos. Reſpondeo
ꝙ hec obſeruantia quam obſeruant chriſtia-
ni non dependet a die dominica ratione di-
ei dominice ſed ratione reſurrectionis chriſti
veri meſſie in qua die ipſe reſurrexit nec ob-
eſt mutatio facta ex quo manet ipa principa-
lis et precisa cauſa quare fit ſcilicet memoria
creationis mundi et reſurrectiōis ſancti meſ-
ſie et adhuc non obligarentur ſeruare predi-
cta. nec etiam ſacrificium et obſeruationes
ſeptimanarum et pollutionum et aliorum ſi-
milium poſito ꝙ ad terram priſtinam re-
ducerentur quod eſt impoſſibile propter di-
uerſitatem locorum terre ſecundum longitu-
dinem et latitudinem et terrarum etiam con-
ſtellationes ſecundum imaginationem ſapi-
entum et iſte eſt magnus defectus legis. ſci-
licet ꝙ omnia que legis erant non obſerua-
ri debebant in omni loco mundi quod non
eſt in lege chriſti veri meſſie quia in omni lo-
co et quacunq parte terrarum tenentur chri-
ſtiani legem ſancti meſſie firmiter obſeruare

Sanctus bernardus in ſuo euāgelio eter-
no aſſignat duodecim priuilegia die domi-
nice propter que ſabbatum non immerito ī
dominicam diem mutata eſt. Prima eſt ꝙ
fuit prima omnium dierum. Secundum ꝙ
erit vltima dies preſentis vite. Tercium q̄a
diem dñicā nulla preceſſit nox. Quartū ꝙ
ei nulla nox ſubſequetur. Quintum quia in
eo creauit deus celum et terram. Sextum qz
in eo creati ſunt omnes angeli a deo et boni
ī paradyſo gratificati et glorificati ſūt et cō-
tra mali angeli in eodem die peccantes de ce-
lis ad inferos expulſi ſunt. Septimum quia
ſecūdū oroſium in die illa prio precepta da-
ta ſunt filijs iſrael: Octauum quia in illa
die chriſtus incarnatus eſt. Nam vt teſtatur
magiſter hyſtoriarum die qua dixit deus fi-
at lux viſitauit nos oriens ex alto et chriſtus
incarnatus eſt. In huiuſmodi myſterium et
figuram datum fuit manna in die domini-
co ſicut ait ſuper Exod. origenes. Hoc qui-
dem probat per hoc ꝙ in. xvi. capitulo dictū
eſt. Sex diebus colligetis illud die autē ſex-
ta duplum colligetis. patet enim diem ſeptā
vocari illum qui ſabbatum precedebat qui
eſt feria ſexta et ex hoc patet ꝙ māna die do-
minica datum fuit. Si enim ſex diebus con-
tinuis collectum fuit. Septima autem di-

ceſſatum eſt et per conſequens manne initiū
a prima die dominica exordium ſumpſit.
Nonum quia in die dominica xp̄us deſtru/
ctis inferni clauſtris captiuam ducens cap/
tiuitatem ac ſāctorum animas de lymbo eri
piens triūphaliter a mortuis reſurrexit cuius
reſurrectio noſtre reſurrectionis exemplar eſt
Decimum quia die dominico ſpiritus para
clitus diſcipulis datus eſt. Undecimum q̄a
in die dominica, erit reſurrectio mortuorum
et reddet deus vnicuiqꝫ ſecūdum opera ſua.
Duodecimum quia die dominico erit initi/
um et cōtinuatio ſine fine laudum dei et do
mini noſtri iheſu xp̄i veri meſſie in gloria ſe
piterna. Unde yſa. vlti. et erit ſemen eorum
ex ſufficientia menſis ex menſe ſuo et ex ſuf/
ficientia ſabbati in ſabbato ſuo. iſtud eſt ſe
culum futurum quod totum erit ſabbatum
.i. requies: Et notat ꝙ menſis legittime
dicitur herodes hebraice pōiturqꝫ apud eos
pro perfectione numeri omnium dierum in
quibus luna perficit curſum ſuum. Cum
luna quippe computant iudei et non cū ſole
menſis ergo hic vt ait beatus Gregorius ꝓ
perfectione poſitum eſt et ſabbatum pro re/
quie in quo ſeruile opus fieri nō licebat. erit
ergo ſemen eorum ideſt apoſtolorum et ſan
ctorum predicatorum facientium filios ſpi/
rituales ex menſis ſufficientia id eſt ex ſuffi/
cientia perfectionis vite preſentis in menſe
ſuo. id eſt in perfectione glorie ſue in futuro
Sicqꝫ ſemen auditiuum ex ſufficientia ſab/
bati. id eſt requiei ī diebus dominicis et fe/
ſtiuitatibus alijs ad audiendum verbū dei
necnon ex ſufficientia requiei a vicijs et pec/
catis in vita preſenti erit in ſabbato ſuo. id ē
in ſempiterna requie ſua in vita futuri ſeculi
quod totum eſt ſabbatum vt predictum eſt.

Et ſi queris quare fuit ordinata quieſ di/
ei ſeptime per iudeos die ſabbati et nō alia
dies ſeptimane. Reſpōdet supradictus ma
giſter iohannes in eodem libro titulo. iiij. c.
viij. ꝙ ad hoc fuit triplex ratio. Pria ē quo/
niam ſecūdū aſtrologos maior coniunctio
ſaturni cum Ioue fuit in capite arietis aſcen
dēte aquario qui eſt domus ſaturni que cō/
iunctio neceſſitauit et coegit populum iude/
orum vt ſtarent in captiuitate egypti quadri
gentis annis et ꝙ inde educerentur in manu
forti et brachio extento. et ꝙ ibi fierent mira
cula extra naturam. Et ideo fuit in die ſatur
ni dies ſabbati ordinata in memoriam exi/
tus de egypto et in memoriam coniunctio/
nis ſaturni et iouis in domo aquarij vt di/
ctum eſt. Et ratio quare magis firmauerūt
ſe ſuper ſaturnum q̄ ſuper iouem eſt quia
ſaturnus eſt altior. Item quia aſcendens cō
iunctionis fuit aquarius que eſt domus ſa/
turni ſecunda. Item propter alias proprie/
tates quas iudei et terra ipſorum habent cū
ſaturno ſecūdū ꝙ dicunt aſtrologi et vlteri⁹
declarabo et ideo ordinatum fuit a iudeis.
ꝙ dies ſeptima quando nihil operari debēt
ꝙ eſſet in die ſaturni et ꝙ eſſent in tenebris
et ſine candelis etiam que ponunt aſtrologi
debere obſeruari in die ſaturni vt liberentur
homines a dānis ſuis et influentia effectia.
Secunda ratio eſt quia iſta die ſaturni pla/
nete infectiui et damnoſi habent ſingularē
poteſtatem quoniā prima hora noctis diei
ſabbati eſt hora martis ſecundum computa
tionem horarum vt iudei computant ordi/
nando primo noctem et poſtea diem et pri/
ma hora diei ſabbati eſt hora ſaturni q̄ duo
planete ſunt damnoſi ſecūdum aſtrologos
et ſic in die illa naturali damnoſi planete ha
bent ſuam influentiā damnoſam ſingularē
Et ſic ſcripſit Rabi abraaz in gloſa ſua quā
fecit ſuper decē preceptis ſuper illo ſpeciali/
ter memento vt diem ſabbati etc. Dixit iſtō
Itē in. xij. c. aſpicient ad me quē confixerunt
Itē in. xiij. c. et dicetur ei quid ſūt plage iſte
ī medio manuū tuarū et dicet. his plagatuſ
ſum in domo carū q̄ diligebāt me totā iſtaꝫ
orationem tangit in virtute Iſaias in. xxviij
ca. vbi prio ponit culpā dicēs. ꝑcuſſimus fe
dus cū morte et cū inferno fecim⁹ pactū. po
ſuim⁹ mēdaciū ſpē noſtrā. mēdatio ꝓtecti ſu
mus. et cōſequēter ſubdit remediū inq̄ens.
idcirco hec dicit dominus deus. Ecce ego
mitto in fundamento ſyon lapidē. lapidem
ꝓbatū angularē. p̄cioſū et delebiẜ fed⁹ vrm
cū morte et pactū veſtrū cū īferno nō ſtabit
Secūda ratio pōt ſumi ex dictis Ioſephi q̄
fuit iudeus et verus hiſtoriographus dicen
tis ꝙ iheruſalem fuit deſtructa qꝛ iniuſte ei⁹

habitatores interfecerunt xp̄m et beatum ia
cobum. Ex quo ſic pōt argui. iudei nō erraſ
ſent occidendo xp̄m et beatū iacobū nec per
conſequens fuiſſent puniti niſi xp̄s vere fuiſ
ſet deus. ſed iſti peccauerunt occidendo iſtoſ
ergo xp̄s vere erat deus. maior patet qꝛ iudē
interfecerūt chriſtum quia dicebat ſe eſſe de-
um et certe ſi non fuiſſet verū ſm legē debe-
bat mori. Iudei ergo interficiendo xp̄m ſi n̄
fuiſſet deus qꝛ feciſſent ſm legem non pec-
caſſent occidendo ipſum et beatum Iacobū
ſed potius meruiſſent. et eadem ratio eſt de
beato Iacobo qui ideo interfectus fuit q̄a
aſſerebat chriſtum eſſe deum. Sed ſi non di
xiſſet verum iuſte interfectus fuiſſet. ergo ve
ra eſt maior propoſitio. ꝙ ſi chriſtus non fu
iſſet deus iudei non peccaſſent occidendo ip
ſum et beatum Iacobum. Sed minor pa-
tet per dictum Ioſephum aſſerentem iude-
os deueniſſe in iſtam vltimam captiuitateꝫ
quia iniuſte interfecerunt hos duos predic-
tos. Ex quo etiam tercia ratio poteſt in-
duci que talis eſt. Interficere puram crea
turam iniuſte non eſt ita magnum peccatuꝫ
ſicut ydolatrare. ſed interficere chriſtum fuit
maius peccatum q̄ꝫ ydolatrare. ergo chriſt⁹
non erat pura creatura et ſic oportebat ꝙ eſ
ſet deus. maior eſt manifeſta quia magis
peccatum eſt facere contra preceptum prime
tabule q̄ꝫ contra quodcunq; de tabula ſecū-
da. Sed ydolatrare eſt contra primum pre-
ceptum prime tabule peccare. homicidium
vero eſt contra ſecundum preceptum ſecun-
de tabule ergo mai⁹ peccatuꝫ ē ydolatria q̄ꝫ
homicidium: Minor probatur quia licet
interdum iure humano grauius puniatur
minus peccatum. in lege tamen diuina pro
menſura peccati eſt plagarum modus vt di
citur Deutro. xxv. capi. Cum ergo iudei per
peccatum commiſſum contra chriſtum in-
currerint maiorem penam in vltima capti-
uitate que iam durauit mille. cccc. lx. annis.
q̄ꝫ fuerit aliqua pena eis vn q̄ꝫ immiſſa pro
pter peccatum ydolatrie neceſſario oportet
dicere maius peccatum fuiſſe interfectō chri
ſti q̄ꝫ adoratio ydoli. ergo chriſtus erat de-
us et hoc patet ſatis rationabiliter ſi con-
ſideremus conditionem legis quam chri-
ſtus erat daturus. Videmus enim in oī
bus actib⁹ ordinatis ꝙ ille q̄ ē ſuperior arti-
fex principalē et pfectiuū actū operaẜ ꝑ ſeipſuꝫ

Ea vero que diſponũt ad illã pfectõnẽ ope
ratur per ſuos miniſtros ſicut nauis factor cõ
paginat p ſeipſum. ſeparat illam nauẽ per
artifices ſubminiſtrantes. et idõ cõueniẽs fu
it ꝙ lex pfecta noui teſtamẽti daret p ipſum
deũ hominẽ factũ. lex autẽ veteris p dei mi-
niſtros ꝑpter qd de latore legis noue dicit
Iob. xxxvi. ecce de⁹ excelſus in fortitudine
ſua et nullus eſt ei ſimilis in legiſlatoribus
hec ſufficiant contra pfidiã iudaica ad oſtẽ-
dendum rõib⁹ et auctoritatibus ꝙ xps ẽ ve
rus deus et verus homo.

Contendit iude⁹ probare ꝙ lex euangeli
ca non eſt a deo quia ponit trinitatem perſo
narum.

V Igeſimũ terciũ argumentũ iudeo
rum ẽ cõtra trinitatẽ pſonarum ex
qua arguunt legẽ euãgelicã non eẽ a deo ſic
Illa lex non eſt a deo q̃ tollit oĩmode vnita
tẽ diuinã. qz deutro. vi. dicit. Audi iſrael do
minus deus tuus vnus eſt. ſed lex euange-
lica videtur hanc vnitatẽ auferre ponendo p
ſonarũ trinitatem ergo lex euangelica nõ eſt
a deo. Reſpondetur iudeo ꝙ trinitas pſona-
rum nõ derogat vnitati eſſentie diuine. nam
et ipſi habent concedere deũ eſſe in diuerſis
locis. qz pſ. dicit. Si aſcendero in celũ tu illic
es. ſi deſcendero ad infernũ ades. quod nõ
põt verificari ſm diuerſas ptes qz de⁹ ſpũs
eſt. et omni diuerſitate et cõpoſitione ptiũ ca
ret nec põt dici ꝙ deus ſit i diuerſis locis ſuc
ceſſiue qz ipſe dicit malachie. iij. Ego dñs et
non mutor ergo ſicut ſimul et ſemel totus eſt
in diuerſis locis cũ veritate ſue vnitatis ita
ſuo modo diuinitas exñs vno numero ſimt
eſt tota in diuerſis ſuppoſitis. nõ ei eſt ſcrip
tura in mũdo q̃ verius ponit vnũ deũ ꝙ fa
cit euãgeliũ. Sed hec vnitas ꝑpter ſui infi-
nitatẽ et illimitationẽ cõpatitur ſecũ perſo-
narũ trinitatem. Ad innuẽdum ergo ꝙ trini
tas non tollit vnitatẽ eſſentie vbicunq; i ve
teri teſtamẽto in hebreo iuenit heloym qd ſi
gnificat deũ in plurali numero adiũgit ac⁹
ſingularis vt eſt illud. In pricipio creauit he
loym celũ et terrã. Dicũt iudei ꝙ hoc nomẽ
heloym indifferẽter accipit ꝓ ſingulari vel
plali. et qñ accipit ꝓ deo vero ſemp in ſingu
lari tenet ſicut ibi. in principio creauit helo-
ym ecce ꝙ ſi creauit ſtat in ſingulari. ſed hoc
patet manifeſte falſum. Nam aliquando te
net manifeſte ꝓ deo vero. et tñ cõiungit cũ
adiectiuo pluralis numeri et aliqñ etiã cum
verbo plalis numeri qd non eẽt ſi teneretur
pro ſingulari. Exemplũ primi Ioſue vltio
nõ poteritis ſeruire domino de⁹ eni ſanctus
eſt etc. hebraica veritas habet non poteritis
ſeruire domino qz heloym ſancti ipſe. Iſta
auctoritas loquitur de deo vero qz Ioſue lo
quebatur populo de ſeruitute veri dei vt pz
litterã intuẽti. Itẽ Iere. xxij. puertiſtis ver-
ba dei viuentis domini exercituũ dei veſtri
hebraica veritas hic habet peruertiſtis ver-
ba heloym viuentium deũ exercituũ. Iſta
auctoritas manifeſte loquit de deo vero
Nam vbi nos habem⁹ deũ exercituũ in fine
auctoritatis pro hoc nomine domini in he
breo ponitur nomẽ dñi thetragramatõ qd d
ſolo vero deo põt dici vt declarat rabiſalo-
mõ i libro de directõe pplexorũ et tñ in iſtis
auctoritatib⁹ hoc nomẽ heloym cõiũgit cũ
adiectis pluralis numeri vt pz exẽplũ ſcdi.
ſcz de verbo plalis numeri. ij. Reg. vij. que
eſt gẽs vt pplſ iſrael in terrã ꝑpter quã vẽit
deus vt redimeret ſibi in populũ. hebraica
littera ſic habet. que autẽ vt populus tu⁹ gẽs
vna i terra ꝑpter quã iuerũt heloym ad redi
mẽdũ ſibi. pz ergo ꝙ li heloym ſtat in pre-
dictis auctoritatibus ꝓ deo vero et in plali
quare cũ ſit ibi ĩpoſſibile pluralitatẽ ponere
deorum neceſſario eſt ibi ponere pluralitatẽ
perſonarũ ſiue ſuppoſitorum quia actiones
tales ſunt ſuppoſitorum ſecũdo de anima.
Patet igitur ex modo loquendi hebraico ꝙ
in diuinis eſt pluralitas ſuppoſitorũ et vni
tas eſſentie ꝙ moyſes et alij prophete dede
runt ſtudioſis in lege per talem modum lo-
quendi. Quomodo autem iſte actus elicitur
ab eſſentia formaliter que vna eſt ſimpliciter
licet perſone ſunt diſtincte et quedam magis
ſubtiliora et magis ad propoſitum hic ad-
duci poſſent. Sed quomodo dicit magiſter
Bernardus oliuerij in ſuo tractatu cõtra ce-
citatem iudeorum. vi. c. Non videtur tutum
dare occaſionem cuiq; loquendi ſubtiliter
cum infidelibus de materia iſta. Uide-
ant ergo catholici ſtudioſi doctores ſuper
primum ſententiarum vbi de iſta materia
multa ſubtiliſſima tradunt que velut mar-
garite non ſunt ſeminande inter porcos:
id eſt infideles. Sed tamen induco contra

iudeorũ cecitatem ĩ iſta materia teſtes famo
ſos. Et primo ſepe nominatũ peritũ docto/
rem petrũ alfonſi cõuerſũ ĩ ſuo dyalogo ti.
vi. reſpondentis ſub nomine petri moyſi in/
terroganti ſic ꝑpende o moyſes ꝙ̃ſecretũ ſit
nomẽ iſtud et ineffabile et ꝙ non niſi perſpi
caci mentis intuitu et ꝓfunda valet agnoſci
in dagatione teſtãte moyſe qui ait ĩ deutro:
ſcito hodie et cogita tu in corde tuo ꝙ domi
n⁹ ipſe eſt deus in celo ſurſum et in terra de/
orſum et non ſit aliuſ. vbi enim in latino po
nitur dominus in hebreo et quidem predic
tũ nomẽ inuenies vbi vero de⁹ in latino ĩ he
braico ſcribitur heloym quod pluralitatē ſi
gnificat vt inde pateſceret eũdẽ eſſe deũ qui
et ſingulari proprio et plurali appellatiuo
nũcupatur vocabulo. Sed et ne plures de/
os forte putaret adiunxit et non ſit alius. ꝙ
vero moyſes dixit ſcito et cogita tu in corde
tuo reuera inſinuat ꝙ noĩs huius archana
ſubtilitas neq̃ viſu neq̃ auditu neq̃ de cor
poreis ſenſibus aliquo niſi tm̃ mentis itel/
lectu ꝑſpicuo et miro ꝑpẽdi poſſit igenio.
Poteſt etiã in multis alijs trinitas denota/
ri ſicut ĩ fimbrijs quas dominus filijs iſra/
el in veſtimentis ſuis per moyſen habere p̃/
cepit dicens loquere filijs iſrael et dices ad
eos vt faciant ſibi fimbrias in angulis pal/
liorum ponentes in eis vittas iacinctinas
quas cum viderint recordentur omniũ man
datorum domini. Fimbrie quippe ille qua/
tuor erant filiorum ſed duplicatorum in ſu/
periori ſiquidẽ ſui parte tres nodos haben
tes in inferiori vero duos. Sed per filia qua
tuor. quatuor anni partes deſignantur. Per
filiorũ vero duplicitatẽ dies et nox videlicȝ
vt quatuor ãni tp̃ib⁹. i. toto ãno noctẽ quo
q̃ et diẽ dei mãdatorũ memores eẽnt. Naȝ
ꝑ tres nodos trinitas ꝑſonarũ. ſ. ſuperiores
Per duos aũt iferiores duo ĩſinuãt teſtam̃
ta. ſ. lex moyſi et euãgeliũ. Notat̃ quoq̃ tri/
nitas in tribus benedictionibus. qb⁹ aaron
et filij eius bñdicebãt filijs iſrael ex p̃cepto
dñi dicẽtis ad moyſen. loquere ad aarõ et fi
lijs ei⁹ ſic bñdicetis filijs iſrael et dicetis eis
Bñdicat tibi dñſ et cuſtodiat te. oſtẽdat dñſ
faciẽ ſuã tibi et miſereat̃ tui. Cõuertat dñs
vultũ ſuũ ad te. et det tibi pacẽ. his q̃ppe bñ
dictionib⁹ ſacerdos alicui benedicẽs ꝓteſaſ
ante vultũ ſuũ palmas vtraſq̃ tenebat. cum

vero dicebat dñs quẽ hebraice illo quod ſu
pra diximꝰ trino et vno nomine exprimebat
tres digitos priores pollicẽ videlicet indicẽ
atq̃ mediũ man⁹ vtriuſq̃ rectos alti⁹ erige/
bat. et dicto ita dño digitos vt prius remit/
tebat. ſȝ dic mihi o moyſes quid triũ digito
rum eleuatione melius ꝙ̃ trinitatis excellẽ
tia poterit allegorizari ꝙ ſi quid aliud ſup
his notare tunoris et valeas mihi q̃ſo ediſ/
ſeras moyſeſ ſane neq̃ illud quod dixiſti ne
q̃ q̃cq̃ aliud ſup hoc vnq̃ notauim⁹. ſȝ nec
doctores noſtri quippiã notãdũ eẽ dixerũt
Petrus: Quid etiã niſi trinitas ꝑſonarũ in
eo qd̃ dicit Iſaias ꝓpheta notari põt trina
videlȝ ãgelorũ voce laudãtiũ et dicẽtiũ. ſã
ctus ſanct⁹ ſanct⁹ dñs de⁹ ſabaoth. Cur eniȝ
ter tm̃ ſanct⁹ dicũt magiſq̃ ſemel vel bis de/
cies vel centies vel alio aliquo numero. ali/
quo cur ſi breuiter laudare vellent ſemel ſã/
ctus nõ dicerẽt. ſi vero multũ cur nõ cẽtenã
vel millenã vel innumerã laudẽ exhiberent
Moyſes. nos quidem in angelorum lau
de cauſam nullã vocis illius trine niſi placi
tũ ſim⁹ ipſorũ. Petr⁹ ſi ad ſingula q̃ ꝓpoſue
ro neſcius reſponderis. quid aliud ꝙ te vic
tũ et cõtra ire neſciẽtem fateberis teſtat̃ ſane
et dauid ꝑſonarũ trinitatẽ cũ dicit. Querite
dominũ et virtutẽ eius querite faciẽ eius ſẽ
per. Quid eſt ei ꝙ dicit querite dominum et
virtutẽ eius et querite faciẽ eius niſi querito
patrem et filium et ſpiritumſanctum. Quid
nanq̃ per virtutem eius niſi filius eius.
Quid vero per faciẽ ei⁹ niſi ſpũſſanctus itel
ligitur ꝙ ſi tu alias intelligas ediſſere. Nec
itaq̃ ſanctarum teſtimonia ſcripturarum de
trinitate perſonarum ſatis intelligentib⁹ ſuf
ficere poſſunt. hec predictus doctor. Sed
non tranſeat calamus auctoritatem. Iſaie
in capi. xlviij. que multum facit ad propoſi/
tuȝ vbi ipſemet deus dicit. ex tempore ante
ꝙ̃ fierent ibi eram et nunc miſit me deus et
ſpiritus eius. ꝙ illa autem ſint verba dei lo
quentis patet per litteram precedentem. cuȝ
dicitur manus quoq̃ mea fundauit terram
et dextera mea menſa eſt celos et ſub eodem
contextu idem loquens ait et nunc miſit do/
minus me et ſpiritus eius. Similiter patet
per litteram ſequentem immediate cum di/
citur hec dicit dominus redemptor tuus ſã/
ctus iſrahel. In auctoritate vero premiſſa

exprimit deꝰ miſſus a deo et ſpū eius Inter
mittentem vero et miſſum ſemper eſt diſtin/
ctio perſonalis .et ſic iſta ſcriptura impleta
fuit in icarnatione filij dei.qui ē deus miſſꝰ
in mundum a deo patre et ſpiritu eius. Se
cundo adducuntur antiqui doctores hebre
orum qui de hac materia licet obſcure aliq̄d
ſenſerūt inter quos aliqui allegabuntur qui
magis viſi ſunt appropinquare veritati. Et
primo occurrit illud quod ſuper illud.ps.
Deus dominus locutus eſt et vocauit ter/
ram.ibi glo:que dicitur mydraſtulim.i.glo
ſa pſalterij ſic queritur. Que eſt ratio quare
pſalmiſta nomē dei ſancti et benedicti tribꝰ
vicibus cōmemorauit dicens. Deus domi/
nus locutus eſt etc. Ad quod reſpondēt ibi
ſic hoc eſt vt doceret te ꝙ cū iſtis tribus no/
minibꝰ creauit deus ſeculū ſuū.iuxta treſ mi
dotb.i.proprietates quibus creatus eſt mū
dus et iſta ſunt ſapientia.ſcia.et prudentia:
ſicut dictū eſt in ꝓuerbijs.c.iij. Dominus i
ſapientia fundauit terrā ordinauit celos in
prudentia in ſcientia ſua abyſſi eruperunt.
et iſto modo dicitur in exodo.c.xxx.quoniā
ego ſū dominꝰ deꝰ tuus deꝰ zelator,ecce tria
nomina iuxta tres midotb quibus creatꝰ eſt
mūdꝰ. Similiter filij gad et filij rubē dice/
bant in libro ioſue,deus deus dominus ip
ſe ſcit.vbi nominauerūt deū tribꝰ vicibꝰ hec
in predicta gl. Et idē habetur in bereſith ra/
ba.i.in gloſa magna ſuper Ben̄.ſup illo ver
bo. In principio creauit deus celū et terram
In quibus habetur ꝙ doctores antiq̄ he/
breorū per trinā iterationē diuini nominis
que ſepe fit in ſcripturis exponunt ꝙ eſt in/
telligēda in diuis trinitas ſm tres mydotb
ſcz.ꝓprietates quas deo attribuūt. Itē in ea
dē gloſa magna que dicitur bereſith raba.c,
dxij. ſic dicitur rabi heliazar dicit nō eſt crea
tus mūdꝰ niſi ꝑ verbū vel cū verbo dei ſan/
cti et benedicti ſicut dicitur in.ps.verbo dn̄i ce
li firmati ſunt, Et ſequitur ibidē rabi ſymeō
dicit inſpirauit vel inſufflauit deus ſpiritum
ſuum et creatus eſt mūdꝰ ſicut dicitur in pſal.
ſpiritu oris eius omnis exercitus eorū. Hec
in predicta gloſa in qua manifeſte ponitur di/
ſtinctio realis in creatore mundi q̄ eſt deus.
Manifeſtū ē enī ꝙ verbū diſtinguitur reali
ter a proferente et ſpiritꝰ ab inſpirante.et tamē
hi tres vnum ſunt de quibꝰ ſtatī ꝓpheta ſub
dit. Congregās ſicut in vtre aquas maris lo

quēdo in ſingulari. Item in gloſa hebraica
ſuper illud Eccs.iiij.funiculꝰ triplex difficu/
le rūpitur.vbi ſic dicitur ſenſus eſt vt videretur
myſterium throni dei et vnius non facile di
ſcutitur. Sed hanc gloſam moderni iudei ꝑ
uertūt retorquentes hanc trinitatem ad tria
tributa diuina.que ſunt potentia.ſapientia
bonitas. Sed n̄ videtur hec eſſe ſentētia glo
ſe ꝑ hoc ꝙ dicitur nō de facili diſcutitur. q̄s
quilibet etiam ſatis ſimplex ſcit deū eē potē
tē ſapientem et bonum. Itē ſicut deꝰ operatur
per ſuam potentiā ſapientiā et bonitatē, ſic
artifex creatus operatur ꝑ artem ſuam ſicut ꝑ
regulam directiuam et per potentiam ſuam
quem trāſmutat manet ad formam ſcamni
vel lecti vel huiuſmodi et per appetitū boni
tatis lucri et iſta tria multoplus differunt in
eo ꝙ potentia et ſapientia et bonitas in deo
et ideo ſi propter iſta tria dicitur deus trinꝰ et
vnus in glo.predicta.multo fortius diceretur
quilibet artifex trinus et vnus quod non eſt
verū,et iungeretur ſingulare cū verbo plura
lis numeri dicendo hyram fecerunt templū
ſalomonis ſicut de deo dicitur Eccs.ij. q̄s
eſt homo vt ſequi poſſit regē factorem ſuum
hebraica veritas ſic habet. Quis eſt homo
vt intret poſt regem qui fecerunt eum.et ſic d̄
deo dicitur ꝙ eſt rex qui fecerunt hominem
Item etiam patet per ſapientes cabala qui
dicunt eſſe deum ſine aliqua corporali quā/
titate et cum tribus iſtorum deus mundum
creauit.que vocantur corona intelligentia et
regnum.et non eſt differentia inter iſtos et
chriſtianos niſi in vocabulis quoniam ſi ip
ſi intelligerent legem chriſti prout ipſam co/
gnoſcunt chriſtiani. Videretur nullam eſſe i
ter eas differentiam realem ſed tantummo/
do vocalem et non eſt mirum ſi doctores ali
qui hebreorum inter gentes aliquid de my/
ſterio trinitatis non ſunt conuerſi ad fidem
chriſti.quia poſſibile eſt ꝙ deus eis gratiā
non inſpirauit propter eorum peccata qui di
ſpoſitionem primam nullatenus optauerūt
Et propter multa alia temporalia quibꝰ
erant inuoluti que viam ſalutis impediunt.
Sic et moderni iudei non minus obnubila
ti et inuoluti non recte ſed ex obliquo ince/
dentes predictam veritatem queſtionibus
varijs et euaſionibus confuſis inuoluunt
ipſi ſūt d̄ q̄bꝰ dicit ſalomō Eccs.vij.deꝰ fecit
hoīē rectū et ipſe immiſcuit ſe ifinitiſ q̄ſtionibꝰ

Tercio accedunt naturales phi et videamꝰ
quid de trinitate ſenſerūt. Primus fuit adā
magnus naturalis qui dixit ſm iuuenalem
et Hyeronimum manus dei tres digiti for/
mauerunt corpus meū et extraxerunt coſtaʒ
per tres digitos tres perſonas intelligens et
per manum dei vnitatem eſſentie. Secundꝰ
phs fuit Abraā in lege nature qui tres ange
los vidit ſed vnuʒ adorauit. Gen. xviij. tres
vidit quia fide tres perſōas credidit ſed vnū
adorauit qꝛ vnus deus adoratur ſub ratio/
ne vnius maieſtatis deitatis et eſſentie. Ter
cius phus fuit plato qui in vij. libro plato/
nicorum dicit ꝙ ſicut non eſt dare intelligē/
tiam creatā ſine trinitate creata videlicet itel
ligere poſſe velle ſic nec intelligentiam incre
atam ſine trinitate increata que eſt poſſe itel
ligere et velle. et iſte plato vt ponit macrobi
us ſuper ſomnum ſcipionis et beatus augu
ſtinus. x. libro de ciuitate dei. c. xix. et. vij. li.
confeſſionuʒ. c. ix. dicunt ꝙ iſtud. In princi
pio erat verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbū hoc erat in principio apd
deum omnia per ipſum facta ſunt et ſine ip/
ſo factū eſt nihil. quod factū eſt in ipſo vita
erat. Fuit inuentum in libris platonis et ſic
patet ꝙ cognouit pluralitatem perſonarum
Quartus phs fuit ariſtotiles qui vnitatē eſ
ſentie oſtendens. viij. Phiſicorū i fine dicit
vnum motorem penitus immutabilē eter/
num et infinite virtutis et potentie ſuper om
nes celos reſidens et in. xij. methaphiſice in
fine dicit. Entia nolūt male diſponi nec eſt
bonū pluralitas principatūū vnus ergo pri
ceps a quo dependet celū et tota natura. Sʒ
trinitatem in deo oſtendens dicit in princi/
pio primi libri de celo et mundo. Res omnes
ſunt tres et diuiduntur in tres hic quidē nu/
merus eſt omnis rei et ſignificat trinitatem
rerum ita ꝙ in omni re eſt inuenire trini/
tatem: et nō ſolū in creaturis ſed etiam i cre/
atore. addit vltra. nos vero non extraximus
hunc numerū niſi a natura rerū et retinuimꝰ
ipſum ſimilē legi earū. et ꝑ hūc quidem nu/
merū adhibuimꝰ noſipſos magnificare vnū
creatorē iſti eminētem ꝓprietatibus eorū q̄
ſunt creata. et non cognouit iſte perſonas
diſtincte tamen cognouit appropriata.
Quintus phs fuit hermes termegiſtꝰ rex egy
pti qui teſte lincolnienſe in libro interpretato
no primi gregarū. c. xxxiij. ſic ait deꝰ ē lumē
ante lumen intelligibile et nihil aliud ē eiꝰ
vnio ꝙ ſpiritus omnia continēs et verbum
ipſius perfectū exiſtens et genitum. ergo ibi
eſt vnio in eſſentia et lumen deꝰ pater eſt ſpi/
ritusſanctꝰ omnia continens et verbū patris
id eſt filius omnino equalis. Et iterū idem
dicit monos gignit monadē et in ſe ſuū re/
flectit ardorem. Ecce quid dicit loquens de
deo: monos. i. vnus pater genuit monadē.
id eſt vnū filium et in ſeipſum. ſ. pater refle/
ctit ardorē. i. ſpmſanctum. Sextus phs fuit
eſculapius primus medicus qui in vno deo
ponit actum ſermonem et virtutē vt patet in
libro ſuo de interogationibus. Septimus
phs fuit porphirius qui teſte Auguſtino
libro. x. de ciui. dei. c. xxiij. predicat in diuis
patrem et filium et horuʒ medium. Octauꝰ
phs fuit plutarcus magiſter traiani impera
toris qui habuit reſponſum ꝙ homines nō
poterant ſaluari ſine patre et filio et ſpiritu/
ſancto. Et ideo fecit laminam et poſuit in ſe
pulchro et inuenta eſt ſcriptura litteris aure/
is. p. capiti. f. ori. ſ. pectoris cordi. per. p. pa/
trem. per. f. filium. per. ſ. ſpmſanctum intelli/
gens. Si aliquis quereret cum iſti fuerunt
gentiles philoſophi. et myſterium ſancte tri/
nitatis ſit indemonſtrabile. et archanum
quomodo habuerunt talem noticiam de tri
nitate diuina. Reſpondet illuminatus doc/
tor franciſcus de maronis in conflatu ſuo
ſuper primo ſententiarum diſtinctione ſecū/
da queſtione quarta dicens. ꝙ multa pro/
babilia et probabiliter enūciata dixerunt et
propter nos multa per reuelationem habue
runt. Quarto accedat vniuerſitas artium
liberalium et oſtendat nobis ſi quid ſentiat
de myſterio trinitatis. Unde vna grāma
tica eſt in eſſentia ſed tres ſunt perſone de
quibus tractat ſcilicet prima que de ſeipſa
loquitur vt ego. ſecunda ad quam prima lo
quitur vt tu. et tercia de qua fit ſermo inter
primam et ſecundam vt ille. Sic pater in
diuinis loquitur de ſe et a ſe tanꝙ prima per
ſona. filius vero eſt ſecunda perſona ad quā
loquitur pater pſalmo ſecundo. Domi/
nus dixit ad me: filius meus es tu. ſed ſpi/
ritusſanctus eſt de quo fit ſermo. Johannis
xv. cum venerit paradytus quem ego mit/
tam vobis a patre. Loyca vero dicit ꝙ i
vna ꝓpoſitione ſm eſſentiā ſunt tria diſtincta
ſcʒ ſubiectū. predicatum et copula. et in vno

ſyllogiſmo ſm eſſentiã eſt maior propoſitio minor et concluſio que adiuicẽ diſtinguuntur. et in ſyllogiſmo demonſtratiuo maior ẽ per ſe nota. et ſic a nullo minor a maiore pullulat cum ſub ea accipiatur. et concluſio ab vtroq; ſm mentẽ Ariſto. Rethorica dicit. ĩ vno dictamine vnius pagine ſm eſſentiam ſunt tria diſtincta. ſ. perſona que loquitur. et ſecunda ad quã loquitur. et ipſa littera media inter primam et ſecũdã. Geometria dicit. in vno edificio ſiue corpore ſm eſſentiam ſunt tria diſtincta. ſ. longitudo. latitudo et profunditas. Muſica dicit. in cantu vno organico ſm eſſentiam ſunt tres diſtincte voces. ſ. tenor: quinta et octaua. Ariſmetrica dicit. vnus numerus par ſm eſſentiam diſtinguitur in pfectũ. ſuperexcreſcentem. et excreſcentẽ: vt patet his tribus numeriſ. ſ. xij. viij vi. quorũ vterq; eſt numerus par ſm eſſentiam. et ſic conueniunt. differunt tamen. qꝛ partes aliquote de. xij. que ſunt vnũ et duo tres et quatuor et ſex ſimul ſumpte reddent plus ꝙ̄ ſuum totum quia reddunt. xvi. et ideo dicitur ſuperexcreſcens: Et ptes aliquote de octo: que ſunt. vnũ duo quatuor reddũt minꝰ ꝙ̄ ſuũ totũ. qꝛ ſolum reddunt ſeptem. et idẽo dicitur numerus excreſcens. i. nõ creſcens in ſuum totum. Partes vero aliquote de ſex q̃ ſunt vnũ duo et tres reddunt integre ſuũ totum quia faciũt ſex. nec plus nec minus: Et ideo dicitur numerus perfectꝰ: vt dicit Iſid. iij. ethimologiarum. ca. vi. et vocatur pars aliquota que aliquotiens ſumpta reddit ſuum totum. Aſtronomia dicit ꝙ in vno celo per eſſentiam eſt ortus. occaſus et motus ſtellarum: vt notat predictus Iſidorus i. iij ethimologiarum ponendo differentiam inter aſtronomiã et aſtrologiã. quoniam pria dicit quod dictũ eſt. ſecũda vero vltra illud dicit auguriationẽ in ſtellis. et ideo quo ad hoc eſt ſuperſtitioſa ſcia. His additur naturalis prophetia. que vna ſm eſſentiam põit tria rerũ principia. ſ. materiã. formã et priuationem. nec expers erit methaphiſica a laudibus trinitatis diuine. cum ipſa conſideret ens in ꝙ̄tum ens quod eſt vnum ſm eſſentiam. ſunt tamen in ea tres paſſiones diſtincte. ſ. vnum verũ bonũ. vnum repreſentãſ patrem qui eſt prima perſona. ſicut vnitas eſt principium numeri. Veritas que eſt obiectum intellectus repreſentat filium qui eſt veritas et productus p modũ diuini intellectꝰ Bonitas repreſentat ſpũmſanctũ. qꝛ bõitas eſt obiectũ voluntatis ſpũſſanctus producit per modũ voluntatis ſm Aug. Quinto et vltimo accedat mundus cum ſuis creaturis. et declarat trinitatem eſſe in creatore. Et patet primo ꝙ mundus in ſe vnus per eſſentiam diſtinguitur in ſupercelestia q̃ ſunt angeli et in celeſtia que ſunt celi. et in ſubceleſtia que ſunt quatuor elementa cum elementatis. Secundo ſe offert natura angelica que in ſe vna diſtinguitur in tres hierarchiaſ ſcꝫ ſuperiorem. mediam et inferiorem ſecundũ Dyoniſium de angelica hierarchia. Tercio ſe offert ſuperior hierarchia in qua deus vnus eſt in thronis vt maieſtas in Cherubi vt veritas in Seraphi vt charitas. Quarto ſe offert quilibet angelus et quelibet ratiõalis anima. qui cum ſit vnus. et aĩa vna in ſua eſſentia eſt tamen in eis trinitas potentiarum ſcꝫ memoria. intellectus et voluntas. et hec ĩ creaturis vocatur ymago dei. qꝛ nihil eſt ſimilius in creaturis trinitati diuine pro eo ꝙ ſicut tres perſone ſunt vna eſſentia ſic tres p̄dicte potentie ſunt vna anima eſſentialiter et non tres anime. Et ſicut tres perſone habẽt ordinem inter ſe non temporis ſed originis vel naturalis intelligentie vt ſicut pater dicitur prima perſona. filius ſecũda. et ſpũſſanctus tercia. ſic in anima memoria dicitur prima potentia que eſt fons et thalamuſ omnium intelligibilium ab anima. intellectus eſt ſecunda potentia. voluntas vero tercia. q̃a ſecũdum Auguſtinum: nihil volitum niſi p̄cognitum. Item ſicut diuine perſone non diſtinguuntur ab eſſentia realiter. diſtinguũt tamen inter ſe realiter per origines ſuas ſiue relationes. ſic et potentie anime diſtinguũt inter ſe formaliter. ſed quatenus ſubſunt actibus ſuis qui ſunt memorari. intelligere et velle realiter diſtinguuntur. Item ſicut deuſ eſt vbiq; preſens in macrocoſmo. i. maiori mundo. ſic et anima rationalis in microcoſmo. i. minori mundo: Ipſa enim dicitur eẽ tota in toto. et tota in qualibet pte. quia aĩa rationalis que tota eſt in pede hominis intelligit non ut eſt in pede. Eſt ergo merito aĩa rationalis ymago dei. quia expreſſius repreſentat trinitatem diuinam ꝙ̄ quecunq; alia creatura. Et hinc eſt ꝙ cum deus formauit hominem dixit. Faciamus hominẽ ad yma

gīnē et ſimilitudinē noſtrā: Gen̄.i. Quinto
ſe offerunt ſpere celeſtes. qꝛ cū̄ quelibet ſpe-
ra ſit in ſe vna diſtinguitur tamē in circulum
planetā et virtutē. Sexto ſe offert ſol. qui cū̄
ſit in ſe vnicus in eſſentia. diſtinguitur tamē
in corpꝰ. ſplendorē et calorē quē ꝓducit. Se
ptimo ſe offert ignis. qui ſimiliter cū̄ ſit vnꝰ
in natura. in eo tamē eſt tria cōſiderare. ſicut
dictū̄ eſt de ſole. et iſtud exēplū̄ ponit Aug:
de proceſſiōe filij a patre. et ſpūſſācti ab vtro
qꝫ. et ſi ignis eſſet eternus eternaliter calor ꝓ
cederet ab eo. et ſplēdor ꝓcederet realiter ab
vtroqꝫ ſicut eſt in diuinis. Octauo ſe offert
aer qui vnus in natura trinus eſt. in corpoꝛ
caliditate et humiditate. Nono ſe offert aq̄
que vna etiā in natura trinitatē dicit in cor-
pore. humiditate et frigiditate. Decimo ſe of
fert terra que in ſe vna trina tamē ē. i corpe.
ſiccitate et frigiditate. Sic poſſet explificari
de omnibus creaturis. in quibꝰ et ſi nō ple-
ne illa beata trinitas exprimitur relucet tam̄
in eis veſtigiū̄ trinitatis. In confirmationē
omniū̄ predictorū̄ offerūtur due rationes.
Una quā̄ facit Aug. in lib. lxxxiij. queſtio
nū̄. quia aut deꝰ noluit et potuit ſe ſūme cōi
care. aut potuit et non voluit. aut voluit et n̄
potuit. aut nec voluit nec potuit. aut voluit
et potuit ſed neſciuit. Non ē dicēdū̄ ꝙ potu
it ſed nō voluit. quia tūc inuidus eſſet. Con
ſtat autē ꝙ inuidia nō cadit i deo ꝓpter im-
pfectionē. Unde primo methaphiſice dicit
contra ſymonidē. Diuinū̄ nō inuidet. nec ē
dicēdū̄ ꝙ voluit et non potuit. qꝛ tunc impo
tens eſſet quod falſum eſſet. Nec eſt dicendū̄
ꝙ nec voluit nec potuit. quia tunc impotenſ
et inuidus eſſet quod peius eſt. Nec eſt dicē
dū̄ ꝙ potuit et voluit ſed neſciuit. qꝛ tunc de
us eſſet ignarus quod eſt abſurdū̄. Relinq̄
tur ergo ꝙ deus voluit. potuit et ſciuit ſe ſu
me cōicare. et cū̄ in perpetuis non differāt eē
et poſſe: vt patet. iij. phiſicorū̄. Sequitur ꝙ
deꝰ ab eterno ſe ſūme cōicauit habēdo dile-
ctū̄. i. filium. et dilectionē ſiue cōdilectū̄. id ē
ſpm̄ſſāctū̄: Secūda rō q̄ offertur eſt doctoriſ
ſubtilis ſcoti in primo ſententiarū̄ diſtincti-
one. ij. in reſponſione ad terciā̄ queſtionē q̄
talis eſt. Ubicūqꝫ ē inuenire pricipia ꝓduc-
tiua aliquorū̄ ſine impfectiōe: illa ſuppoſi-
ta in q̄bus inueniunt̄ poſſunt talia ꝓducer̄
quorū̄ habēt pricipia ꝓductiua cū̄ non poſ-
ſunt ipediri. Sed in diuino ſuppoſito. ſ. i pa
tre eſt inuenire principiū̄ productiuū̄ noticie
genite. ſ. memoriā̄ fecūdā̄ que eſt obiectum
cū̄ intellectu. et principiū̄ productiuū̄ amo-
ris ſpirati quod eſt obiectiuum cū̄ volunta-
te. ergo ſuppoſitū̄ diuinū̄ habens iſta duo
principia productiua pfectiſſime poterit pro
ducere noticiam genitā̄ et amorem ſpiratum
talia autem in diuinis nō poſſunt eē niſi ſb
ſiſtentia cū̄ inherentia dicat i perfectionē. er-
go in diuinis ſunt ꝓducta duo ſubſiſtētia:
et vnum ꝓducens diſtinctū̄ perſonaliter ab
eis. Et ſi forte dicat iudeꝰ. ſicut ponis tres
perſonas in deo: ita poſſent poni plures alie
Reſpondet ſanctꝰ Thomas i ſumma cōtra
gentiles lib. viij. c. xxxvi. ꝙ diuine perſone
multiplicari non poſſent niſi ſm ꝙ exigit ꝓ
ceſſio intellectꝰ et volūtatis in deo. nō eſt au
tē poſſibile ꝙ in deo ſit niſi vna ꝓceſſio ſm
intellectū̄. eo ꝙ ſuum intelligere eſt vnum et
ſimplex et perfectū̄. quia intelligendo ſe itel-
ligit omnia alia a ſe. et ſic non poteſt eē i do
niſi vna verbi proceſſio. Similiter autem
oportet et ꝓceſſionem amoris eſſe tantum
vnā̄. quia etiam diuinū̄ velle eſt tantū̄ vnū̄
et ſimplex. amando enim ſe amat omnia a-
lia. non ē igitur poſſibile ꝙ ſint in deo niſi
due perſone procedentes. vna per modum i
tellectus vt verbū̄. ſ. filius et alia per moduꝫ
amoris vt ſpūſſanctus. Eſt etiam et vna ꝑ-
ſona non procedens. ſ. pater. Solū̄ igit̄ tres
perſone in trinitate eē poſſunt. Item ſi ſm ꝓ
ceſſionē oportet ꝑſonas diſtingui modꝰ aut
ꝑſone q̄tū̄ ad ꝓceſſioneſ non pōt eſſe niſi tri
plex: vt ſcꝫ ſit aut omnino nō procedens q̄d
patris eſt. aut a nō procedente procedens ꝙ
filij eſt. aut a procedente procedens quo ſpi-
ritusſancti eſt. Impoſſibile eſt igitur ponere
plures q̄ tres perſonas. Benedicamus er-
go patrem et filium cū̄ ſanctoſpū̄: laudemꝰ
et ſuperexaltemus cum in ſecula. Etiaꝫ hec
pro preſenti ſufficiant de iſta materia:

Contendit iudeus probare ꝙ xp̄iani ſūt
ydolatre quia adorant ſacramētū̄ altaris: et
propter venerationē ymaginum.

v

Jceſimūquartū et vltimū argumē
tum iudeorū eſt cōtra adorationē
xp̄i. et ſacramēti altaris: ac etiā cō/
tra adorationē ymaginū. Dicūt ei
iudei ꝙ xp̄iani ſunt peſſimi ydolatre adorā
tes xp̄m purū hominē tanꝙ deū. et q̄ꝺ pciꝰ
eſt hoſtiā de frumēto ab eis formatā et coc/
tā adorāt ſicut deū q̄ꝺ eſt deriſibile. et poſt/
ea comedūt q̄ꝺ eſt horribile. Adorant etiā
ymagines opera manuū hominū. Jllꝺ au
tem eſt contra legē dei Deutro. vi. Dominū
deū adorabis. ſ. maieſtatē diuinā in eo ſolo
ꝓfitendo. Jtē Exod. xx. Non facies tibi ſcul
ptile. nec omnem ſimilitudinē que eſt i celo
deſuꝑ et que in terra deorſum. nec eorū que
ſunt in aq̄s ſubtꝰ terrā. nō adorabis ea nec
coles. Jtē deutro. lib. et Leui. xxvi. Non fa/
cietis ydolū et ſculptile. nec titulos erigetis
nec inſignē lapidē ponetis in terra veſtra vt
adoretis eū. Jtē Deutro. xxvij. Maledictus
qui facit ſculptile et cōflatile. non ergo d̄bet
adorari homo. nec panis nec aliqua ymago
ſiue creatura. Ad iſtud argumētū reſpondet
quo ad primū. ſ. de xp̄o. quod fuit oſtenſum
pleniſſime in primo libro et in ſolutionibus
argumentorū p̄dictorū huius tercij libri ꝙ
Jhs nazarenꝰ eſt verꝰ meſſias in lege et pro
phetis ꝓmiſſus. Oſtenſum ē etiā quomodo
eſt verus deꝰ et verus homo ſicut patuit i ſo
lutione. xxij. argumenti. Et in p̄io libro con
ſideratione. iij. articulo primo. in quadrupli
ci examine: Et conſequenter ihūs nazarenꝰ
eſt latrie adorandus. nec ex hoc ydolatre ſūt
xp̄iani adorantes verū deū. Ad illud autē
quod dicūt de adoratione eucbariſtie ꝙ ibi
ſit ydolatria. Dicēdū ꝙ nō eſt verū ſm Ni/
colaū de lyra in tractatu contra iudeū nequi
ter arguentē. Non ei adoratur panis. quia
nō eſt ibi. ſed eius ſubſtantia conuerſa eſt in
ſubſtātiā corporis xp̄i v̄tute diuina ad pro
latione verborū cōſecrationis que ſunt ipſiꝰ
xp̄i veri dei effectiue ſeu principaliter. Jpſiꝰ
autem ſacerdotis ꝓlatiue ſeu miſterialiter.
Verbū autē diuinū eſt tante virtutis ꝙ per
ipſū factū eſt celū et terra de nihilo. vt patet
Gen̄. i. et pſalmo. cxlviij. dixit et facta ſunt:
et multofortius pōt cōuertere vnā ſubſtātiā
in aliā. Patet etiā per exemplū Exod. xxiiij
capi. vbi dicitur. ꝙ diuia virtute virga moy/
ſi cōuerſa eſt i ſerpētē. Et Exo. vij. aque egy
pti cōuerſe ſunt in ſanguinē. Et ſi dicas ꝙ
iſta nō ſunt cōuerſa virtute verborū falſum
eſt. Legimꝰ ei numeri. xx. ꝙ deficiente aqua
dixit dominꝰ ad ſacerdotes Moyſen et aarō
Loquimini ad petrā: et illa dabit vobis a/
quas: et ad verbū eorū ſm pſal. conuertit pe
trā in ſtagna aquarū: et rupē in fontes aqua
rum. Facilꝰ autē videt panē in corpus: et vi
nū in ſanguinē ꝙ petrā i aquā mutare. Qꝺ
autē poſſet conuertere vnā ſubſtāciā in aliā
manētibꝰ accidētibꝰ ꝓbat. q2 deꝰ nō attingit
ſubſtātiā mediātibꝰ accidētibꝰ: ſicut facit a/
gens naturale. ſed eā attingit imediate. et iō
pōt illā ſubſtātiā in aliam cōuertere manen
tibꝰ accidētibꝰ eadē virtute. Ad hoc autē ha
betur aliquo modo exēplū Gen̄. xix. vbi di/
citur ꝙ vxor Loth reſpiciēs retro verſa fuit i
ſtatuā ſalis. Per hoc eni ꝙ dicitur ſtatua vi
det ꝙ remanſerit figura ſubſtantie corporal'
ſubſtātia in ſal mutata. ſic igit̄ diuia virtute
cōuertit̄ panis ſubſtātia i corpꝰ xp̄i accidēti/
bꝰ remanētibꝰ panis. Aīa vero xp̄i realiter
cōiūcta eſt ſuo corp̄i. et ſimiliter deitas in ꝑ/
ſona filij. et ſic ſub ſpeciebus panis et corpꝰ
xp̄i ex vi cōuerſionis vel trāſubſtātiationis
anima eius et deitas ex cōcomitantia reali
et inſeparabili. et per conſequens ibi eſt to/
tus xp̄us verus homo et verus deus latria
adorandus. et ſic non eſt ibi ydolatria non
enim adorantur ſpecies panis viſibilis tan
ꝙ deꝰ. ſed ipſe xp̄s inuiſibilis exiſtens ſub il
lis ſpeciebus. Simile habet̄ quodāmodo
Exo. iij. vbi dicitur ꝙ xp̄s appꝑuit moyſi in
flāma ignis in medio rubi. et non eſt dubiū
quin moyſes adorauit deū quādo dominꝰ
dixerat moyſi. Solue calciamētū de pedibꝰ
tuis etc̄. nec tn̄ adorauit ignē illū ſiue flāmā
tanꝙ deū. ſciebat ei. moyſes hoc ipoſſibile
eſſe. ſed adorauit deū inuiſibilē ſub ſimilitu
dine viſibili apparētē. Et idē dicēdū eſt de
alijs apparitionibꝰ diuīs factis ſanctis pa/
tribꝰ. ſicut. iij. Reg. xix. c. apparuit Helye ī
ſibilo aure tenuis. Quod autē arguitur vl/
tra ꝙ xp̄iani comedūt corpus xp̄i ꝙ eſt hor/
ribile. Dicendū ꝙ verū eſſet ſi acciperēt in ꝓ
pria ſpecie. ſed ipſū accipere ſub ſpeciebꝰ pa/
nis non eſt horribile ſed magis ſuaue et ve
nerabile. Non enim ipſe xp̄s vel eius corpꝰ
in iſta comeſtione frangitur vel atteritur den
tibus ſiue laceratur ſicut ymaginātur iudei:
ſed ſola ſpēs pānis frāguntur et atteruntur. q̄
bus cōſumptis deſinit ibi eſſe corpus xp̄i. ſꝫ

remanēt huius ſacramēti effect⁹ q̄ eſt aie re
fectio per augmētum gratie. et ſic patet ꝙ co
meſtio iſta ſuauis eſt et veneranda. et ꝓpter
hoc ſaluator dicit Johis. vi. Ego ſum pāis
viu⁹ qui de celo deſcendi. ſi quis manduca-
uerit ex hoc pane viuet ineternū. Hoc etiam
fuit ꝑdictū pſalmo. lxxi. qui ſm doctores an
tiquos hebreorū exponitur de xpo. In prin
cipio eñi huius pſalmi cū dicitur. Deus iu-
diciū tuū regi da. Glo. hebraica dicit. Iſte ē
rex meſſias. de quo dicitur Iſa. xi. c. Egre-
dietur virga de radice yeſſe etc̄. Et in ꝓceſſu
huius pſalmi dicit̄ de ipſo. Erit firmamētū
in terra in ſummis mōtiū. vbi littera hebrai
ca habet erit placēta tritici in terra in capite
mōtiū. et tranſlatio Hyeronimi iuxta hebra
icū. Erit memorabile triticum in terra in ca-
pite montiū. Tranſlatio chaldaica habet.
Erit oblatio frumēti in terra. ex iſtis tribus
videt̄ ꝙ lr̄a noſtra fuerit corrupta ꝑ ſcripto-
res ponētes firmamētū ꝓ frumētū ex ſimili
tudine dictionū. Patet igit̄ ex dictis ꝙ d̄ re
ge meſſia dictū fuit in hoc pſalmo: ꝙ futur⁹
erat frumentū in terra in ſummis montium
vel oblatio frumēti in terra in capite montiū
quod iṗletū eſt in ſacramēto euchariſtie in
quo xp̄s ſub ſpeciebus panis tritici cōtinet̄
et ſuꝑ capita ſacerdotū vt adoret̄ a populo
eleuat̄. Qui ſacerdotes ꝓpter altitudinē ſtat⁹
mōtes appellātur. ꝓpter qd̄ ſaluator Joh.
xij. grano frumenti ſe cōparet et dicit niſi gra
nū frumēti cadēs in terra mortuū fuerit. etc̄.
De bonitate aūt ſacramenti eucharistie dicit
rabi moyſen hadarſam exponēs ſuper Gen̄
illud Oſee. xi. et declinaui ad eū vt veſceret̄.
Littera hebraica talis eſt. inclinabo ad eum
eſcā. quod exponens iſte doctor et loquens
in perſona dei ſicut et Oſee ꝓpheta. rabi ille
dicit in fine. inclinabo ad eū. i. ad populum
iſrael. eſcā bonā et ſuauē cui nō eſt alia ſimi
lis de qua dicitur pſalmo. lxxi. Erit placen-
ta frumēti in terra in capite etc̄. De iſta mate
ria vide quedā pulchra ſupra argumēto. xiiij
Patet igitur ex ſupradictis ꝙ adorare euka
riſtiā non eſt deriſibile. ſed ſanctū et venera-
bile nec eā ſumere eſt horribile. ſed deuotū
et delectabile bene diſpoſitis ad hanc eſcaꝫ.
ꝓpter qd̄ aplus. i. Cor. xi. ꝓbet autē ſeipſū
homo et ſic de pane illo edat et de calice bi-
bat etc̄. Et hoc fuit figuratū i mā̄na populo
iſrael dato Exod. xvi. de quo Sap. xvi. Pa
nem paratū de celo preſtitiſti eis ſine labore
omne delectamētū in ſe habētē et omnis ſa
poris ſuauitatē. De iſta materia āplius dice
tur cū dei adiutorio infra cū mouebitur bel-
lum iudeorū per argumenta ex natura aſſū
pta. Ad illud autē quod arguūt iudei de ſcul
ptilibus et ymaginibus. Reſpōdet̄ et ṗrio
declaro quid eſt adoratio: Secundo quot
modis ſumit̄. et tandem quali veneratione
ſanctorū ymagines venerande ſunt ex quib⁹
patebit ſolutio ad allegata per iudeos. De
primo dicitur ꝙ adoratio nihil aliud eſt ꝙ̄
quedā veneratio ſeu reuerentia alicui exhibi
ta ratione dignitatis ſuperioris et excellentie
Pro ſecundo iuxta doctorum ſacre theolo-
gie traditionē nos habem⁹ adorationeꝫ ſeu
veneratione que latria dicitur. et habemus
que dulia nominat̄. et habem⁹ que yꝑdulia
nominat̄. Latria enim dicitur cultus ſoli
deo trino et vno debitus. hoc etiā exꝑimur
in omni republica obſeruari. ꝙ ſummus re-
ctor aliquo ſigno ſingularis pre ceteris ho-
noratur ꝙ ſi alicui alteri deferretur foret cri-
men leſe maieſtatis. Et ideo in ſacro codice
ſtatuit̄ pena mortis his qui diuinū honorē
alijs exhibēt vt patet Exod. xxij. nec iſtū ho
norem ſiue adorationē ipſi deo exhibem⁹ ꝓ
pter ipſum qr ipſe eſt gloria et honore ꝑditiſ
ſimus cui nihil a creatura addici pōt ſed ꝓ-
pter nos: qm̄ ꝑ hoc ꝙ deū reueremur et a-
doramus mens noſtra ei ſubijcitur et i hoc
eius ꝑfectio conſiſtit. Res enim quelibet ꝑ-
ficit̄ ꝓpter hoc ꝙ ſuo ſuꝑiori ſubditur. ſicut
corpus per hoc ꝙ ab anima viuificatur. et
aer per hoc ꝙ a ſole illuminatur. Dulia vero
dicitur cultus vel reuerentia debita rōali cre
ature ſuperiorē ordinē tenēti ſicuti ſunt pre-
lati domini vel magiſtri. Yperdulia eſt cul-
tus ſiue honor dignior dulia debitus carni
xp̄i aſſumpte a verbo diuino. teſte gloſa ſuꝑ
illud pſalmi. Adorate ſcabellum peduꝫ e⁹
Circa vero ymaginū venerationem dicitur
ꝙ xp̄i ymago et crux et alie ſanctorum yma-
gines dupliciter poſſunt conſiderari: Uno
modo vt ſunt ymagines dei aut virgīs ma
rie ſeu ſanctorū. deū vel virginē mariaꝫ. aut
aliquē ſanctorū repreſentantes. Secūdario
vt ſunt quedā res puta aurū et argentum li-
gnum ſiue lapis. et illo ſecundo modo con
ſiderando nulla veneratio eis exhiberi debꝫ
immo crimen ydolatrie incurreret, qui vt ſūt

ſolū res q̄dā ipſas venerareṫ. Alio mō pn̄t
conſiderari vt repreſentāt ihm xp̄m aut vir
ginem mariā ſeu ſanctos paradiſi. et ſic vti/
q̄ȝ venerari debēt etiā eadē veneratiōe qua
ymaginatū veneratur. et ita crux xp̄i et eius
ymago venerari debet adoratione latrie. y/
mago autem virgis marie. aliorūq̄ȝ ſancto/
rū venerari debēt veneratione dulie: qꝛ tot⁹
honoꝛ refertur ad ꝓthotypuȝ. i. ad exēplar
ſeu ymaginatū et hec eſt opinio Thome in
iij. ſententiarū. diſtinctione. ij. Sed cōtra eā
obijcit magiſter Robertus holgot ſuper li/
bꝛo ſapiētie lectiōe. c. lviij. pꝛimo qꝛ latria ē
honoꝛ ſoli deo debitus. ſed nulla ymago ē
deus. ergo nulli ymagini debetur talis ho/
noꝛ imo cōtradictionē includit. vel īducit di
cere q̄ latria ſit honoꝛ ſoli deo debitus et ta
mē q̄ debeaṫ ymagini xp̄i. ꝑterea ſi ideȝ ho
noꝛ debeaṫ ymagini xp̄i et xp̄o idē honoꝛ d̄
betur lapidi et xp̄o. et per cōſequēs debetur
idem honoꝛ deo et creature qd̄ non eſt dicen
dū. Preterea qui honorat aliquid honore la
trie cōfitetur illud eē deū. ergo ſi aliq̄s poſſit
licite ymaginē honorare cultu latrie pōt lici
te ꝓteſtari et cōfiteri aliud a deo eē deū. Jō
aliter pōt dici q̄ nulla adoratio debeṫ yma/
gini nec licet ymaginē adorare. Uera enim
adoratio eſt in ſpū et deuotione et amore ſū
mo. et iſtū nullo modo debem⁹ in aliquam
creaturā dirigere qꝛ tn̄ ꝓpter ymaginē xp̄i ex
citamur ad adorandū xp̄m. et corā ymagīe
adorationē noſtrā facim⁹. Dicitur large lo/
quēdo q̄ ymaginē adoramus. Unde dicit
ꝑdictus doctoꝛ videṫ mihi dicēdū q̄ nec a/
doro ymaginē xp̄i qꝛ lignū. nec quia ymago
ſed adoro xp̄m corā ymagine xp̄i qꝛ ē yma/
go xp̄i. et excitat me ad adorādū xp̄m. et ſic
exponit Johānes damaſcenus libro. iiij. c.
iiij. vbi videṫ dicere q̄ ſanctorū ymagines
adorari hoc intelligo ſic q̄ ꝓpter ymaginis
repreſentationem licet mihi coram ymagine
ſanctum cuius eſt adorare. et eo modo intel
ligo Thomā et baſiliū et totū eccleſie ritum
hec ille. licet hoc rationabiliter videatur dic/
tū et poſſet ſatis ſuſtineri ac per hoc iudeis ſa
tiſfacere. quia tamen loquendum eſt vt plu
res. ſapiendū vero vt pauci et cōis opinio te
net oppoſitū ideo eam ſequendo ad ea que
iudei dicunt reſtat reſpondere. Cum ergo di
cant iudei q̄ ſacra ſcriptura vetat facere ſcul
ptile et illud venerari. Dicitur q̄ anteq̄ de⁹

eſſet humanatus facere ymaginē dei erat i/
pietatis cū ſm̄ diuinā naturā ſit infigurabil̄
inuiſibilis et inſenſibilis. ſed per carnis nr̄e
aſſumptionē factus eſt viſibilis: ſenſibilis
et palpabilis. et ita figura non eſt īpietatis
ſed pietatis. et hoc ꝓpter doctrinā et inſtructi
onem noſtrā ac paſſionis xp̄i recordationeȝ
imo ipſe deus factus homo. ſ. xp̄s ihūs. eaſ
pꝛimo tradidit. Nam ipſe pꝛimo pīxit yma/
ginem ſuā tradiditq̄ȝ pictori nō potenti eaȝ pi
gere. miſſo ab abagoꝛo rege vt dicto regi tra
deret vt patet in eccleſiaſtica hiſtoꝛia et notat
Damaſcen⁹ in ſententijs libꝛo. iiij. c. viij. cū
eni pictoꝛ non poſſet in faciem xp̄i aciē viſus
ſui defigere ꝓpter claritatis choruſcationem
xp̄s deuotionē regis attendens veſtimentū
pictoris faciei applicauit. et ſic ſuipſius yma/
ginē ei miſit. Jtē in die paſſionis ipſe pīxit
vultū ſuū tradiditq̄ȝ veronice et nunc yma/
go illa habetur rome in magna reuerentia
et veneratione. Jtem poſt ſancti apoſtoli pi
xerunt ymaginem xp̄i et matris ſue vt lucas
apoſtolus et euangeliſta. Habentur ymagi
nes rome teſte damaſceno vbi ſupꝛa. Jdeo
ergo pꝛohibite ſunt ymagines in lege veteri
quia tunc deus non erat figurabiliſ. ergo ceſ
ſante cauſa ceſſare debet effectus. Ex quo de
us ē figurabilis poteſt ymago eius fieri ad
venerandum vt dictum eſt. Sic enim iubet
pꝛopheta adorare non ſolū deum. ſed et ſca/
bellum pedum eius quoniam ſanctum eſt.
p̄s. lxxxviij. Unde quia non omnes noſcūt
litteras nec lectioni vacant. Jdeo ſancti pa/
tres ad velociorem memoriam habendam
de triumphis ſanctorum vt ſic alliciantur ad
bonum ymagines inuenerunt. Sic ergo tri/
plex fuit cauſa inſtitutionū ymaginum in ec
cleſia. Pꝛimo ad inſtructionem laicorum q̄
bus ymagines adhibentur loco libꝛorum.
Secundo ad incarnationis myſterium et vt
ſanctorum exempla nobis et frequentius et
recentius infigerentur. Tercio ad excitandū
deuotionis affectum qui magis ex viſis q̄
ex auditis cauſatur. Et q̄uis nulla ſit ſcrip/
turarum de adorandis ymaginibus tradi/
tio. Tamen apoſtoli familiari conſilio ſpiri
tusſancti nonnulla tradiderunt eccleſie obſ/
uanda que non relinquerunt in ſcripturis. ſȝ
in eccleſie obſeruatione per ſucceſſionem fi/
delium ſunt oꝛdinata. Unde ipſemet apo/
ſtolus ad Teſſalonicēſ. vi. ait. ſtate et tenete

traditiones quã didiciſtis ſiue per ſermonē ſcʒ ab ore prolatum. ſiue per epiſtolã. ſ. ſcriptam tranſmiſſam inter quas traditiones eſt ymaginũ veneratio. Quod autē placeat deo ymaginũ veneratio eo modo quo dictum ē et diſpliceat oppoſitũ ſiue earũ ablatio patʒ ex pena philippi et multorum aliorum. Unde legimus in cronicis imperatorũ et ſũmorum pontificũ ꝙ philippo heretico anno domini ſeptingenteſimo treceſimo. regnante. iuſſit ymagines auferri. Anaſtaſius cũ de regno expulit et lumine oculorũ priuauit. Ita et Leo tercius a beato Gregorio tercio acriter correptus eſt et excommunicatus et totam a dño illius ſubtraxit ytaliã. Relicto filio ſuo Conſtantino quinto. p̄re in deſtruēdis imaginib⁹ peiore. qui etiã in nullo auxiliabatur eccleſiã. ꝑterea iꝑeriũ romanũ a grecis ad frãcos extitit tranſlatũ. Vt ponitur extra de electione. c. cũ venerabilē. Frãcorũ ei fauorem et beneficia iã romana eccleſia per pipinum in multis neceſſitatib⁹ experta fuit. Iſte pipinus rex francorũ fecit magnũ ſynodũ cõgregari vbi fuit magna altercatio circa venerationem ymaginum et fuit diffinitum chriſti ac ſanctorũ ymagines eē venerãdas licet heretici contrarium ſuaderent qꝛ eis ſpēs ydolatrie videbat: ſed non ē verũ vt dictũ ē quia ymago fert intellectũ humanũ in ipſuʒ ymaginatum. Unde eas licite adoram⁹ et debita veneratione colim⁹. nec eſt eadē ratio de ymaginibus et ſculpturis ydolorum. qꝛ ibi malignus ſpiritus iungebatur qui in eiſdē dabat reſponſa cui nulla debetur reuerentia ſed non ſic de ſanctis ymaginibus. Satis igitur claret quõ non repugnat ſacre ſcriptur̄ ymaginũ veneratio eo modo quo dictũ eſt. videlicet propter ymaginatum. Et quãtum deo diſpliceat earũ ablatio ex penis nõ ſolũ ſpũalibus ſed etiã corꝑalib⁹ et tēꝑalib⁹ diuina ordinãte iuſticia inflictis. et ex aſſertiõne venerationis earũdē facta per vicariũ ihesu xp̄i cũ ſacra ſynodo vbi error interuenire nõ põt cũ talis ſancta congregatio dirigatur a ſpiritu ſancto. Sed reſtat vnum dubium de ymagibus aſtronomicis que fiũt certis tꝑibus planetis exiſtētibus in quibuſdã locis celi determinatis. Utrũ liceat tales ymagines facere et talibus factis vti ſicut temporibus ſuis vt dicit Robertus holgot ſuper librum ſapientie. lectione. lx. quidam in londonis dicebatur curare a quartana per ymaginem leonis auream ſecundum certas conſtellationes factam. Hic eſt difficile dicere quid eſt verum propter mirabiles operationes corporum quia hoc eſt certum ꝙ nihil ē homini illicitum quod per naturam compleri poteſt. dicit tamen Tho. ſecunda ſecunde: queſtione. lxxxvi. et allegat Auguſtinum. x. de ciuitate dei ꝙ opinio fuit falſa de ymaginibus talibus conſtruendis. verum eſt tamen ꝙ res naturales formas ſuas conſequuntur ex corporibus celeſtibus. ſed ymagines artificiales nullam virtutem conſequi poſſunt ab arte. niſi ratione materie: q̄uis ſecundum Auguſtinum aliquando operatione demonum aliquid efficiunt ſingularibus caracteribus illis impreſſis. qui naturaliter ad nihil valent et tacita pacta cum demonibus ſuffragantur. quibus ab nigromanticarum ymaginibus differunt. que expreſſa cũ demonibus peragunt pacta. Hec autem. xxiij. argumenta iudeorum ſumpta ex lege ſufficiant pro primo bello que vt viſum eſt nullius vigoris ſunt contra noſtrum fidei fortalicium. immo integrum et incorruptum manet ab ictibus eorum quia eſt turris fortitudinis a facie inimici.

De bello iudeorum per argumenta ſumpta ex lege euangelica.

q Uinta conſideratio eſt de iudeorũ bello ſumpta per argumenta ex lege euangelica. Uidentes enim iudei ꝙ ſua argumenta ex lege ſumpta nullius ſunt firmitatis ad expugnandum noſtrum fidei fortalicium. quinimmo per illa eius veritas clarior et fortior eſt oſtenſa tēptare volũt ſi poſſunt et ex dictis euangelicis ſe iuuare. et ex q̃buſdam alijs a xp̄ianis conceſſis vt fidei noſtre fortalicium diruatur ſicut deducit Nicolaus de lyra in tractatu contra iudeum neq̄ter arguentem ex quo tractatu plura hic inſeruntur paucis exceptis que ſuis locis explicabuntur et faciunt totidem argumenta ſicut ex lege ſcʒ. xxiij.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs non eſt verus meſſias quia in eius genealogia ſunt mulieres peccatrices.

P Rimum argumētū iudeorū quo nitantur probare ihesum nazarenū non eſſe verum meſſiam ſumitur ex p͛io capitulo Mathei ſic. Jlle non eſt ver⁹ meſſias in cuius genealogia ponuntur mulieres peccatrices. ſed in genealogia ihū nazareni ponūtur mulieres peccatrices ergo ipſe non ē meſſias. Maior eſt manifeſta q꞉ meſſias debet eſſe ſanctus et bonus et ſic nō debet ī ſua genealogia peccatrices admittere. Mior patet q꞉ Math. i. vbi eſt principiū noui teſtamēti nominātur quatuor. ſ. Thamar Raab Ruth et Berſabee que ſunt ī ſcriptura reprobate. Pria nāqꝫ. ſ. thamar ſub habitu et ſiſtatione meretricis ſuppoſuit ſe iude ſocero ſuo et ſic cōcepit de ipſo phares et zaram Gene. xxxviij. Secūda vero. ſ. raab meretrix cognominatur Joſue. ij. fuit enim genere chananea et ſic videtur fuiſſe mulier luxurioſa vil' et ydolatra. Tercia. ſ. Ruth. fuit de populo Moab qui colebat ydola. Quarta. ſ. Berſabee fuit adultera vt patet. ij. Regū. xi. Ex quo ſequitur ꝙ non fuit vere xp̄s. Pro ſolutione huius malicioſe argumēti hebraici tria ſunt videnda. Primū eſt ꝙ non valet illud quod obijcitur. Secūdū ꝙ in arguēdo falſū ſupponitur. Terciū quare nomina dictarum mulierū in genealogia xp̄i exprimūtur cum hoc pricipaliter videatur querere argumētū Circa primū oſtenditur primo vt dauus retūdatur clauo ꝙ ſimilis ratio vel fortior pt fieri contra meſſiam a iudeis expectatū vn̄ Hiere. xxxiij. Dicitur de ipſo. Ecce dies veniunt dicit dominus et ſuſcitabo. Dauid germē iuſtū. quod oēs hebrei exponunt de xp̄o. Unde et trāſlatio chaldaica q̄ eſt hebraice littere in pluribus locis expoſitiua hꝫ hic: ſuſcitabo dauid meſſiam iuſtū. oēs eni iudei cōfitent̄ de dauid meſſiā deſcenſurum ꝓpter qd̄ Math. xxij. querente ſaluatore a phariſeis cuius filius eſt: dixerūt: dauid. Dauid aūt legitur multipliciter et grauiter peccaſſe. p͛io in morte ſacerdotis nobe p͛io Reg. xxij. c. q꞉ ꝑ omiſſionē cautele debite fuit occaſio mortis ipſorū petēdo panes et gladiū ab achimelech p̄nte doech idumeo ꝓpt quod filio achimelech fugiēti ad dauid dixit. Ego ſum reus omniū animarū domus patris tui et numerus occiſorū ſacerdotū fuit. lxxxv. virorū. et cū hoc ciuitas eorū fuit ſuccenſa et mulieres et puuli trucitati. Jtē peccauit ſecūdo peccato adulterij et etiā raptus vt videtur in vxore Urie: de qua dicit̄. ij. Regū. xi. c. miſſis itaqꝫ dauid nūcijs tulit eā ꝑ potētiā. ſ. regalē. Jtē peccauit tercio peccato homicidij ꝓditorie cōmiſſi Nā vriā fideliſſimū ſibi militē occidit gladio filiorū amō vt ibidē dicitur. Et q꞉ poſtea factū fuit diuulgatū ſurrexit inde ſcandalū magnum. ꝓpter quod dicebat̄ in populo vulgariter de ipſo dauid quō poterat eē ſalus ei qui rapuit ouem et occidit paſtorē. Jtē quarto peccauit grauiter nō ſolū omittēdo punitionē debitā ſed etiā increpationē filij ſui amon de oppſſione violenta ſororis ſue thamar. ij. Regū xiij. dicitur ei ibi. Cū aūt audiſſet dauid verba hec contriſtatus eſt valde et noluit cōtriſtare ſpm̄ filij ſui amon. q꞉ diligebat eū. Jtē quīto peccauit grauiter miſiboſeth filiū Jonathe cuius ſeruū accuſantē dominū ſuū crimine leſe maieſtatis et falſo vt habet̄. ij. Regū. xvi. c. Poſt agnitā innocētiā miſiboſeth et nequiciā ſibe ſerui ſui illū ſeruū quē de iuſticia tenebat̄ decapitare. nō ſolū nō puniuit ſed etiam contra iuſticiā medietatē hereditatis miſiboſeth ei dedit vt habet̄. ij. Reg. xix. ca. Jn hoc etiam fregit iuramētū federis initi inter dauid et Jonatā patrē miſiboſeth vt habetur. i. Reg. xx. c. dicens. Que iurauimus ambo in nomine dn̄i inter me et te. et ſemen meū et ſemē tuū vſqꝫ in ſempiternū: Et ſubintelligitur firmiter ſeruabūtur. et ꝓpter grauitatē huius peccati dicūt doctores hebreorū ꝙ regnū dauid poſtea fuit diuiſū. vnde ſup illud verbū dauid. ij. Regū. xix. c. et tu ſiba diuidite poſſeſſiones dixit glo. hebraica ꝙ tūc venit vox de celo dicēs. Roboā et Hieroboā diuidēt regnū tuū. Jtē ſexto peccauit dauid per ſupbiā in numeratione populi. ij Reg. xxiiij. c. et in tranſgreſſiōe diuini quod habetur Exo. xxx. vbi dicitur ꝙ in numeratione populi pro quolibet capite debebat dari dimidius ſiclus argenti domino quod tūc non fuit factum. et propter grauitatem iſtius delicti mortui fuerunt de populo iſrahel. lxx milia virorū vt habetur ibidē. Hec autē ſcripta ſunt in veteri teſtamento de peccato dō

et forſitã plura alia cõmiſit que nõ ſunt ſcri-
pta. Igiť ſi ꝓpter peccata p̄dictarũ mulierũ
in genealogia ihũ nazareni poſitarũ argu-
unt iudei ꝙ ihũs nazarenus nõ fuit meſſi-
as in lege et ꝓphetis ꝓmiſſus. eadẽ rõe vel
fortiori põt argui: ꝙ meſſias quẽ ipſi ſpec-
tãt deſcenſurũ de dauid qui tot et tantis cri-
minibꝰ fuit irretitus nõ ſit verꝰ meſſias eis ꝓ
miſſus. Itẽ oñditur ꝙ argumẽtũ eorũ non
valet. Frequẽter eñ legũtur hoĩes ſãcti ex pa
rentibꝰ nequiſſimis procreati. et ecõuerſo ex
ſanctis neqſſimi filij ſicut achaz nequiſſimꝰ
genuit ezechiã ſanctiſſimũ qui etiam contri
uit ſerpẽtẽ eneũ quẽ fecerat moyſes. iiij. Re
gum. xviij. c. et ezechias ſanctus genuit ma-
naſſem peſſimũ. qꝛ poſuit ydola in templo
domini. et effudit ſanguinẽ inoxiũ multum
nimis donec ĩpleret ierusalẽ vſqꝫ ad os. iiij
Reg. xxi. c. Similiter amon peſſimꝰ genuit
Joſiã ſanctiſſimũ qui genuit tres filios peſ
ſimos. qui propter peccata ſua traditi ſunt ĩ
manu ĩfideliũ. vnus in manu regis egypti. et
alij duo in manu regis babylonis. vt habe
tur. iiij. Reg. xxiij. et. xxiiij. c. Ex hoc pꝫ ꝙ ñ
habetur argumẽtũ cõtra veritatẽ xp̄i eo ꝙ in
eius genealogia ponũtur peccatores et pec-
catrices cũ iuſtis. Cõſequẽter procedẽdo ad
ſecũdũ oſtendo ꝙ in ſuo proceſſu accipit fal
ſum. Et primo q̃tũ ad hoc ꝙ dicit quatuor
mulieres in genealogia xp̄i numeratas fuiſ
ſe viles ydolatras et reprobatas. nõ tamẽ ĩ-
tẽdo eas totaliter excuſare a peccato ſed a tã
to verba ſũt Nicolai de lyra vbi ſup̄. p̄ria fuit
Thamar. circa cuius excuſatione aliqualẽ
cõſiderãdũ ꝙ ipſi abrahe facta fuit expreſſe
promiſſio de xp̄o Geñ. xxij. In ſemine tuo
bñdicẽtur oẽs gẽtes terre et ꝙ iſtud ſemẽ de
ſcẽderet ꝑ Iſaac y ſmahele q̃tũ ad hoc re-
probato dicẽte ſibi domino. In Iſaac voca
bitur tibi ſemẽ. Itẽ ꝙ deſcenderet de Iſaac
xp̄s. per Jacob: Eſau q̃tũ ad hoc reproba-
to dicẽte dño malachie. i. Jacob dilexi. eſau
autem odio habui. tota ergo generatio Ja-
cob fuit electa: propter quod. xij. eius filij fu
erũt vocati patriarche populi verũtamẽ d̃ iu
da deſcẽſurus erat xp̄s ſm̃ carnem propter
quod mulieres deſiderabãt habere prolem
de iuda et filijs eius. quia neſciebãt quõ de
illa tribu deſcenderet xp̄s quouſqꝫ determi
natũ fuit negociũ ad progeniẽ dauid ꝑ pro
miſſionem factã ſibi de xp̄o pſalmo. cxxxi.

Jurauit dominꝰ dauid veritatẽ et nõ fruſtra
bitur eũ: de fructu ventris tui ponã ſuper ſe
dẽ tuã. Iſta vero Thamar fuit vxor primo-
geniti iude. et etiã ſecũdi filij et ãbo mortui
ſunt ſine prole. et ideo dixit ſibi iudas. Eſto
vidua in domo patris tui donec creſcat Se-
la filius meus. et cũ adultus fuiſſet non de-
dit eũ ipſi Thamar timẽſ ne moreretur ſicut
duo p̄cedẽtes Uidẽs igitur Thamar. ꝙ in
iuriabatur ſibi et ex deſiderio prolis haben
de de iuda vel de eius filio ratione predicta
ſimulãs ſe meretricẽ concepit de Juda pha-
res et Zaram et ſic ex deſiderio bõi mota fu
it ad illicitũ perpetrãdũ ſicut obſtetrices egy
ptiorũ ex pietate ad filiorũ hebreorum ſalu-
tem mote fuerũt ad dicẽdum mendaciũ pha
raoni: Exo. i. c. Et iudith ſimiliter ex deſide
rio liberandi populũ ſuum iſrael mota fuit
ad ornandum ſe curioſe vt ſic concupiſcenti
am holofernis ad cõcupiſcentiam ſui excita
ret. quod erat ſimpliciter malũ: et in iſtis et
conſimilibus dicta vel facta mala excuſãtur
a tanto vel a toto. Quod autem dicunt iudi
ꝙ Raab fuit meretrix publica et vilis perſo
na falſum ẽ. Nam vbi dicitur de ipſa Joſue
ij. c. Ingreſſi ſunt domum mulieris meretri
cis nomine Raab hebrei dicũt. Ingreſſi ſũt
domũ mulieris hoſpitatricis noĩe Raab ꝓ
pter quod exploratores hebreorum illuc de
clinauerunt ad manendum de nocte. Non
enim eſt aliquo modo veriſimile ꝙ ſalomõ
princeps tribus iude accepiſſet eã in vxorem
ſi fuiſſet tam vilis perſona ꝙ autem arguũt
ipſam fuiſſe ydolatram eo ꝙ erat gẽtilis et
chananea non eſt efficax argumẽtum. quia
multi gentiles fuerũt vnius veri dei cultoreſ
ſicut patet de Job et amicis ſuis et dato ꝙ
coluerit ydola in iuuentute ſua ſicut fuerat a
parentibus edocta ac per hoc in parte excu-
ſanda. tamẽ in fide vnius veri dei ſaluauit
exploratores hebreorum vt patet ibidem et
ad hebreos. xi. et cum tota cognatione ſua
ad iudaiſmum fuit conuerſa. Quod autem
de Ruth. moabitide dicunt eam fuiſſe ydo-
latram poteſt ad hoc dici ſicut dictum eſt de
Raab. Quod autem poſtea coluerat vnum
verum deũ patet. Ruth. i. c. vbi dixit noemi
deus tuus deus meus et cetera. Quod autẽ
vltimo dicũt de Berſabee ꝙ fuitꝰ adultera.
dicendum ꝙ ex ſcriptura non habetur expreſ
ſe ꝙ hoc cõmiſerit voluntarie: ſed magis ꝑ

potentiā regis violēta vt dictū eſt ſupra. Et dato ꝙ in adulteriū conſenſerit tamē iudei nō poſſunt dicere quin deuota fuerit et honeſta. Nā prouerbiorū. xxx. c. ſuper illud qui dilecte mi. quid dilecte vteri mei et cetera: dicūt doctores hebrei ꝙ ad litterā hec ſunt verba matris Salomonis ipſum arguētis eo ꝙ prima nocte qꝛ iacuit cū filia Pharaonis ita carnaliter et inſolēter ſe habuit cū ea: ꝙ in manc tātū dormiuit ꝙ trāſibat hora offerendi iuge ſacrificiū matutinū. et claues templi erant ſub ceruicali Salomonis. Et ideo mr̄ eius intrauit cubiculū eius et excitauit eū dicens: quid dilecte mi. quid dilecte vteri mei. quid dilecte votorū meorū. quaſi dicat. conſidera quid feciſti. ſperabā ꝙ tu zelares pro cultu diuino et bene regeres regnū et tu defeciſti: et conſequenter monuit eū de carnalitate vitanda. et de iuſticia autē conſeruāda dicens. Ne dederis mulieribus ſubſtantiā tuam. nec obſtat ꝙ ille cui dirigitur iſtud verbū vocat̄ Lamuel. Nā ſalomō hoc nomine vocatus fuit. eo ꝙ nathā propheta vocauit eū amabilē domino. ij. Regū. xij. qd̄ in hebreo ſignificat cū quo de⁹ in legittio. Eſt autem de⁹ cū eo quē diligit. Patet igitur ex dictis ꝙ iudei in arguēdo accipiūt falſum reprobando iſtas quatuor predictas mulieres vltra debitū. Et ſi dicat iudeus quare nō nominātur in genealogia xp̄i ſancte mulieres ſcꝫ ſarra rebecca et ſic de pluribus alijs que cōmēdantur in ſcriptura et tamē nominant̄ ibidē quatuor mulieres peccatrices predicte Respondet̄ iſtud ē terciū qd̄ videbatur principaliter querere argumētū. Dico ergo ꝙ iſte nominantur ad excludendū falſam opinionē que poſſet oriri. Cum eni dicitur i genealogia abrahā genuit Iſaac. intelligitur de ſarra vxore eius principaliter prima. Et eodē modo cū dicitur Iſaac genuit iacob. intelligitur de rebecca et ſic de alijs. Si igit̄ ſic abſolute diceretur. Iudas aūt gēuit phares et zaram. Opinari poſſet aliquis ꝙ eſſet de vxore ſua vera quod eſt falſum: qꝛ iudas nō cognouit Thamar affectu maritali. propter quod ad excludendum opinionem falſam euangeliſta nomen Thamar expreſſit. Similiter ſi diceretur Salmon genuit booz preciſe crederetur ꝙ eſſet de ſua prima vxore iudea natione quod non eſt verū. et ideo nomen Raab eſt ibi expreſſum. Et idem dicendum eſt de alijs duabus: Non enim Ruth fuit prima vxor ipſius booz nec berſabee ipſius dauid ſed fuerūt eis ex accidenti cōiuncte Ruth vt ſuſcitaretur ſemē defuncti. et berſabee ne moreretur propter crimen adulterij

Contendit iudeus probare chriſtianos immundos quia comedunt carnes ſuillas.

ſ Ecundum argumentum iudeorū eſt ꝙ ex quo in genealogia ihū nazareni ponuntur mulieres īmunde tota ſua genealogia eſt ordinata ad imūdiciam Et ideo xp̄iani comedūt carnes ſuillas et cetera in lege ꝓhibita. Ad iſtud argumentum rn̄detur ꝙ nō ſequitur xp̄iani comedūt carnes ſuillas et alia in lege prohibita ergo ſunt immūdi. Nam illa precepta erant cerimonialia et per conſequens figuratiua ſtat⁹ futuri ſub xp̄o ſicut ſepe ſupra dictū eſt propter qd̄ publicato euangelio ceſſant nō ſolum vt mortua ſed etiā vt mortifera ſi ſeruarētur vt obligatoria ex lege. nā hoc eſſet dicere ſaltem facto ꝙ xp̄i aduentus nondū eēt cōpletus. Si autē aliquis abſtineret a carnib⁹ porcinis et huiuſmodi ex alia cauſa vtpote qꝛ ſunt ſibi abbominabiles vel non ſane nullū eſſet peccatum. ꝙ autem tales cibi tēpe xp̄i ſint liciti patet ex actibus apoſtolorū et ep̄lis Pauli in multis locis que propter breuitatē omitto quia eſt notum fidelibus xp̄ianis. Itē rabi moyſen hadarſan ſuper Gen. adducit auctoritatem. p̄s. cxlv. Qui cuſtodit veritatem in ſeculum facit iudiciū iniuriā patientibus dat eſcā eſurientibus. dn̄s ſoluit compeditos. et hic eſt finis verſus in hebreo. Exponit igitur iſte doctor finem huius verſus de eſca tempore meſſie dicens ꝙ hec littera dat eſcā famelicis. dominus abſoluens prohibita ſiue ligata. et exponendo ſic dicit: omnis beſtia que immūda reputatur in hoc ſeculo deus ſanctus et benedict⁹ faciet eā mūdā in futuro ſeculo: ſicut primitus fuit munda filijs. Noe qb⁹ dicitur Gen. ix. c. Quaſi olera virentia dedi vobis omnia. Sicut enim olus fuit mūdū omnib⁹ ſic animal et beſtia filijs noe et ita in futuro abſoluit deus quicquid ꝓhibuit de cibis. Sciēdū autē ꝙ iſte doctor et alij doctores hebreorū loquentes de pēti

ſeculo et futuro: per preſens ſeculum intelli-
gunt tpˢ currens vſqꝫ ad meſſiã et ibi inci-
pit ſeculũ futurũ. Cũ igitur ihũs nazarenus
ſit meſſias ver⁹ vt ſupra libro .i. oſtenſum eſt
a tempore paſſionis ſue in quo terminatus
fuit curſus legis moſayce liciti ſunt cibi lege
moſaica prohibiti. Et ideo paulus apoſto-
lus ĩ lege et prophetis doct⁹ dicit .i. Timoth.
iiij. Omnis creatura dei bona et nihil reijci-
endum quod cum gratiarum actione perci-
pitur ſanctificatur enim per verbum dei .i. ꝑ
eius filium modo dicto.

Contendit iudeus probare ꝙ ihũs non
eſt verus meſſias quia in eius genealogia
nulla ponitur mulier ſancta.

t Ercium argumentum iudeorum ẽ
ex euangelio. Si ieſus nazaren⁹ eſ-
ſet verus meſſias in eius genealogia ſaltem
aliqua mulier poneretur ſancta: ſed nulla ta-
lis ibi ponitur ergo non eſt vere meſſias.
Maior videtur manifeſta. minor probatur
cum non ponantur niſi ſupradicte quattuor
que et ſi non tantum peccatrices tamẽ fuerũt
Reſpondetur quicquid ſit de maiori ꝓpoſi-
tõne minor eſt falſa. nam in fine genealogie
ihũ xp̄i Jacob aũt genuit Joſeph virũ ma-
rie: de qua natus eſt iheſus qui vocatur xp̄s
Ipſam autem eſſe ſanctiſſimam ſcripture
noui teſtamenti et doctorum catholicorum
manifeſte proclamant. Sed quoniam hoc
ſatis eſt notum fidelibus ideo ſanctitatem
eius per ſcripturas iudeorum et ſarraceno-
rum declarare propono. Circa primum dici-
tur Iſa. vij. ca. Ecce virgo concipiet et pari-
et filium et vocabitur nomen eius emanuel
que auctoritas ad litterã intelligitur de xp̄o
et de eius matre. Pro declaratione huiuſ ꝓ-
phetie notandũ ꝙ ſicut legimus Iſa. vij. et
iiij. Regum. xvi. tempore regis achaz duo
reges potentes .ſ. ſyrie et iſrael aſcenderũt cõ-
tra iheruſalem ad preliandum contra eam.
dominus autem miſit ad eum yſaiam dicẽſ
ꝙ non timeret ab exercitu iſtorum duorum
regum. Ipſe autem ſicut erat malus et ydo-
latra et incredulus non credidit Iſaie. et yſa-
ias dixit ſibi ꝙ peteret ſignum ſue liberatio-
nis ex quo ſibi nõ credebat. vnde ſibi dixit.
pete tibi ſignum a domino deo tuo in pro-
fundum inferni ſcilicet per ſuſcitationem ali-
cuius mortui ſiue in excelſum ſupra ſcilicet ĩ
celo ſicut tempore Joſue de ſole. Iſte autem
rex malus nolens petere ſignum a deo de-
dit excuſationem fictam. Dicens ꝙ hoc eẽt
temptare deum. vnde dixit non petam et ñ
temptabo dominum. Cum autem cogno-
uiſſet yſaias ꝙ non bona fide dixit achaz. i-
mo quia deum non timeret aut amaret. et ſic
indignum reputans noluit ſibi dare ſignum
ſed dedit domui dauid dicens. Audite er-
go domus dauid nunquid parum vobis ẽ
moleſtos eſſe hominibus quia moleſti eſtis
et deo meo propter hoc dabit dominus de⁹
ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet et
pariet et cetera quod intelligitur de concepti-
one et partu xp̄i per virginem Mariam vt al-
legat euangeliſta Matheus in primo capi-
tulo. Et per obſidionem ciuitatis iheru-
ſalem ab iſtis regibus ſignificatur ſpirituali-
ter obſidio generis humani a demonibus:
et ꝙ genus humanum debuerit ab obſidio-
ne dyaboli liberari ſignum fuit ꝙ virgo con-
ciperet et pareret filium. Sed iſti glorio-
ſo ſigno de conceptu virgineo contradicunt
iudei illud impugnantes et pro impoſſibili
reputantes ꝙ virgo exiſtens virgo concipi-
at et pariat filium aſſerentes et affirmantes
ꝙ textus yſaie allegatus ſcilicet Ecce virgo
et cetera. non intelligitur ſicut nos chriſtiani
et fides catholica affirmat de virgine glorio-
ſa virgine maria. et faciunt contra hoc com-
muniter quinqꝫ argumenta. Et arguunt pri-
mo ſic. iſtud ſignũ fuit liberationis achaz a
duob⁹ regib⁹ q̃ venerũt contra eum. xp̄s ve-
ro natus eſt poſt achaz bene per .ccccc. annoſ
liberationis igitur ſignum non fuit incarna-
tionis xp̄i et conceptio eius ex maria virgi-
ne. Secundo ſic vbi nos habemus virgo he-
brei dicunt alma quod ſignificat adoleſcen-
tulam quod indifferenter dicitur de virgine
et corrupta. Virgo autem ſic non ſignificat
igitur textus ille non intelligitur de concep-
tione virginis ſcilicet adoleſcentule. Tercio
ſic qꝛ xp̄s nõ ẽ vocat⁹ emanuel. ſed ihũs ſcḋm
ꝙ pꝫ Luce. ij. et ꝓphetia dicit ꝙ vocabitur
emanuel igit̃ nõ põt dici de xp̄o. Quarto
qꝛ appet ꝙ ꝓphia itelligat̃ de aliquo filio et
dicit aliq̃ iudeorũ doctores et rabini. ꝙ itel-
ligit̃ de ezechia filio achã q̃ dict⁹ ẽ emanuel

Alij vero dicūt ꝙ intelligitur de filio yſaie de quo in ſequenti. c. dicit ꝓpheta acceſſi ad ꝓpheteſſam q̄ cōcepit et pepit filiū. Quito et vltimo arguūt iudei: littera dicit ꝙ anteꝗ̄ ſciat puer vocare patrē aut matrē auferetur fortitudo damaſci igitur in xp̄o fuit ignorantia ꝙ xp̄iani reputāt falſum qꝛ dicūt ꝙ habuit plenitudinē ſcie ab inſtāti ſue cōceptionis. Concludūt ergo iudei ꝙ nullo modo intelligitur de xp̄o nec de virgine Maria matre eiꝰ ſicut nos xp̄iani dicimꝰ et firmiter credimꝰ et cōfitemur. Ad primū argumētū dicēdū iudeis: ꝙ nō eſt verū ꝙ iſtud ſignū de cōceptu virgīs ipſi achaz dareť licet ſibi per ꝓphetā ꝓmitteretur dicens. pete tibi ſignum a domino deo tuo etc̄. Sed ex hoc inuitatus incredulꝰ remāſit et ydolatra qꝛ dixit nō petā et nō tēptabo dn̄m. alia lr̄a habet et non exaltabo dn̄m. Directū ergo fuit domui dauid ſignū vt patet ex textu vbi dicitur. audite domꝰ dauid ꝓpter hoc dn̄s dabit vobis ſignū. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur etc̄. quod ſignū iphletū eſt in virgine maria principaliter et realiter que fuit de domo dauid. Ad illud autē qd̄ dicitur ꝙ illud ſignū fuit per. cccc. annos et vltra pꝰ achaz dicēdū eſt ꝙ duplex eſt ſignū. vnū ꝓnoſticū reſpectu effectus futuri ſicut gedeon datū fuit ſignū in vellere indicatiuum futuř victorie Judicū. ix. Secūdū eſt ſignū rememoratiuū reſpectu effectus preteriti ſicut moyſi datū fuit ſignū Exodi. iij. hoc habebis ſignū ꝙ miſerim tecū eduxeris populū meum de egypto imolabis ſuper montem iſtū grās. ſ. agēs de iſta miſſione que tibi iponitur nec obſtat de magna inſtantia tp̄is quia ſignū rememoratiuū ita reſpicit p̄teritum in magna diſtantia ſicut ſignū ꝓnoſticum futurū. Ad ꝓpoſitū iſtud fuit ſignū rememoratiuū et nō ꝓnoſticū et fuit datū in tanta diſtantia ꝓpter hoc ꝙ cōueniens erat qꝛ achā fuit incredulus verbo ꝓphete ꝙ dareť ſignū in longinquū vt ipſe in ꝓpria perſona nō videret ſicut in mente nō credebat. Illi tamē q̄ deſcēderūt ab eo viderūt ſicut maria et Joſeph. et ideo ſignāter ꝓpheta nō dixerit verba ad achaz ſed ad domū dauid de qua domū fuerūt maria et ioſeph vt infra dicetur.

Ad ſecūdū dicēdū ꝙ in hebreo ſunt tria vocabula quaſi idē ſignificātia. ſ. nabra. betula. balma. primū accipitur pro muliere adoleſcēte paucorū dierū nō habendo reſpectū ad virginitatem vel corruptionem: Secūdū accipitur ꝓ virgine nō habendo reſpectū ad etatē. ſ. adoleſcens iuuenis vel ſenex. Tercium vero accipitur pro muliere habendo duos reſpectus. ſ. ad adoleſcentiam et virginitatem. et quia iſta duo ſimul fuerunt in beata virgine: Ideo propheta diuinitus illuſtratus poſuit balma et nō aliquid aliud d̄ vocabulis ſupra dictis: Huius ſententie eſt venerabilis peritus vir petrus alfonſi conuerſus in ſuo dyalogo titulo: vij. dicēs: mulier nāq̄ ſiue iuuenis ſiue annoſa q̄diu virgo eſt appellari pōt betula. q̄diu autem iuuenis eſt ſiue virgo ſit aut corrupta poteſt nuncupari nabra. balma vero vocatur nulla niſi ſit iuuenis et intacta. hec ille. Notādum etiam ſecundum Nicolaum de lyra in hoc paſſu ꝙ balmum ſignificat abſconſionem et inde dicitur balma abſcondita que ſignificat iuuenculam aſpectibus hominum abſconditam ita ꝙ de eius pudicitia et integritate non dubitatur maxime quando preponitur littera he. et tunc ſonat healma. nec inueniuntur in tota ſacra ſcriptura alique ſic ſcripte niſi tantum tres ſcilicet rebeca. xxiiij. Geneſ. vbi dicitur de illa puella decora nimis virgoq̄ pulcherrima et incognita viro. et ſequitur ibi puella que gredietur ad hauriendā aquam in hebreo habetur healma q̄ egredietur etc̄. Et maria ſoror moyſi. Exo. ij. vbi dicitur de ea et iuit puella et vocauit matrem pueri in hebreo habetur iuit healma et cetera. Et iſta que ſcribitur Iſa. vij. et iō cū due p̄ie fuerīt virgineſ puriſſime q̄ ſic noīate fuerūt idē tenēdū ē de iſta hec lyra. dicit ergo ꝓpheta ecce healma. i. adoleceſ et virgo ſiml' qꝛ iſta duo dicit vocabulū healma cōcipiet et pariet filiū. i. beata virgo maria a ꝓpheta p̄nūciať q̄ cōcepit et pepit virgo manes et ꝙ ita neceſſario debeat intelligi patet qꝛ ſignū qd̄ debebat dari achaz ꝓ liberatione ciuitatis ſm textū rabi ſalomō debebat eē valde miraculoſū. vnde dixit ſibi Iſaiaſ pete tibi ſignū a dn̄o deo tuo i ꝓfūdū inferni ſiue in excelſum ſupra in profundum iferni. i. in ſuſcitatio ne alicuius mortui. vel i excelſum ſupra. i. in celo ſicut in ſtatione ſolis fuit tempore Joſue. modo ꝙ virgo et adoleſcens conciperet et pareret filiū virgine nō remanēte. nullum miraculū eſſet. oportet ergo

ad hoc ꝙ ſit miraculū ꝙ virgo cōcipiat et pa
riat in cōceptu et i ptu virgine remanēte. Et
hoc diuino miraculo qḋ impletū eſt in virgi
ne glorioſa. Et ideo auguſtin⁹ contra iudꝰos
in ſermone ānūciationis beate virginis di-
cit. Que ſūt dei miracula niſi que ſunt hoib⁹
ipoſſibilia qui ſcripſit tabulas ſine ſtilo fer-
reo: ipſe grauidauit Mariā de ſpū ſancto. q̄
multiplicauit panes in deſerto ſine rore. ipſe
virginē ipregnauit ſine corruptione. et qui fe
cit virgā ſine pluuia germinare. ipſe fecit da
uid filiā ſine ſemine generare. Ad terciū ar-
gumentū dicēdū ꝙ intelligit̄ de xp̄o. et quā-
do dicūt ipſe non eſt vocatus emanuel ſed
ihūs. Dicendū ꝙ imo qꝛ aliud ē nomē qḋ i
ponitur ſm rōez idiuidualē vt petr⁹ et ſic xp̄ſ
ſemper vocat⁹ eſt ihūs. Et ē aliud nomē qḋ
iponit̄ ſm ꝓprietatē vel aliquā virtutē excel
lentē vt liberalitatis. et ſic liberalis vocatus
eſt alexander. fortis vocatur ſampſon hercu
les vel achilles. et iſto modo xp̄us vocatus
eſt emanuel ꝓpter excellentiā et diuinā ꝓpri
etatē quā hꝫ. qꝛ in eius ſuppoſito diuina na
tura pariter et humana ſimul cōiūgūt̄. Vnḋ
emanuel interpretatur nobiſcū de⁹ quo noie
ſepe vocauit cū maria ipſū vt verū deū et ho
minē adorando. et ita ipletur littera hebrai-
ca que habet vt illa hehalma vocabit nomē
eius hemanuel. Super quo verbo dicit p̄di
ctus petr⁹ alfonſi vbi ſupra. et vocabis nomē
eius hemanuel. In hoc quod ibidē legit̄ vo
cabis. duo ſunt notanda. ſ. ꝙ de⁹ ſic appella
ri filiū volebat. et ꝙ ſine carnali patre virgo
foret puerū paritura ꝓpter hoc eni ait voca-
bis ac ſi diceret ipſa tantū vocabit et non pa
ter. hec ille. Ad quartū argumētū qn̄ dicunt
iudei ꝙ ille fili⁹ erat ezechias fili⁹ achaz. vel
ꝙ erat filius yſaie de quo in ſequenti. c. dicit
ipſe acceſſi ad propheciſſam que concepit et
peperit filiū et iſte vel ezechias vocat⁹ ē ema
nuel. Dicēdū ꝙ pꝫ vtrūqꝫ manifeſte eē falſū
Et primo de ezechia qꝛ vt patet ex quarto li-
bro Regū achaz regnauit per. xvi. ānos i cu
ius quarto āno dicta e.. prophecia qn̄ icepit
regnare filius ei⁹ ezechias habebat. xxv. an-
nos. Demptis ergo quatuor de regno pr̄is
ſui in quorū quarto dicta ē ꝓphecia patet ꝙ
vſqꝫ ad tēpus regni ſui de regno patris non
tranſierūt niſi. xij. āni. dēptis igitur iſtis. xij
de. xvi. ſequitur ꝙ quando dicta fuit ꝓphe-
tia ezechia iam habebat. iiij. annos. ſequit̄
ergo ꝙ prophecia in eo verificari non potuit
quia iam erat natus. Patet ſecundo ꝙ non
potuit intelligi de filio yſaie ꝓpter illud qḋ
in ſequenti. c. dicitur. acceſſi ad propheciſſaꝫ
propter duo. Primo quia de illo filio yſaie
qui ſecundum textum nomen eius fuit acce-
lera velociter ſpolia detrahe cito predar̄ nec
de eius nomine. nec de eius vita. nec de eiuſ
geſtis aut morte vlla mentio fit in ſcriptu
ra ſecundum ergo Hyeronimon eadem faci
litate qua dicitur contemnitur. Secundo
quia non eſt verum ꝙ Iſaias protunc acce-
deret ad propheciſſam vxorem ſuam vt ipſa
conciperet et pareret filium de quo intelli-
gunt iudei. Et ratio eſt quia in textu pre-
mittitur adhibui mihi duos teſtes fideles
Vriam ſacerdotem et Zachariam filiū ba-
rachie. et ſtatim ſequitur acceſſi ad prophe-
tiſſam que concepit et peperit filium. Mo-
do dico iudeis duo. Primo ad quid pro-
pheta inducebat iſtos teſtes: nunquid indi-
gebat teſtibus in accedendo ad concubitum
propheciſſe vxoris ſue. iſtud eſt turpe dicere.
Secundo peto ab eis qui fuerūt iſti teſtes
fideles. non vrias qui fuit tempore Ioachī
de quo Viere. xxvi. Fuit vir prophetans in
nomine domini. vrias filius ſemey quia a
tempore achaz et yſaie vſqꝫ ad tempus Io-
achim vt patet in quo fuit iſte propheta fue
runt plus ꝙ. c. anni. ſicut patet per tempora
per que regnauerunt reges. qui fuerunt i me
dio vt patet quartum librum Regū diſcur-
renti. Item alius teſtis fidelis Zachari-
as filius barachie qui eſt. xi. de. xij. prophe-
tis minoribus non erat adhuc natuſ. ipſe fu
it ſecundo anno regni darij regis perſarum
qui ſucceſſit cyro. qui dedit licentiam iudeis
reedificandi templum et a tempore achaz et
yſaie vſqꝫ ad tempus darij fluxerunt plus
ꝙ ducenti anni. non ergo iſte acceſſus yſaie
ad propheciſſam nec de iſtis teſtibus aliq̄d
continet veritatis. Quod ergo dicunt iudei
eſt veritas iſtius textus: O vtinam tollere-
tur cecitas ab oculis veſtris. Certe dico ꝙ
veritas iſtius prophecie eſt ꝙ deus ſpiritus
ſanctus aſſumpſit iſtos duos teſtes ſupradi
ctos et acceſſit ad propheciſſam id eſt ad vir
ginē mariā q̄ hūit ſpm̄ ꝓphecie et cōcepit et
pepit filiū ihm xp̄m ſaluatorē nr̄m. nā quā

do dicitur ĩ textu adhibui mihi duos teſtes
et cetera. loquitur ſpiritusſanctus per ſeipſuꝫ
et non ꝓpheta ſicut enĩ loquit̃ ꝑ prophetam
ſic põt loqui per ſeipſum. Iſti duo teſtes fi-
deles quos deus ſpiritusſanctus adhibuit
fuerunt. Urias filius ſemey de quo dictũ eſt
q̃ ꝓphetauit multa mala contra ciuitatem
que venerunt in captiuitate babylonica. Et
zacharias filius barachie qui prophetauit
multa bona ſpaliter de aduentu meſſie za-
charie. ix. Exulta ſatis filia ſyon. ecce rex tu⁹
venit tibi iuſtus et ſaluator et cetera. Et qñ
dicitur ꝙ adhuc ñ fuerũt nati ſed futuri erũt
Hic eſt dicẽdũ ꝙ nõ obſtat qꝛ p̃teritũ et futu
rũ totũ eſt deo preſens. et ita loquitur de pre
terito et de futuro ſicut de preſenti et poſt ꝓ-
phetias iſtorum ſequitur immediate in tex-
tu totum in perſona dei et ſpũſancti et acceſ-
ſi ad prophetiſſam. i. virginem Mariã que
ꝓphetauit in cantico. Magnificat aĩa mea
dominũ. Et cõcepit et peperit filium. Iſte
acceſſus fuit ſpecialis et hoc per ſpiritũ ſan
ctum ſicut dixit ſibi angelus Luce. i. ſpiritus
ſanctus ſuperueniet in te. Ad quĩtũ et vl-
timũ argumentũ dicẽdũ ꝙ intelligitur d̾ ſci
entia humana. licet ei in xp̃o nõ fuerit igno-
rantia tamẽ qꝛ fact⁹ ẽ hõ ĩ tẽpore habuit ſcĩe
tiam in tempore et anteꝙ illã haberet libe-
ratio populi denunciata per yſaiam comple
ta fuit. Cũ igitur ſupra declaratũ ſit ꝙ ihũs
nazarenus ſit vere xp̃s. ſequit̃ ꝙ mater eius
maria cõcepit eũ et peperit virgo et per con-
ſequẽs eſt ſanctiſſima. nec iudei pñt dictaꝫ
auctoritatẽ negare qꝛ nõ ſolũ accipit̃ d̾ trãſ-
latione hieronimi. ſed etiã de trãſlatiõe. lxx.
interpretũ qui fuerunt iudei. et in lege et pro
phetis peritiſſimi ſecũdũ ꝙ dicit Joſephus
antiquitatis iudaice libro. xij. Uideãt etiaꝫ
iudei tergũ tranſlationẽ chaldaicam cui con
tradicere nõ poſſunt nec audent. qꝛ iſtã pro-
phetiam ſic exponit. vnde vbi nos habem⁹
hic et adhibui mihi teſtes fideles vriam ſa-
cerdotẽ et zachariã filiũ barachie et acceſſi
ad ꝓphetiſſam etc̃. Illa trãſlatõ ſic habet. et
cõteſtatus ſum conteſtationes malas et pre
mea quas dixi venturas in ꝓphetia vrie ſa
cerdotis eẽ futurũ eſt quoqꝫ ſic omnẽ cõſola
tionẽ quã dixi vẽturã in ꝓphetia zacharie fi
lij barachie ego adducturus ſum et acceſſi
ad ꝓphetiſſam et cõcepit et pep̾it etc̃. Item

põt declarari ſanctitas virginitatis Marie
ex ſecreto lemarhe. qꝛ mem clauſa contra na-
turam ſuã eſt ibi poſita in verbo multiplica
bitur eius imperiũ. vide ſupra lib. i. in aper
tione primi theſauri. Unde in libro qui dici
tur ſabath apud hebreos autẽtice dicit̃ mem
clauſa verbũ clauſum ſignificat. Idẽ autẽ ꝑ
ſuadetur per illud quod habetur yſaie. xi.
Egredietur virga de radice yeſſe et flos de ra
dice eius aſcendet. Hec auctoritas ad litte-
ram intelligitur de chriſto vt ſupra oſtenſum
eſt qui per florem itelligitur. quia ſicut ſine
arboris corruptione flos ab ea egreditur. ſi-
xp̃s. naſciturus ex matre abſqꝫ virginitatis
corruptione. Idem etiam perſuadetur per
hoc quod habetur yſaie. lxvi. anteꝙ parturi
ret peperit. parturire eſt dolorem partus ſen
tire. Non autẽ dicitur de aliqua muliere ꝙ
ipſa peperit abſqꝫ dolore partus excepta do
mini noſtri iheſu chriſti matre. Item hie-
remias. xxxix. dicitur nouum faciet domin⁹
ſuper terram femina circundabit virum. per
hoc ꝙ dicit propheta nouum faciet domin⁹
manifeſte oſtendit inſolitam rem futuram a
domino et alias inauditam quod fuit quã
do virgo beata diuinitus concepit iheſuꝫ vi
rum ſcientijs et virtutibus ab inſtanti ſue cõ
ceptionis perfectum et ſic eum ſuo circũde-
dit vtero virginali. Quod etiaꝫ ipſum pa
reret manente corrupta hoc non eſt nouum
mulieribus. ſed ꝙ ipſum pareret ipſa rema-
nente clauſa iſtud eſt nouum. Item hoc fu-
it figuratum Ezechielis. xliiij. et dixit do-
minus meus ad me. porta hec clauſa erit et
non aperietur. et vir non tranſibit per eam
quoniam dominus deus iſrahel ingreſſus
eſt per eam eritqꝫ clauſa. et hic eſt finis verſ⁹
in hebreo per hanc portam intelligitur vir-
go Maria per quam filius dei venit ad nos
et exiuit deus et homo clauſura virginita-
tis integra remanente. Item rabi barachias
exponens illud Trenorum vltimo. pupilli
facti ſumus abſqꝫ patre dicit ꝙ deus ſanct⁹
et benedictus ait iſraheli. vos dixiſtis coraꝫ
me pupilli facti ſumus abſqꝫ patre. Redem
ptor quẽ ego ſuſcitabo vobis ſine patre erit
ſcꝫ ĩ terris. ſicut ẽ ſine matre in celis et ſic ꝑm
eũ appet virgitas marie mr̃is xp̃i. Itẽ dñs
Bonauẽtura quõdã ep̃s albañ. ſup terciũ
ſententiarum diſtinctione. iij. loquens de

ſanctificatione marie dicit. Quidā iudei aſſe rūt de ea ꝙ ꝙuiſ eēt pulcherrima a nullo vn ꝗ hominū fuit ꝯcupita vñ aūt acceperit hoc iudeorū dictū neſcire ſe dicit. Nicolaus ď lyra. Sed non eſt veriſimile ꝙ talis aut tantꝰ doctor poſuerit iſtud in ſcripto ſuo niſi habuerit ab aliquo loco autentico. Ratio autē quare virgo beata nō fuit cōcupita ab hominibꝰ pōt aſſignari. qꝛ diſpoſitio mētis magſ relucet in facie ꝙ in ceteris alijs ptibꝰ ꝑpter quod ex plenitudine gratie exiſtentis in eius mente fiebat quedā refulgentia in eius facie que in hoībꝰ ipſam intuentibꝰ cōcupiſcentiā nō excitabat ſed magiſ eā reprimebat et hoc modo de amabilitate ſancti Sebaſtiani dicitur. Neceſſe eni erat vt quē deꝰ tanta pfuderat grā ab oībꝰ amareť. Conſequenter declaratur ſanctitas virginis marie p ſcripturas ſarracenorum ꝑpter maiorē cōfuſionē iudeorū dicitur ei in alchorano machometi. Dixerūt angeli. O maria deus vtiq̄ elegit te et purificauit te et elegit te clarā ſuper mulieres ſeculorū. Itē ibidē. O maria deꝰ ānūciat tibi verbū ex ipſo. nomen eius ihūs filiꝰ marie. et erit honorabilis in hoc ſeculo et in futuro. Item ibidē dixit ipſa. deus meꝰ quō erit mihi filius et non tetigit me homo. Dixit ſic deus creat quod vult cū decreuerit vti ꝙ aliquid. dicat ei eſto et erit. Itē in libro alhokam qui ē auctēticꝰ apud eos dicit ēphoraria ſocius machometi ꝙ audiuit nunciuꝫ dei dicētem nullus de filijs adā naſcť quē non tangat ſathan preter mariam et filiū eiꝰ per nūciū aūt dei intelligit machometū. iteꝫ dicit ebumuſſe ꝓphetā. i. machometū dixiſſe multi pfecti fuerūt in hoībꝰ. nulla autē in mulieribus fuit pfecta niſi mater ihū. Has aūt ſcripturas ſarracenorū induxi quia ſecūdū apoſtolū oportet ſanctos habere teſtimoniū ab his qui foris ſunt. Patet igitur ꝙ iudeꝰ in miore ſui argumēti accipit falſum ſcꝫ ꝙ in genealogia ſaluatoris nō ponitur aliq̄ mulier ſancta. cuiꝰ opiniōis videť fuiſſe Hieronimus ſup. Matheū dicēs. Notādū ꝗ in genealogia ſaluatoris nullā ſanctarū mulierū aſſumi ſed eas quas ſcriptura reprehendit qui ꝑpter peccatores venerat de peccatricibꝰ naſcēs oīm peccata deleret. Sed iſtud dictū nō placet Nicolao de lyra propter duo. prio qꝛ vt dictū eſt in genealogia ſaluatoris ponitur maria ſanctarū ſanctiſſima. Secundo quia ex eadē ratione ibidē arguit Hyeronimus ad oppoſitum. ſ. ꝙ ꝑpter peccatū athalie filie impiiſſime ieſabelis que erat ydolatra et ad ydolatriā traxit Joathan maritum ſuū filius ābozū ochozias et nepos Joas et ꝓnepos amaſias tolluntur a genealogia ſaluatoris.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs non eſt verus meſſias quia non eſt filius dauid ſiue de genere dauid.

q Uartum argumentum iudeorum ex euāgelio eſt in primo. c. Math: ponitur genealogia xp̄i quē aſſerunt xp̄iani eſſe verum meſſiam ex eadem arguitur ꝙ ipſe non eſt meſſias in lege promiſſus: ſic. Uerus meſſias debet eē filius dauid ſiue ď genere dauid ſed ihesus nazarenus non eſt filius dauid ď genere eius. ergo ipſe non eſt meſſias promiſſus. Maior eſt cōceſſa ab oibꝰ tam iudeis ꝙ xp̄ianis. minor ꝓbať quia ſi ihūs nazarenꝰ deſcenderet de dauid ſecundū carnē in eius genealogia poneretur. Cōſtat aūt ꝙ nihil tale ibi eſt qꝛ in fine genealogie dicitur iacob aūt genuit Joſeph viruꝫ marie de qua natus eſt xp̄s etc. Nūquid xp̄s eſt ex ſemine ioſeph natus vt dicať de genere dauid. ſicut et ioſeph. Et pꝫ ꝙ xp̄iani hoc non concedunt. ergo non habent ex predicta genealogia ꝙ ipſe ſit de genere dauid. Si forte dicat chriſtianus ꝙ deſcendit per mariam que eſt de genere dauid hoc non habetur ex textu quia non ponitur ibi quis eiꝰ fuit pater vel mater. ergo nullo modo ihūs nazarenus dicendus eſt filius dauid et conſequenter ipſe non eſt meſſias. Reſpondetur ſm Hyero. in glo. ꝙ non eſt conſuetudo ſcripturarum vt ordo mulierū in generationibus texetur. Et ideo non per mariam ſed per Joſeph inducitur cum de vna tribu Joſeph et maria fuerunt: vnde et eam quaſi ꝓximam cogebatur accipere. ne vna tribus ſe in aliam confunderet. vnde Numeri. xxxvi. omnes viri ducunt vxores de tribu et cognatione ſua et cuncte femine maritos de eadeꝫ tribu accipient vt hereditas permaneat in familijs. Sꝫ cōtra hoc Exod. vi. accepit aarō ſororē naaſon filiā aminadab. ſ. elizabeth in vxorē de qua cōſtat ꝙ erat de tribu iuda

Solutio ſola illa mulier nubere non potuit
viro de alia tribu ad quā deueniebat here/
ditas p̄ris vel parētū. Vn̄ cū ipſi elizabeth
nō deueniret hereditas p̄ris q꜒ hēbat fratres
priores ſe. ideo bene potuit nubere viro de a
lia tribu. ſed q꜒ maria nō habuit fratres vel
ſorores priores ſe q꜒ fuit vnica ioachim p̄ri
ſuo ideo ad eā deuenit hereditas. Vnde ha
buit neceſſe ſm̄ legē nubere viro de cogna/
tione ſua. et q꜒ ioſeph fuit de tribu iuda et d̄
ꝓgenie dauid vt patet in genealogia aſcen/
dendo: Sequitur ergo ꝙ virgo maria de q̄
natus eſt ihūs qui vocat̄ xp̄s fuit de eadē
tribu et progenie. Sed q꜒ ex rege dauid duo
pullularūt rami tanꝙ ex radice. ſ. Salomō
et nathan. Eſt dubium inter doctos a quo
illorū virgo maria deſcēdat ſm̄ carnē. et ſūt
nōnulli doctores dicētes ꝙ hec virgo deſcē
dit ex rege ſalomone ſm̄ carnē. et ex natā ſe/
cūdū legē cuius opinionis eſt Nicolaus de
lyra. Luce. iij. Sed hec opinio videt̄ eē p̄io
cōtra prophetas. Nā hieremias ꝓpheta lo/
quēs de yechonia per quē venit linea a ſalo
monis. ait. ſcribe virū iſtū ſterilē qui in die/
bus ſuis non proſperabit̄ nec erit de ſemine
eius vir qui ſedeat ſuper ſoliū dauid. et ptāte
habeat vltra in iuda. hiere. xxij. Si ergo hec
virgo deſcendit per ſalomonē et yechoniam
vt dicit illa opinio. ſeq̄tur ꝙ xp̄s filius vir/
ginis non ſedit ſuper ſoliū dauid. et ſuper re
gnū eius. Contra ꝓphetā in ca. ſequēti. Et
yſaie. ix. c. nec valet dicere ꝙ ꝓpheta intelli/
git non erit qui ſedeat ſeculari honore. xp̄us
autē nō ſic ſederat. q꜒ ſupra ca. eodē dicit do
min⁹ ꝑ ꝓphetā. Viuo ego q꜒ ſi fuerit yecho
nias filius Joachim regis iuda anulus in
manu dextera mea inde euellā eū et loquit̄
de ipſo et de ſemine ſuo. Vn̄ patet ꝙ nō ſo/
lū loquitur de temporali ptāte ſed etiā de il
la qua xp̄s ſedere habuit ad dexterā patris:
Itē non eſt veriſimile q꜒ deus tācōfuſibili/
ter repelleret eū et ſemē ſuū ab honore tēpo
rali et a minori gradu et cōſequenter conſti/
tueret ipſum in ſemie ſuo ī maiori gradu: ſ.
xp̄i. Secūdo hec opinio videt̄ eē contra apo
ſtolū q꜒ nathā frater ſalomōis regis nō fuit
filius naturalis regis dauid ſed adoptiuus
Luce. iij. Cū ergo ab illo nathā deſcendat
hec virgo ſm̄ carnē vt notat affrican⁹ ſcribēs
ad ariſtidē et Euſebius libro primo eccleſia
ſtice hyſtorie. c. vij. et damaſcen⁹ in ſentētijs
ſuis. li. iiij: c. vi. Sequit̄ ꝙ xp̄s nō eſt ex ſe/
mine dauid ſm̄ carnē contra apoſtolū. i. ca.
ad romanos. qui factus eſt ei ex ſemine da/
uid ſm̄ carnē. Reſpōdendū ergo ſm̄ illumi
natū doctorē magiſtrū iohānē vitalis in ſer
mone natiuitatis btē virgis qui incipit. O
pulcherrima inter mulieres ꝙ hec ſacra vir/
go venit ex nathā ſm̄ carnē qui fuit fili⁹ na/
turalis dauid. non quidē de berſabee vt illi
eſtimāt ſed de principali vxore dauid. ſ. mi/
chol: binomia egla dicta filia ſaulis que ge
nuit dauid yetruā binomiū q꜒ et nathan de
hoc. ij. Reg. iij. cū notatis per Joſephū li/
bro antiquitatis iudaice et per dictū Nicola
um de lyra q꜒ nathan fuit melior ſalomone
natura et vita q꜒ de pricipali vxore et vt opi/
natur p̄dict⁹ doctor renūciauit iuri regni ra/
tione eximie ſanctitatis. ex quo nathā filio
dauid. xxxviij. pullularunt plāte vſq₃ ad a/
uos ſancti Joachim patris virgis. Nā Ma/
tham frater aui eius. qui et melchi dictus ē
genuit heli qui ioſeph ſm̄ legē. Luce. iij. et
hic habuit fratrē pantherā qui genuit barpā
therā qui ſanctū Joachī ſm̄ carnē teſte da
maſceno vbi ſupra. et ſic ſanct⁹ Joachim pa/
ter huius virgis et ſanctus Joſeph ſponſus
eius fuerunt ſm̄ legē ſecundi primorum fi/
lij et ſic patet genealogia non ſolum ioſeph
ex progenie dauid ſed etiam virginis glorio
ſe per nathan ex principali vxore dauid ſc₃
michol.

Contendit iudeus probare ꝙ iheſus nō
eſt verus meſſias quia fuit peccator ex hoc
ꝙ fuit baptizatus.

q Vintum argumentum iudeorum
ex euangelio eſt ad probādum ꝙ
chriſtus habuit peccatum: vel ꝙ
eius baptiſmus fuit fruſtra arguit iudeus ſic
In euangelio Mathei. iij: capitulo dicitur:
ꝙ venit iheſus a galilea in iordanem ad
Johannem vt baptizaretur ab eo. ex hoc ar
guitur ſic. Chriſtiani dicunt ꝙ baptiſmus
ē ablutō peccatorū. cū ergo ihs nazaren⁹ fu
it baptizat⁹ ergo hūit peccata abluēda quod
xp̄i negāt. aut ille baptiſm⁹ fuit fruſtra. r̄ndet̄
ꝙ baptiſm⁹ xp̄i ē ablutio peccatorū. nō autē
baptiſm⁹ Johānis ſicut ipſe Johānes dicit

Math.iij. Ego quidē baptizo vos in aqua
in pniam qui autē poſt me ventur⁹ eſt forti/
or me eſt cuius nō ſum dignus portare cal/
ciamēta. ipſe vos baptizabit in ſpūſancto:
Ihs autē nazarenus fuit baptizatus baptiſ
mo. Johānis tm̄: qui nō erat ablutio pecca
torū. et ideo nō cōcluſit argumentū ꝙ ihūs
habuerit peccatū abluendi quia ſanctificati
in vtero baptizati ſunt baptiſmo xp̄i et tam̄
nō habēt peccatū abluēdū. Ihūs autē ab in
ſtanti cōceptionis ſue nō ſolū fuit ſanctifica
tus ſed etiā ſanct⁹ ſanctorū. Quod autē ar/
guitur vltra ꝙ ihūs nazarenus fuit baptiza
tus fruſtra. Dicendū ꝙ nō ſequitur. quia per
hoc approbauit baptiſmū et predicationē
Johannis. et per tactū ſue ſanctiſſime carnis
dedit vim regeneratiuā aquis nec ſimiliter
ſanctificati in vtero fruſtra baptizantur qꝛ p
hoc regenerantur in xp̄o et mēbra ei⁹ efficiūt
Et quia ſcripture noui teſtamēti et doctorū
catholicorum loquentes de baptiſmo ſunt
note fidelibus et a iudeis recipiuntur. Ideo
accipiuntur aliqua cōtra iudeos de veteri te
ſtamēto et de dictis doctorū hebraicorū. et
p̄mittitur figura huius ſacramēti Exo. xxix.
in baptiſmo aaron et filiorum eius. Vn̄ di/
xit dominus moyſi aaron et filios eius ap/
plicabis ad oſtiū tabernaculi teſtimonij. ſ. i
atrio vbi erat altare holocauſti. Cūqꝫ laue/
ris patrem cū filijs aqua induces etc̄. iſta lo
cio aque que erat primū vt dicit rabiſalomō
nō intelligitur de ablutione manuū et pedū
ſolū. ſed de lotiōe toti⁹ corpis ita ꝙ dicit hic
expreſſe rabiſalomō. ꝙ hoc ꝙ dicit lauabis
eos vult dicere baptiſabis eos ſic ꝙ totum
corpus intret in aquam. Itē ſecūdo ſuper il
lud Eccleſiaſtes. i. Quid eſt quod fuit id
quod futurū eſt Rabibarachias dicit ſicut
fuit redēptor primus ſic erit vltimus. Redē
ptor primus ſcꝫ moyſes fecit aſcendere pu/
teū ſicut habetur numeri. xxi. Sic redēptor vl
tim⁹ q̄ eſt rex meſſias aſcendere faciat aquas
ſicut habet Johelis vltimo. et fons ď domo
dei egredietur et irrigabit torrētē ſpinarum.
Hec ſūt verba doctoris p torrētē ſpinarū itel
ligitur multitudo peccatorū. Aliqui hebrei
dicūt ꝙ hec eſt lr̄a et irrigabit planiciē ſetbiꝫ
Eſt autē ſetbim regio grecie de qua alexan/
der magnus exiuit ad pugnādū cōtra reges
pſarū et medorū vt habetur primo macha/
beorū primo. c. et ſm̄ hoc iſta ꝓphetia fuit i

pleta qn̄ apoſtoli p̄dicauerunt grecis et eos
baptizauerunt. Itē tercio. Iſa. xliij. noli ti/
mere ſerue meus Jacob et rectiſſime quem
elegi. Effundam enī aquas ſuper ſitientem
et fluēta ſuper aridā. Effundā ſpiritū meum
ſup ſemē tuū et bn̄dictionē meā ſuper ſtirpē
tuā et germinabūt inter herbas ſicut ſalices
iuxta preterfluentes aquas. Iſte dicet domi
ego ſum et ille vocabit in noīe Jacob. et hic
ſcribet manu ſua domino et ī noīe dei iſrael
aſſimilabitur. Per hoc enī ꝙ dicit. effundaꝫ
aquas ſuper ſitiētem intelligitur baptizatio
iudeorum fidem xp̄i deuote recipientiū. Et
p hoc ꝙ ſubdit et fluenta ſuper aridam in/
telligitur baptiſatio gentiliū. Nam gentili/
tas non fuit irrigata doctrina legis et ꝓphe
tarū. et ꝙ iſte ſit intellectus habetur ſup glo
ſa rabi ſalomon. ſuper illud quod ſubditur.
germinabunt inter herbas etc̄. id eſt in me/
dio Eſau. Per Eſau vero ipſe et doctores
hebrei intelligunt romanum imperium qď
ſuſcepit fidem xp̄i et baptiſmū vt patet. Se/
quitur iſte dicet domine ego ſum glo. Iſti
erunt iuſti perfecti. quod de apoſtolis coue/
nienter poteſt intelligi. Et ille vocabit in no
mine Jacob Glo: Iſti ſunt paruuli filij im
piorum quod conuenienter intelligitur de fi
lijs iudeorum per apoſtolum conuerſis ad
xp̄m patribus eorū in infidelitate remanen
tibus. Hic ſcribet manu ſua domino Gloſa
Hi ſunt filij penitentie. per quod conuenien
ter intelliguntur chriſtiani religioſi. et in no
mine iſrael aſſimilabitur glo. Iſti ſunt con/
uerſi de gentibus. illis applicatur nomen iſ/
rael. ſm̄ qď dicit apoſtol⁹ ad romanos. ij. n̄
qui in manifeſto iudeus eſt. neqꝫ que i ma
nifeſto in carne circumciſio. ſed qui in abſcō
dito iudeus eſt et circumciſio cordis in ſpi/
ritu non littera. cuius laus non ex homini/
bus ſed ex deo eſt. Patet igitur ex predictis
ꝙ gloſa rabi ſalomon conuenīeter aptatur
ad propoſitum noſtrum q̄uis hoc non intē
dent. Deus enim aliquando mouet lin/
guam hominis mali ad annunciandum ve
ritatem preter eius intentionem: ſicut Cay/
phas. Johan. xi. dixit de chriſto. Expe/
dit vobis vt vnus moriatur homo pro po/
pulo: Intendebat enim ſolum inducere ali
os ad occidendum chriſtum. Sed quod ver
bum ſignificauit mortem eius pro futuram
ad ſalutem ſpiritualem populi. Hoc fuit

preter eius intentionē. ꝓpter quod euāgeli
ſta ſubdit. Hoc autē non dixit a ſemetipſo.
ſed ſupple a deo ſic eius linguā mouente.
Habetur autem ſimile exēplū ad aliquid. Nu
meri. xxij. de aſina balaā que ꝓtulit vba ra/
tionabilia: vt patet ibidē deo mouēte liguā
eius per ſe vel per angelū. Illa tamē nō itel/
lexit verba que ꝓtulit cū nō haberet rationē
nec intellectū. Itē quarto ſuper illud Geñ.
xlix. Ligans ad vineam pullū ſuū. et ad vi
tem o fili mi aſinā ſuam dicit gloſa. Hic eſt
de quo ſcriptū eſt Zacharie. ix. Sedens ſup
aſinā etc̄. Sequitur in gloſa. Et quomodo
erit agens ſicut ſcriptū eſt Ezech. xxxvi. Et
effundā ſuper vos aquā mūdam: et emūda
bimini ab omnib⁹ inquinamētis veſtris.
Auctoritas zacharie hic inducta ſm docto/
res hebreos intelligitur ad litterā de meſſia
ſicut oſtenſum eſt ſupra. et ꝑ gloſam hebrai
cam hic inductā habet. ꝙ erat mūdatur⁹ po
pulū ſuū ꝑ effuſionē aque mūde que ꝓprie
dicitur baptiſmus xpī. Unde in libro q̄ di/
citur yoma hieroſolimitanū auctētico apō
hebreos dicitur. Quēadmodū pelag⁹ mun
dificat pollutos: ita de⁹ ſanctus et benedic/
tus erit mūdans in futuro iſrahel. et ſic ē di/
cens Ezechielis. xxxvi. Aſpergā ſuper vos
aquas mundas. hec ille. Itē ſapiētes thal/
muth in midras dixerūt. ꝙ in aduentu meſ
ſie ipſe aſſumeret ſibi aquas mūdas ō ſub
ſede ſua. et ꝙ ipſe ſuper iſrahel effunderet ꝑ
ut dixit textus. Effundā ſuper vos aquam
mundā. et ſapientes tabala has aquas ſi/
gnificauerunt. et dixit rabi aquiba. Quādo
acceſſeritis ad lapides mūdos marmoreos
nō dicas aquas aquas. Sunt eni aque tem
porales et aque ſpūales. Itē ꝙ viderūt meſ
ſiā filiū dauid itrare ꝑ ſynagogas et ſtudia
et interrogatus quid faceret rñdit. ꝙ balnea
bat iuxta textū Geñ. Lauit in vino veſtimē/
ta ſua. quod ſignificat lotionē in baptiſmo
a ſancto meſſia poſtmodū ordinato. Item
quito de baptiſmo et eius effectu dicitur za/
charie. xiij. c. in illo die erit fōs patēs domui
dauid: et habitātib⁹ iheruſalē in ablutionē
peccatorū et mēſtruate. Per hoc ꝙ dicit erit
de futuro: patet ꝙ nō pōt itelligi de abluti/
one aliqua veteris legis. Nā oēs ille erant
ſtatute longe ante tempus zacharie. Quod
autem intelligatur de baptiſmo xpī patet ꝑ
illud quod ſequitur. Et erit in die illa dicit

dominus exercituū. Diſperdā noīa ydolo
rū de terra. Quod impletū fuit tempore xpī
et diſcipulorū eius. ꝑ quorū ꝑdicatōnē ydo
latria ceſſauit per totū mūdū. exceptis qui/
buſdā barbaris in aquilonari parte habitā
tibus qui limitati dicitur. ꝙ illud viuū qō
eis primo occurrit qualibet die illud adorāt
et venerantur vt deū ſuum pro illa die. Sed
qm̄ hec modicū eſt reſpectiue: ideo quaſi ꝓ
nihilo reputatur ſm comunē modū loquen
di. et etiā ſm doctrinā phi. ij. phiſicorū. Nec
obſtat ꝙ dicitur domui dauid et habitanti/
tib⁹ iheruſalē. quia hieremie. xxx. chriſt⁹ no/
minatͬ nomine dauid vbi dicitur. ſeruiēt do
mino deo ſuo. et dauid regi ſuo quē ſuſcita
bo eis. Non eī intelligi pōt de dauid q̄ mor
tuus erat ꝑ. cccc. annos ante vel circiter. et ꝙ
intelligatur de xpō patet per tranſlationem
chaldaicā que ſic habet. et colent coram do
mino deo ſuo: et obedient Meſſie filio da/
uid. et ſic per domū dauid hic intelligitͬ fa/
milia chriſti et eadē intentione ꝑ iheruſalem
militans eccleſia. Dicitur autem baptiſmus
fons patens. quia nulli penitenti debite de/
negatur. et dicitur: i ablutione peccatorum
et mēſtruate ꝓpter peccatū actuale et origia
le quod contrahitur in vtero matris. vtrū/
ꝙ enī lauat baptiſmus in adultis ad bap/
tiſmū veniētibus. Unde dicit hic gloſa chal
daica ſuper verbo in ablutionē peccatorum
et remittantͬ ſua peccata et ſue macule. Et
idē dicit rabi ſalomon in ſua gloſa allegan/
do chaldeū. Item ſexto Iſaie. in. c. xij. poſt/
ꝙ locutus ē de ſaluatore dicens. Ecce deus
ſaluator meus: fiducialiter agam et non ti/
mebo etc̄. conſequenter dicit Haurietis aq̄s
in gaudio de fontibus ſaluatoris. Et gloſa
uit chaldaicus. Et recipietis cū gaudio le/
gē nouā electorum iuſtorum. Hebraica veri
tas habet. Accipietis aquam cū gaudio de
fonte ſalu ationis. et idē eſt de fonte ſaluatō
nis vel ſaluatoris. Et ita impletur in hoc ſa
cramento ꝙ habet virtutē remitēdi peccata
ex fontib⁹ ſaluatoris. i. ex quinqꝫ plagis xpī
in paſſione ſua. Et ad litterā de fonte ſalua
toris. i. de latere xpī exiuit ſanguis et aqua
et qui vidit teſtimoniū ꝑhibuit. et ſcim⁹ q̄a
verū eſt teſtimoniū eius: vt patet Iohānis
xix. Item ſeptimo Iſa. lij. c. in fi. Ecce intel
liget ſeruus meus. et exaltabitur et eleuabitͬ
et ſublimis erit valde. Sequitur iſte aſpget

gentes multas. Hec ſcriptura intelligit̃ ad
litterã de xp̄o. patet per tranſlationẽ chalda
icã. cui nõ licet contradicere iudeis que tal'
eſt: Ecce pſperabitur ſeruus meus Meſſias
ꝓpter quod antiqui hebrei ab iſto loco vſ/
ꝗ ad finẽ. liij. capituli expoſuerũt ad litte/
rã de paſſione xp̄i. Dicit ergo. ecce intelli/
get ſeruus me⁹. qꝛ habet ſciaꝫ diuinã ab eter
no: et humana ex tẽpore. et exaltabitur. ſ. ad
vnitatẽ ſuppoſiti diuini. vel aliter. Exaltabi
tur in ſua reſurrectione: et eleuabitur in ſua
aſcenſione: et ſublimis erit valde ſedens ad
dexterã patris: Marci vltimo. Et dñs quidẽ
ihũs poſt ꝙ locutus eſt eis: aſſumptus eſt i
celũ et ſedet ad dexterã dei. Vel aliter ſm ꝙ
exponit rabi aquiba. Exaltabitur plus ꝙ̃ a
brabam: et eleuabitur pl⁹ ꝙ̃ moyſes et ſub
limis erit plus ꝙ̃ ãgeli: Ex quibus ſatis pt
inferri ꝙ meſſias debebat eẽ deus: Sequit̃
ad ꝓpoſitum. iſte meſſias aſpget gentes ml'
taſ. i. mũdabit ſanguine ſuo et baptiſmate.
que oĩa manifeſte ſunt impleta in xp̄o. Iteꝫ
octauo et vltimo dauid prophete fuit reuela
tũ ſignũ cõpletiõis oium ꝓphetarũ ſacramẽ
tis baptiſmi. vnde dicit in pſalmo. xxviij.
Vox dñi ſuper aquas deus maieſtatis itõ/
nuit. ac ſi diceret. clarius tũc ſacramẽtũ bap
tiſmi erit adipletũ cũ vox domini fuerit ſup
aquas et de⁹ maieſtatis itonuerit. quod fuit
adipletũ in baptiſmo xp̄i. qꝛ tũc vox patris
itonuit dicens. hic eſt filius meus dilect⁹ etc̃.
Math. iij. et iſta fuit intonatio dei maieſtatis
ex predictis in ſolutione huius argumẽti iu
daici tria colligũtur. Primũ ꝙ lꝫ xp̄us fue
rit baptizatus: fuit tamẽ imũdis a peccato.
Secũdũ ꝙ baptiſmus xp̄i nõ fuit fruſtra li/
cet ipſe eſſet ſine peccato. Terciũ eſt ꝙ iſtud
ſacramẽtũ fuit in teſtamẽto veteri figuratuꝫ
et multipliciter ꝓphetatuꝫ: ac ꝑ doctores et
gloſas hebreorũ euidẽter demõſtratum.

Contendit iude⁹ ꝓbare ꝙ ihũs nõ habu
it ſpm̃ſanctum ante baptiſmum.

Extũ argumẽtum iudeorũ ſumitur
ex euãgelio ex illo. Math. iij. bapti/
zatus autẽ cõfeſtĩ aſcẽdit de aqua. et ecce ap
ti ſunt ei celi. et vidit ſpm̃ de veniẽtẽ ſicut co
lũbã et deſcendẽtẽ ſuper ſe. Ex hoc arguunt
iudei ꝙ xp̄s ante baptiſmũ nõ habuit ſpiri
tũſanctũ cuius oppoſitũ aſſerũt xp̄iani. qd
autem iſtud ſequatur ex textu patet. qꝛ null⁹
venit vbi pri⁹ erat. Cũ ergo dicat̃ in textu. vi
dit ſpm̃ de veniẽtẽ ſuper ſe ergo ſpũſanct⁹
non venit in ihũ nazareno ante baptiſmuꝫ.
et tñ tũc erat incipiẽs annũ. xxx. ſic ergo. xxx.
ãnis fuit ſine ſpũſancto. qd incõueniẽs ma
gnũ reputatur a xp̄ianis. Reſpondetur ꝙ ñ
ſequit̃. vidit ſpiritũſanctũ deſcendẽtem et ve
niẽtẽ ſuper ſe. ergo ante nõ habuit ſpm̃ſan/
ctũ. qꝛ. iiij. Reg. ij. dicitur de heliſeo. cumqꝫ
caneret pſaltes facta eſt ſuper eũ manus dñi
qd intelligitur de ſpũ ꝓphetãdi. et tñ dicit̃ d
eo ante. ij. c. Requieuit ſpũs helye ſuper heli/
ſeũ. et qd ſubditur in arguẽdo nullus venit
vbi prius erat. dicẽdũ ꝙ verũ ẽ eo mõ quo
prius ibi erat. ſed alio modo põt venire: ſi/
cut dicitur Ge. xviij. vbi dicit̃. dixit domin⁹
ad abraã. Clamor ſodomorũ gomorreorũ
multiplicatus eſt. Sequitur deſcẽdã et vid
bo vtrũ clamorẽ qui venit ad me opere iple
uerũt etc̃. nõ eſt ꝑ hoc intelligẽdũ ꝙ ãte de⁹
nõ eſſet in ſodoma et gomorra. nec videret
eorũ facta cũ de neceſſitate ſit vbiqꝫ preſens:
ſicut dicit̃ Hiere. xxiij. celũ et terrã ego ipleo
dicit dñs. et oĩa de neceſſitate uidet ab eter
no. dicitur ergo deſcẽdiſſe et vidiſſe ꝓpter no
uũ effectũ quem fecit ibi. ſ. ſubuerſione ſodo
me et gomorre. Erat igitur ibi ante ſicut con
ſeruãs in eſſe. ſed deſcẽdit ibi ſicut puniens.
et ſimiliter tũc dicit̃ vidiſſe. qꝛ ſm modũ lo/
quẽdi ſcripture et etiã hominũ de⁹ nõ dicit̃
videre peccata quãdo diſſimulat punire. nec
per hoc iportatur aliqua mutatõ in deo ſed
i creatura ſic ſuo mõ dicẽdũ ẽ in ꝓpoſito. ſpi
ritusſanctus fuit in ihũ nazareno ab inſtan/
ti cõceptionis ſue per plenitudinẽ grẽ: ſicut
dicitur Ioh. i. vidim⁹ eũ quaſi vnigenitum
a patre: plenũ grã et veritatis. et hoc pdictũ
fuit Iſa. xi. c. egredietur virga de radice yeſ/
ſe et flos de radice eius aſcẽdet. et requieſcet
ſuper eũ ſpũs dñi: ſpũs ſapie et intellectus.
ſpũs cõſilij et fortitudinis. ſpũs ſcie et pie/
tatis. et replebit eũ ſpũs timoris domini.
Dicitur tamẽ veniſſe ſuper eũ in baptiſmo ꝑ
alium modum. ſcꝫ in ſigno viſibili colũbe
repreſentãtis in xp̄o plenitudinẽ gratie non
tunc accepte. ſed prius vt dictũ eſt. tamẽ ple
nitudo gratie que latens erant in xp̄o fuit
tunc manifeſta Iohãni baptiſte inuiſibili
ſigno, ſicut ei dictum fuit a domino. Super
quem videris ſpiritum deſcendentem et ma

nentem ſup eũ: hic eſt q̃ baptizat i ſpũſacto.
et per predicationẽ Johãnis alijs fuit dic/
tũ. Ideo ſubditur. ego vidi et teſtimonium
ꝑhibui. quia hic eſt filiuſ dei. Illi tamen q̃
erãt cũ iohãne quando colũba deſcẽdit ſup
ihesũ viderũt cũ eo: et vocẽ patris audierũt
qꝛ colũba illa nõ fuit ymaginaria ſed vera
et viſibilis. et vox diuinitus formata et ſenſi
bilis. Fuit aũt tunc neceſſaria manifeſtatio
plenitudis grẽ i xp̃o. Primo vt ꝓphia Iſa.
ꝑdicta oſtenderet ĩpleta. Secũdo qꝛ cito p9
baptiſmũ erat predicatur9 et publicatur9 le/
gẽ euãgelicã que eſt lex gratie. et per conſe/
quens actor eius oſtẽdit debuit plenus grẽ
Ideo tũc audita eſt vox patris. Hic eſt fili9
meus dilectus in quo mihi cõplacuit tanꝙ̃
in actore euangelij. et ſi dicat iudeus ꝙ tũc
erit cõtradictio in verbis. ſ. ꝙ erat ibi ſpũſſã
ctus. et non erat. veniebat: et nõ veniebat. de
ſcẽdebat et nõ deſcendebat. Dicẽdũ eſt ꝙ ñ
ſequitur qꝛ vera contradictio debet eẽ ad idẽ
et ſm idẽ. et ſimiliter in eodẽ tempore. Nunc
autem vt declaratum eſt non ſimiliter ſed a/
lio mõ venit ſpũſſanctus ſuper ihesum i ba
ptiſmo ꝙ̃ erat prius in xp̃o.

Contendit iude9 ꝓbare ꝙ ihũs xp̃s non
eſt verus deus quia eſurit.

Eptimũ argumẽtũ iudeorũ ex euã/
gelio ſumit̃ ex illo. qꝛ dicit̃ Math.
iiij. ꝙ xp̃s ieiunauit. xl. diebus et. xl. nocti/
bus. et poſtea eſurijt. Arguunt ergo iudi ſic.
Criſtiani dicunt ihũm nazarenũ eẽ deuꝫ. et
que laus eſt deo ieiunare. quaſi dicant nul/
la. quia deo nõ cõpetit comedere vel ieiuna
re. propter quod videtur deriſibile. et adhuc
magis illud quod ſubditur. et poſtea eſurijt
et maxime cũ moyſes qui tantũ homo fuit
ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctib9. et nõ eſu
rijt. Solutio iſtius argumenti patet ex hiſ q̃
ſupra dicta ſunt in iſto. iij. libro conſideratõ
ne. iiij. argumento. xxij. Ibi enim declaratũ
fuit ꝙ xp̃s in lege et prophetis promiſſus fu
turus erat verus homo et verus de9 in vna ꝑ
ſona. Declaratũ eſt etiã ꝙ ihũs nazarenus
eſt verus xp̃s iudeis ꝓmiſſus ſupra libro. i.
in apitione. xij. theſaurorũ. et per conſeq̃ẽs
ipſe eſt verus homo et verus deus. Itẽ dcla
ratuꝫ fuit ibidẽ. et ſepe alibi. ꝙ per paſſionẽ
ſuam et mortem operaturus eſſet noſtrã ſa/
lutem. ꝓpter quod habuit corpuſ paſſibile et
mortale ante reſurrectiõem ſuam. et hoc mõ
ieiunauit et eſurijt. et tandẽ afflictiões et mor
tem ſuſtinuit non in deitate ſua. quia hoc eſt
ĩpoſſibile. ſed in humanitate pro nobis aſſũ
pta. et ſic meruit nobis gratiam et gloriam.
et ſibi corporis glorificationẽ. Unde ſuper
illud. Geñ. xxvi. Et introduxit eã Iſaac: dic
rabi moyſen hadarſan. hic eſt rex meſſiaſ quẽ
elegit deus ſanctus et benedictus: vt coleret
eum toto corde. daretq; cor ſuũ ad petenduꝫ
miſerationes pro iſrael. et ad ieiunandũ et
humiliandũ ſe pro eis: ſicut ſcriptũ eſt Iſa.
liij. Ipſe vulneratus eſt ꝓpter iniquitateſ no
ſtras: attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. diſci/
plina pacis nr̃e ſuper eũ: et liuore eius ſana
ti ſumus. Per hanc traditionẽ dicti rabi mo
yſen patet ꝙ. liij. c. Iſa. loquitur de xp̃i paſ/
ſione pro generis humani ſalute. quod autẽ
dicũt iudei de moyſe. ꝙ poſt illud ieiuniuꝫ
non eſurijt. falſum eſt ꝙ poſtea nõ comediſ
ſet. nec eſt ſimile de vtroq;. nã manichei dic/
turi erant ꝙ ihũs non habuit carnẽ huma/
nã ex elemẽtis cõpoſitã. ſed celeſtẽ. ad quos
repellendos euangelium mentionem facit
de eſurie xp̃i iudei vero hoc non erant dictu/
ri de moyſe. ꝓpter hoc non oportuit ꝙ ſcrip
tura facere mentionem ſic de eius eſurie.

Contendit iudeus probare ꝙ ihũs xp̃s
non eſt de9 quia non dixit dyabolo tẽptãti i
omni verbo quod procedit de ore meo.

Ctauum argumentum iudeorũ ex
euãgelio ſumitur ex illo quod dicit̃
in ſupradicto. c. Non in ſolo pane vi
uit homo ſed in omni verbo quod ꝓcedit d
ore dei. Aſſerunt iudei ꝙ iſta reſponſio quã
ihũs dedit dyabolo nõ eſt rationabilis q̃a
debuiſſet dixiſſe ſed in omni re que procedit
de ore meo. Si enim ipſe erat de9 potuit ho
minis vitam conſeruare de omni re ſiue ſit li
gnũ ſiue lapis ſiue alia huiuſmõi. Reſpon
detur cum dicitur ꝙ debuiſſet dicere ihũs ſꝫ
in omni re q̃ ꝓcedit de ore meo. dico ꝙ non
eſt verum. non enim ſic debuit dicere quia ie
ſus voluit celare dyabolo ſuã deitatem quã
ille querebat experire per temptationem. ꝓ/
pter quod non debuit dicere de ore meo q̃a
loquebatur vt homo celans ſuã diuinitatẽ.

Itē quia tēptationē demonis excludebat p
ſcripturā ſacrā. ideo debuit eam allegare ſi-
cut iacuit in textu in quo ſcribitur de ore dei
et eadē ratione non debuit dicere ꝺ omni re
ſed in omni verbo. qꝛ ſic ſcribitur in textu. cū
hoc etiam pōt dici ꝙ non arguit qꝛ verbum
frequenter accipitur in ſacra ſcriptura ꝓ re fa
cta. nā. ij. Reg. i. c. dicitur quod eſt verbum
quod factū eſt. i. res geſta vel facta. et ſic ac-
cipitur in propoſito vt patet litterā intuenti
Deutro. viij. c.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs xp̄s
nō eſt deus quia non miſit ſe deorſum cum
eſſet in pinnaculo.

Onū argumētū iudeorum ex euan
gelio ſumitur ex illo quod dicit̄. M.
ca. quo ſupra. Si filiuſ dei es mitte
te deorſum etc̄. Sequitur ait illi ihūs rurſuz
Scriptū eſt nō temptabiſ dominū deū tuū z
Ex hoc arguunt iudei dicenteſ ꝙ hec reſpō
ſio non eſt bona. Primo qꝛ vt dicūt iudei in
eo erat ptās faciendi miracula. et ideo ſi di-
miſiſſet ſe deorſum ſine leſione aliqua nō fu
iſſet ibi aliqua temptatio diuina. Secundo
quia ſancti viri leguntur deum tēptaſſe nec
ex hoc reprobantur in ſcriptura ſed magiſ ꝯ
mendantur. ſicut helyas. iij. Regū. xviij. c.
Qui dixit deus qui exaudierit per ignem ip
ſe ſit deus. et helyſeus. iiij. Regū. v. ca. dixit
de naaman leproſo veniat ad me et ſciat ꝓ-
phetam eſſe in iſrael. Similiter ꝺ gedeō Iu
dicū. vi. temptauit deū querens ſignū in vel
lere. Itē deus nō inducit homines ad malū
inducit autē ad ſuipſius temptationē mala
chie. iij. c. Inferte omnē decimā in horreum
meū vt ſit cibuſ in domo mea et probate me
Super hoc dicit dominuſ. ſi nō aperuero ca
tharactas celi et effudero vobis benedictio-
nem meam vſqꝫ ad habūdātiā. Responde
tur cū dicunt iudei. Primo ꝙ iſta reſponſio
non eſt bona non temptabis dominum de-
um tuum. Dico ꝙ in hoc iudei perimunt ſe
ipſos arguentes dictum moyſi deutro. vi. c.
Quod autem vlterius nitūtur oſtendere tē-
ptationem dei non eſſe peccatum manifeſte
dicunt contra deum arguētem maliciam po
puli iſrael Numeri. xiiij. c. tēptauerūt me iā
per. x. vices. Itē pſal. lxxxxiiij. Nolite obdu
rare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecū
dū diē tēptationis in deſerto vbi tēptauerūt
me patres veſtri probauerunt et viderunt o-
pera mea. ad illud autem qꝺ inducunt ꝺ vi
ris ſanctis deū temptāntibꝰ vt dicunt. Scien
dum eſt ꝙ temptare eſt experimentum de ali
quo accipere. nullus autem querit experiri il
lud de quo certus eſt ſed illud de quo dubi-
us eſt. Itē aliquis pōt experiri verbo vel fa
cto. verbo cū querit aliquis de vicino ſuo a-
liquid vt experiatur ſi iuuaret eum in neceſ-
ſitate ſua. facto cum facit aliquid quod non
videtur ordinabile ad aliquid niſi ad talem
experientiam. et talis experientia dicitur tem
ptatio ſicut cū aliquis facit currere equum ſi
ne neceſſitate aliqua aut vtilitate dicitur tem
ptatio equi quia talis curſus non videtur or
dinabilis niſi ad accipiendum experimen-
tum de velocitate equi. Si aūt facit currere
ꝓpter neceſſitatem aliquam puta ad fugien
dum hoſtes vel ꝓpter vtilitatē aliquam vt
ad capiendum ceruum non eſt temptatio eq̄
Dubitare autem de his que pertinēt ad per
fectionē diuinā vt eſt potentia bōitas et hu
iuſmodi ſemper eſt malum Et ideo qui fa-
cit aliq̄d vel qui dicit ſine neceſſitate aut vti
litate ad experiendum diuinā potentiam vl̄
voluntatem tēptat deū et peccat propter qꝺ
exponēs ſe ſine neceſſitate aut vtilitate peri-
culo expectans ſe ſeruari a deo temptat deuz
cū poſſit ſeruari alio modo. tale quid ſugge
rebat dyabolus ihū nazareno dicens. Mit-
te te deorſum. Et licet ihūs per virtutem di-
uinam poſſet hoc facere ſine periculo tamen
hoc non fecit celare dyabolo volens ſuaz di
uinitatem et excludere demonis tēptationē
per ſacram ſcripturā reſpondit bene per illō
quod hominibus ꝓhibetur. poterit enim tā
ꝙ homo per gradus deſcendere de pinnacu
lo. Quod igitur arguitur helya non valet. ñ
enim petijt ſignum per ignem deſcendētem
ſine vtilitate ſed ad hoc ꝙ populus iſrael a
cultu baal ad colendum verum deum redu
ceretur vt patet ibidem. Item hoc fecit de p̄-
cepto domini dicentis ſibi. vade oſtende te
achab vt premittitur ibidem. et tunc reuela-
tus fuit ſibi modus procedendi cōtra ꝓphas
baal licet hoc non ſit totaliter expreſſum q̄a
non omnia ſcribuntur. Eodem modo dicē
dum eſt de heliſeo. curauit enim naamā ex
diuina reuelatione et ad manifeſtationē vir
tutis diuine. Unde et naaman relicta ydo-

latria cõuerſus fuit ad colẽdũ totaliter vnũ verũ deũ. vnde dixit. iiij. Reg. v. c. non faciet ſeruus tuus vltra holocauſtũ et victimam dijs alienis niſi domino. De gedeone vero dicũt aliqui doctores noſtri ꝙ ex debilitate fidei petijt bis ſignũ in vellere ꝓpter qđ non excuſatꝛ totaliter a peccato ſicut dicit quedã gloſa ſuper locũ iſtum. Sed hoc nõ videtur rõabiliter dictũ qꝛ ſcriptura nõ notat eũ culpabilẽ ex hoc facto nec fuit punitꝰ a dõ ſicut zacharias pater iohãnis q ꝓpter dubiũ petijt ſignũ dicens. vnde hoc ſciam ꝓpter qđ factus fuit mutus vſqꝫ ad filij ſui circũciſionẽ vt habetur Luce. i. c. De glo. vero i generali allegata parũ eſt curãdũ. ideo ſaluo meliori iudicio põt aliter dici. vno mõ ꝙ gedeon fecit hoc ex inſtinctu diuino. et ſic nõ peccauit. Inſtinctus enĩ diuinꝰ nõ impellit ad peccãdũ. Alio modo dicẽdo ꝙ gedeõ non fecit hoc dubitãdo de potentia dei quin per ipſam poſſet ſaluare populũ. nec de verbo dñi dicẽtis ſibi. in hac fortitudine tua liberabis iſrael quaſi non eſſet verũ. Sed ignorauit vtrũ hec ꝓmiſſio eſſet abſoluta que ſemꝑ īpletur vel conditionali. ſ. niſi gedeon et eiꝰ ſocij ponerẽt īpedimẽtũ per aliquod peccatũ. frequenter enĩ in ſacra ſcriptura intelligũtur ꝓmiſſiones diuine facte ſub tali conditione ꝙuis nõ exprimatur. hieremie. xviij. ca. Subito loquar de gente et de regno vt edificem et plantem illud ſi fecerit malũ in oculꝰ meis vt non audiat vocem meam penitentiã agã ſuper bono quod locutus ſum vt facerem ei. timuit ergo gedeon ne per fragilitatẽ ſuam vel ſociorum ſuorum ꝓueniret īpedimẽtũ dicte ꝓmiſſionis. petijt ergo humiliter a deo edoceri ꝑ ſignũ quod nõ prouenjret tale īpedimẽtũ vt ſic conſtantius et expeditus iret ad prelium ꝓpter quod petijt duplex ſignum vnũ pro ſe aliud pro ſocijs ſuiſ.

Ad auctoritatem malachie dicendũ ꝙ iudei tenebãtur ſoluere decimas ex ꝑcepto dei ſicut patet in multis locis veteris teſtamenti et per cõſequẽs hoc erat neceſſe ex ꝑte ſoluẽtiũ et vtile ex ꝑte recipientium. Erat enĩ ad ſuſtẽtationeꝫ miniſtrorum. Ad hoc enim inducebat dominus populum per prophetam dicens. Inferte omnem decimã etc̃. Quod autem ſubditur probate me ſuꝑ hoc etc̃. li probate non tenetur hic cauſaliter ſic ĩtelligendo ꝙ ſoluerent decimas ad probandum ſeu tẽptãdũ. ſi per hec deꝰ aꝑiret eis cataractas celi ſed tenetur conſecutiue. et ẽ ſẽſus ſi ĩpleueritis ꝑceptũ meũ de decimis ſicut tenemini et ego conſequenter multiplicabo bona veſtra ſicut dicitur Iſa. c. i. ſi volueritis et audieritis me bona terre comedetis.

Contẽdit iudeus probare ꝙ lex euãgelica non eſt lex dei qꝛ cõtradicit legi moyſi cuꝫ dicat non iurare omnino.

Decimũ argumẽtũ iudeorum eſt et ſumitur ex euangelio ex illo verbo Math. v. c. Audiſtis qꝛ dictum eſt antiquiſ nõ periurabis. reddes aũt domino iuramẽta tua. ego autem dico vobis non iurare oĩno etc̃. ſequitur. Sit ergo ſermo veſter. eſt eſt nõ non quod autẽ habũdãtius eſt a malo ẽ. Ex iſtis arguunt ſic iudei xpiani affirmãt ꝙ lex euãgelica nõ deſtruit legẽ moyſi in moralibus ſed hoc patet eẽ falſum qꝛ ſcribitur deutro. x. c. Dñm deũ tuũ timebis et illi ſeruies ipſi adherebis et in nomine illius iurabis. Et iterũ deutro. vi. Dominũ deũ tuũ timebis et illi ſoli ſeruies ac per nomẽ illiuſ iurabis. Et patet manifeſte ꝙ ihũs nazarenus iſtud deſtruit dicẽdo. ego dico vobis ñ iurare oĩno. Solutio ꝙ negatio ꝑpoſita ſigno vniuerſali facit equipollere ſuo contradictorio quia non omnis et quidã non equipollent. Et ideo ꝑ hoc ꝙ dicitur non iurare omnino. nõ excluditur omne iuramẽtuꝫ. qꝛ quilibet tenetur ſuperiori requirenti veritatem per iuramentum dicere veritatem aliter periret iuſticia et veritas in multis caſibus. ſed cum dicitur. Non iurare omnino excluditur iuramẽtum illicitum quod eſt triplex. ſ. iuramentum falſum quod caret veritate et iuramentum iniquũ quod caret iuſticia. ſicut cum aliquis iurat innocenti nocere et iuramentum incautum quod iudicio diſcretionis caret quod fit quando quis iurat ſine neceſſitate aut pia vtilitate. et propter hoc dicitꝰ Iere. iiij. c. iurabis viuit dominus in veritate et iuſticia et iudicio. ad excludẽdũ illa tria iuramenta illicita. Sciendũ autem ꝙ ex verbo deutro. iiij. c. ſupra allegato i nomine illius. ſ. dei iurabis. Aliqui dixerunt ꝙ iuramentum eſſet frequentendum tanꝙ religionis actus etiam in communi verbo vbi non

apparet neceſſitas aut pia vtilitas de quib⁹
videntur fuiſſe iſti iudei arguentes. Sꝫ ꝙ
hoc ſit falſum patet per preceptū diuinum.
Exod. xx. vbi dicitur. nō aſſumes nomē dei
tui in vanū. nec enī habebit in ſontem dñs
eum qui aſſumpſerit nomen dei ſui fru-
ſtra. quod facit ille qui iurat ſine neceſſitate
aut pia vtilitate hoc etiā patet ex verbo Hie
remie ꝑallegato: Item Eccleſiaſtici. xxiij. c.
dicitur vir multum iurans replebitur iniqui
tate. nam ex frequentia iurandi ex iuramen-
to incauto labitur in iuramentū falſuꝫ et ini
quum. Quod autē ſubditur ſit ſermo veſter
eſt eſt. non non. i. ſimpliciter affirmando ve
ritatē et negādo falſitatē intelligendū eſt ni
ſi neceſſitas plus exigat. et ꝙ hoc intelligat
de modo communi loquēdi inter hoīes patꝫ
per hoc ꝙ dicitur ſermo veſter: qd̓ autē am-
plius eſt a malo eſt. nō dicit hoc eſſe malum
ſed a malo. Nā omne iuramētū eſt a malo
culpe vel pene. iuramētū enī falſum iniquū
et incautū eſt a malo culpe ex parte iurantis
Iuramētū autē licitū eſt a malo pene ex ꝑte
requirentis iuramētū. Ex humana quippe fra
gilitate que pena quedā ē inflicta humano
generi ꝓpter culpam primorū parentū pro
cedit. ꝙ homines mutuo ſibi nō credūt ſim
plici verbo abſqꝫ iuramento. Et ſic patet ꝙ
xp̄s nō deſtruit in moralib⁹ legē moyſi im-
mo ꝑficit et dat modū quō homines nō ſint
leuiter ꝑiuri. Iudei vero miſeri et ceca dant
modo ꝙ homo ſit periurus et ꝙ frāgat oīa
vota que facit ſm ꝙ deducit Hyeronimus d̓
ſancta fide conuerſus in tractatu quē fecit ex
dictis thalmuth in. c. iij. vbi ſic ait. Dicūt ſa
pientes eorum in thalmuth in nodarim in
ca. qd̓ incipit arbanedarim. Ille qui frangit
iuramēta ꝓmiſſionis vel vota que facit per
totū ānū ne habeāt aliquā vigorē ſurgat vl
tima die anni et dicat quecūqꝫ promiſſiōes
iuramenta vel vota ego fecero que ī toto an
no ſequenti exiſtunt reputo caſſa nulla et va-
na. et hoc modo vtuntur iudei in preſenti in
vna nocte anni. Veniūt enī omnes ante ſu
um rabi: tenētem in brachijs thorath et oēs
cū magna ſolēnitate dicūt ꝑdicta verba. et ex
hoc intelligūt ꝙ ſunt ſine onere conſcientie
ad frāgēdū quodcūqꝫ iuramētū qd̓ faciūt ſi
gnāter xp̄iano qꝫ iuramētū qd̓ fit iudeo ſer
uat. Si ille qui recipit iuramētū dicat illi qui
facit tu iuras in deū et in hac lege ad intelle-
ctū meū ꝙ facies talē rem etc. et cū dicit ad
intellectū meū dicunt ꝙ iā reuocatur ꝑdicta
ꝓteſtatio quā fecit in principio anni: Sed ſi
iuramentū facit xp̄iano. dicūt ipſi ꝙ lꝫ xp̄ia
nus dicat. tu iuras ad intellectū meum ꝙ ñ
reuocatur ꝓpterea ꝑdicta proteſtatio qꝛ xp̄i-
anus nō habet intellectū. Et ideo licet omnes
aliame iudeorum iuxta forū regni faciāt iu-
ramentū in manibus ſui maiorini. vel baiu
li de nō preſtando pecunias vltra id qd̓ licē
tiātur ꝑ regē nullus eorū obſeruat et intelli-
gūt ꝙ non peccāt ꝓpter ſupradicta. hec ille.
Huic ſententie fauet etiam magiſter Iohan̄
nes conuerſus in libro de concordia legum
titulo. iiij. c. vij. vbi preter illa que dicta ſunt.
addit etiā ꝙ mandauerunt ſapientes iudeo
rum in thalmuth ꝙ ſi iudeus faceret iuram̄
tum et de hoc poſtea peniteret in corde ꝙ in
preſentia trium iudeorum dicat ſe talia iu-
raſſe. et ꝙ de eis in corde penitet ꝙ iudei a-
ſtantes dicunt ei. Illa que iurauit vana et ni
hilata ſuo iudicio reputare et ꝙ illa que iu
rauit ſeruare. nullatenus obligatur. Itē dic
ꝙ in nocte remiſſionem indulgentiarum po
nunt in publico thorath. et cātor dicit popu
lo publice ter ꝙ oīa vota et iuramenta facta
ſunt caſſa nihilata et vacua et nullius penit⁹
firmitatis: Dicit ergo iſte ꝙ ex huiuſmōi oc
caſione iudei ſunt faciles ad iurandū et nul
lū obſeruāt penit⁹ iuramentum. Et ꝑter hos
alios articulos immiſcent iuramentis. quare
de eis per ſua iuramenta confidere nullus d̓
bet et dicitur ī ſuo thalmuth ꝙ quidā actor
iudeorum priuatus et familiaris erat cuiuſ-
dam imperatoris quadā die intrans came
ram ſuam inuenit eum comedentem victua
lia prohibita. et imperator recepit ab eo iu-
ramentuꝫ vt hoc nullatenus alicui reuelaret
et poſt tempus inuentus eſt reuelaſſe. et di-
xit ei tu nonne iuraſti deo te hoc nunqꝫ reue
lare. Reſpondit ego iuraui nō reuelaturus
deo ſed non hominibus de mundo. et ſi do
mino ſic falſauit iuramentum articulo ſubti
litatis falſe quanto magis hominibus fal-
ſaret leuiter iuramentum. quare nunqꝫ a iu-
deis deberet exigi iuramentum nec ī aliquo
deberet credi. et de eis dicitur Hieremie qn-
to. ꝙ ſi etiam dixerint. viuit domin⁹ et hoc
falſo iurabunt et chriſtiani non leuiter iurāt
et obſeruāt fideliter iuramentum ſm legem
et niſi adimpleatur a confeſſorib⁹ ñ abſoluūt

dū tamē ſint licita iuramenta quoniā ipſa
obſeruare penitꝰ obligātur de quo. Numeri.
xxx. ſi quis virorū votū vouerit dn̄o aut ſe
conſtrinxerit iuramento non faciet irritū ver
bū et omne quod ꝓmiſerit implebit. hec ille

Contendit iudeꝰ ꝓbare ꝙ lex euangelica
non eſt lex vera quia deſtruit legē iuſticie.

Undecimum argumentū iudeorum
ex euāgelio ſumitur ex illo. Math.
ca. quo ſupra. Audiſtis qꝛ dictum
eſt antiquis. Oculū ꝓ oculo. dentē ꝓ dente.
Ego autem dico vobis non reſiſtere malo.
ſed ſi quis percuſſerit te in dexterā maxillaꝫ
ꝑbe ei ad alterā. et qui voluerit in iudicō cō
tendere tecū et tunicaꝫ tollere dimittite ei et
pallium etc̄. hoc dicūt iudei eſſe cōtra legeꝫ
rectitudinis et iuſticie a deo datā Exod. xxi
oculū pro oculo etc̄. Itē xp̄iani non ſeruant
iſtā legē ihū nazareni. Nā per fraudes et li-
tes vnꝰ rapit bona alterius et nō ſolū hoc ē
verū de ſecularibꝰ ſed etiam d̄ religioſis plu
ribꝰ. Reſpondet ꝙ non eſt verū ihūm naza
renū deſtruxiſſe legē iuſticie et rectitudinis.
Circa quod ſciendū ꝙ nō reſiſtere malo ali
quādo bonū eſt et neceſſariū. et ſic cadit ſub
precepto vtpote quando ex tali reſiſtēcia ap-
paret manifeſte origo magni mali et diſcidi
um ciuitatis vel regni vel aliquid huiꝰ mo-
di. Aliquādo vero eſt bonū ſupererogatio
nis vt qn̄ malū illatū toleratur patienter ꝓ-
pter deum. vel propter pacem ſeruandam.
vel ꝓpter ſui humiliationem et ſic non reſiſte
re malo cadit ſub conſilio et non ſub precep
to et in iſtis duobus modis loquitur ſalua
tor et ſic non excludit legē iuſticie ſed addit
ſuper hoc ꝑfectionē legiſ euangelice ad quā
non tenentur homines. ſed poſſunt licite de
illata iniuria querere vindictā ſecūdū ordi-
nem iuſticie quando non appareret ex hoc ma
ius malū ſurgere vt dictū eſt. Sciendum au
tem ꝙ ex hoc verbo legis. oculuꝫ pro oculo
etc̄. aliqui iudei de quibus videntur iſti ſic
arguentes dixerunt male interpretantes ꝙ
vindicta erat per ſe appetenda quod eſt fal-
ſum quia vindicta eſt malum pene. et idō nō
eſt per ſe appetibilis ſed propter aliquod bo
num conſequendum vt propter ordinem iu
ſticie conſeruandum. vel ꝓpter correctōnem
iniuriantis vel propter terrorem aliorum vt
ab iniurijs coherceantur vel aliquid huiuſ-
modi vbi ergo nullum tale bonum ex pena
alicuius eſtimatur prouenire ſed magis ti-
metur de ſcandalo et maiori malo tunc deſi
ſtere a vindicta querenda neceſſitatis eſt et p̄
cepti vt dictum eſt. Si autem circa talem ca-
ſum quis a vindicta querenda deſiſtit bo-
num ſuperogationis eſt et hoc patet per fac
ta ſanctorum patrum non ſolum noui teſta
menti ſed etiam veteris. Sanctus enim Io
ſeph potens vendicare illatam ſibi iniuriaꝫ
a fratribus non ſolum a vindicta deſtitit ſed
eos cum ſuis familijs miſericorditer ſuſten
tauit. Similiter dauid ſemey ſibi maledicē-
tem et lapides contra eū mittentem et ex hoc
reum leſe regie maieſtatis occidi abiſay. ꝓ-
hibuit. ij. Reg. xvi. c. dicens. Dimitte euꝫ vt
maledicat ſi forte deus reſpiciat afflictioneꝫ
meam. id etiam patet per ſcripturam veteriſ
teſtamenti Leuitici. xix. c. non queris ratio-
nem nec memor eris iniurie ciuium tuorum
Ubi vero ex vindicta ſecundum ordinē iuſti
cie non apparet ortus ſcādali vel mali et ex
deſiſtentia ab ea daretur malis audacia in-
iuriandi bonis. talis deſiſtentia malum eſſꝫ
et peccatum et in tali caſu non eſt intelligen-
dum ſaluatoris verbum. Quod autem ſeq̄
tur et qui te percuſſerit in vnam maxillam et
cetera. Non eſt intelligendum q̄ tum ad effe
ctum vt ſic percuſſus maxillam aliam offe-
rat percuſſori. quia iheſus qui cepit facere et
docere ꝑcuſſꝰ in vna maxilla vt habet Ioh
xviij. c. non prebuit aliam maxillam ꝑcuſſo
ri. ſed eum caritatiue correxit dicens ſi male
locutus ſum teſtimonium ꝑhibe de malo. ſi
autem bene cur me cedis. Eſt ergo verbū p̄-
dictum ſecūdum animi preparationem in-
telligendum. ſ. vt ſic percuſſus ſit diſpoſitus
in anima adhuc ſuſtinere maiores percuſſi-
ones et iniurias in caſibus predictis. ſ. quā
do eſt ibi bonum neceſſarium vel ſupererro-
gationis. Ad illud autem quod obijcitur d̄
xp̄ianis legem xp̄i non obſeruantibus. Di
cendum ꝙ ex eorum malicia non peioratur
lex euāgelica ſicut nec lex in monte ſynai da
ta ꝑ hoc ꝙ iudei ſatis cito poſt eius datōeꝫ
fecerunt et adorauerunt vitulum cōflatilem
Exodi. xxxij. c.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ lex euangelica non eſt lex vera quia dat conſilium dilectionis inimicorū.

Uodecimum argumentum iudeorum ex euangelio ſumit ex illo verbo Math. quo ſupra. Audiſtis ꝙa dictum eſt antiquis. Diliges ꝓximū tuū et odio habebis inimicū tuū. Ego aūt dico vobis diligite inimicos veſtros et benefacite his qui oderūt vos etc̄. Ex hoc dicūt iudei Uidetur ꝙ ihūs nazarenus deſtruxit diuinū ꝓceptū qꝛ dn̄s mādauit filijs iſrael. ne amicitias vel federa contraherent cū habitatoribus terre chanaan qui erāt inimici eorū nec quererent eis bonū. vt habetur Numeri xxxiiij. oppoſitum dicit ihesus vt patet manifeſte ergo eſt deſtructor diuini precepti. ꝓ reſponſione ad iſtud iudaicum argumentū ſciendū eſt ꝙ doctores hebrei circa hoc errabant. Ex hoc enī ꝙ preceptū eſt Leuitici. xix. Diliges ꝓximum tuū ſicut teipſum. arguebant a contrario ſenſu ꝙ debebant odiſ inimicū ſed hoc eſt falſum quia omnis homo ex caritate diligendus eſt. inquantū ad imaginē dei eſt et capax ipſius per cognitionem et amorē. Amicitia enim caritatis fūdatur ſuper cōicatione ſupernaturalis beatitudis. Et iō oīs intellectualis creatura que in actu vel in potentia eſt beata eſt ex caritate diligenda. Mali autē homines q̄diu ſūt in via ſunt in potentia veniendi ad beatitudinem. Et ideo licet eorum malicia ſit odiēda. ipſa tamen natura poſſibilis beatificari eſt diligenda. et hoc eſt quod dicit ſaluator diligite inimicos veſtros bona. ſ. grē et glīe eis optando. Alia autem non ſunt eis optāda niſi in quadā generalitate inquantū valent ad eorum ſalutē qđ ſoli deo eſt notū qꝛ oībus alijs pōt homo bene vel mali vti. et ideo circa hoc non ē aliquid determinate petendū ſed ſub conditōe. ſ. inq̄tū valet ad eorū ſalutē. Sequitur benefacite. benefacere ē effect⁹ dilectōis. Et iō ſicut tenemur diligere inimicos q̄tū ad bona grē et glorie ita tenemur in effectu ſalutē eorū modo dbito et poſſibili ꝓcurare. Quod aūt benefacere odientibus et inimicis eſt laudabile pꝫ non ſolum per ſanctos patres noui teſtamenti ſed etiam veteris Eſaias enim regi gerare et viris eius qui eū oderant et expulerāt fecit cōuiuiū magnū Geñ. xxvi. c. Ioſeph fratres ſuos qui eū occidere voluerunt et tandē in ſeruitutem que ē mors ciuilis vendiderāt dulciter recepit et pauit. Dauid ſaulē ipſum perſequentem ad mortem biſa morte liberauit primo Reg. xxiiij. c. et. xxvij. Deliſeus ſyros eū ſequētes ad mortem a rege iſrael interfici ꝓhibuit et potu iuſſit refici et ſic ad ſuū dominū remitti libere. iiij. Reg. c. vi. hoc etiaꝫ patet per ſcripturā veteris teſtamēti. Exodi. xxij. c. Si occurretis boni inimici tui aut aſino erranti reduc ad eū. Item ibidem ſi videris aſinū odientis te iacere ſub onere non ꝑtranſibis ſed ſubleuabis cū eo. Item ꝓuerbiorum. xxv. ca. ſi eſurierit inimicus tu⁹ ciba illū. ſi ſitit da ei aquā bibere. prunas .n. congregabis ſuper caput eius et domin⁹ reddet tibi. Itē pſalmo. cxix. Cū his qui oderant pacē eram pacificus etc̄. Si autem contra dicta arguitur de habitatoribus chanaā de quib⁹ inhibuit filijs iſrael ne contraherēt amicitias cū eis ſed eos occiderent. Dicēdū ꝙ illi erāt ydolatre peſſimi ꝓpter qđ morteꝫ meruerunt ſm iudiciū dei. Et ideo filij iſrael occidentes eoſ non fecerunt ex odio ſed ex mandato dei et iuſticie ꝫelo cū ipſis nō erāt amicitie contrahende ad viciū ydolatrie.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ihūs xp̄s n̄ eſt verus deus qꝛ relaxauit ſubſtantiā obſeruantiā ſabbati.

Ercīūdecimū argumētū iudeorum ex euāgelio ſumitur ex illo Math. xv. In illo tēpore Abijt ihūs ſabbato ꝑ ſata. diſcipuli autē ei⁹ eſurientes ceperūt vellere ſpicas et manducare. phariſei autem vidētes dixerūt ei. Ecce diſcipuli tui faciūt qđ nō liceat facere ſabbatis. At ille dixit eis Non legiſtis qui fecerit dauid quando eſurijt et qui cum eo erant et quō ibi intrauit domū dei et panes propoſitionis comedit. qđ nō licebat ei edere neq̄ his qui cū eo erant niſi ſolis ſacerdotibus. et non legiſtis in lege quia ſabbatis i tēplo ſacerdotes violāt ſabbatū et ſine crimine ſunt dico vobis ꝙ templo maior eſt hic etc̄. Ex dictiſ arguūt iudei quadrupliciter. Primo ſi ihūs eſt de⁹

vt dicūt xpiani quō relaxauit obſeruantiā
ſabbati cū ipſe prius eā ꝓcepit Exod. xx.
ca. Memēto vt diem ſabbati ſanctifices. igi
tur aut ipſe nō eſt deus cuius cōtrariū affir-
māt xpiani aut deus eſt mutabilis relaxan
do quod ipſe ꝓceperat maxime tanꝙ legiti
mū ſempiternū cuiuſmodi ē obſeruatio ſab
bati. Itē .ij. exēplū quod adducit de dauid
non eſt conueniens primo qꝛ diſcipuli non
erant in tanta neceſſitate famis ſicut dauid
et eius viri. Secūdo qꝛ dauid tūc tranſgredi
ens ſabbatū tranſgreſſionē tūc nō reiterauit
Itē .iij. ſi excuſauit hāc dauid trāſgreſſionē
eadē ratione debet excuſare adulteriū eiꝰ cū
berſabee et homicidiū vrie. Itē .iiij. exēplū
quod adducit de ſacerdotibꝰ nō eſt ad ꝓpo-
ſitū ſacerdotes .n. opabantur ſabbato in tē-
plo accēdēdo ignē vel potius nutriēdo. hoc
autem non erat prohibitum ſed ſolum ī ha
bitationibus hominū ſicut dicitur Exodi.
xxxv. c. de ſabbato ignē nō accendentis in cū
ctis habitaculis veſtris. tēplū aūt nō inclu-
ditur in generalitate habitaculorū hominū
Ad primū argumētū dicendū ꝙ magis eſt
ad ꝓpoſitū Nā ille qui dat ꝓceptū pōt in il-
lo diſpēſare ī caſu et totaliter reuocare. Et iō
ihūs incꝑtū deꝰ potuit hoc facere ꝓpter qd
ſubdit de ſeipſo dñs eſt filius hoīs et etiam
ſabbati. Itē idem in perſona eſt filius dei et
filius hoīs ſicut ſupra ꝓbatū eſt. ꝙ autē
tēpore veteris teſtamēti dñs diſpenſauerit ī
obſeruātia ſabbati patet Joſue. vi. vbi dici
tur. ꝙ de mādato dñi Joſue et viri bellato-
res circuierūt orbē Jerico ſeptē diebus con-
tinuis armati et ſic oportuit ꝙ dies ſabbati
fuerit vna de illis. Et in libro apud hebreos
auctētico qui dicitur cedarollā .i. ordo ſeculi
dicit ꝙ die ſabbati fuit ꝑditū Jerico. et hoc
ſatis innuitur ex textu Joſue. vi. vbi dies ille
dicit vnꝰ q̄ ꝓprie dicitur de ſabbato. Et illo
die circuierūt Jerico ſeptē vicibꝰ et in vltio
circuitu corruentibꝰ muris intrauerūt et iter
fecerūt oēs habitatores vrbis. Itē .iij. Reg.
xix. dicitur ꝙ helyas ābulauit in fortitudie
cibi illius quadraginta diebꝰ et quadragin
ta noctibꝰ cōtinue et ſic pluries ābulauit in
ſabbato ex volūtate dei. Quod arguitur vl-
tra ꝙ deꝰ ſit mutabilis non valet. Nā imuta
bilis exñs opat mutabilia opera ſicut icor-
poreus exiſtens corporalia facit. Et ꝙ vltra
dicitur ꝙ ſanctificatiō ſabbati fuit ꝓcepta ad

ſemp nō eſt verū. nā vbi de ipſa ſcribit Exo.
xxxi. c. pactū eſt ſempiternū in hebreo habet
pactū eſt heollā .i. in ſeculū qd nō ſignificat
eternitatē ſed tempꝰ logū cōiter acceptum et
hoc modo dicitur Hieremie. ij. c. A ſeculo ꝯ
fregiſti iugū meū .i. ab antiquo tpe et in he-
breo habetur heollā cōfregiſti. etc. i. a ſeculo
Aliquando vero accipitur ꝓ tēpore indeter
minato qd tamē pōt eē ſatis breue ſicut De
utro. xv. dicitur ꝑforabis aurē eius in ianua
domꝰ tue et ſeruiet tibi vſq; in eternū. et ī he
breo habetur ꝑforabis etc. et erit tibi ſeruus
heollā .i. in ſeculū et hoc tēpꝰ poterit eē bre-
ue vel longū. vnde dicit hic glo. hebraica he
ollā .i. cūctis diebꝰ ſeculi domini vſq; ad iu-
bileū. Si eī infra ānū a ꝑforatione auris ſer
ui moreret dñs fiebat liber a ſeruitute. et ſiui
ueret vltra ānū iubileū. ſeruus tamē fiebat
liber in āno iubileo. Ptꝫ igitur ex dictis ꝙ
obſeruatio ſabbati nō eſt ꝓcepta ad ſemper
ſed ad tempus. Et ex hoc ptꝫ ꝙ illi q̄ ꝓ hac
dictione hebraica trāſtulerūt eternū vel ſem
piternū dederūt ſimplicibꝰ occaſionē errādi
circa obſeruationē ſabbati et circūciſionis.
Ad ſecūdū qd vltra arguitur de diſcipulis
ihū ſpicas vellentibus ꝙ peccauerunt nō ē
verū. nō .n. peccauerunt ratione facti qꝛ ſcribi
tur Deutro. xxiij. c. Ingreſſus vineā ꝓximi
tui comedes vuas quātum tibi placuerit. et
idē intelligēdū ē de granis bladi. et de alijs
fructibꝰ. nec peccabant ratiōe tpis .ſ. diei ſab
bati. nā eorū eſuries eos excuſabat. Poſſet
etiā probabiliter dici ꝙ ſimpliciter hoc pote
rant in die ſabbati. Non eni peccabant rōne
comeſtionis qꝛ comedere in die ſabbati lici
tum erat omnibus iudeis nec rōe excuſſiōis
granorū de ſpicis que ē quedā ꝑparatio ci-
bi licet ꝑparatio cibi ꝑ decoctiōne eēt ꝓhibi-
ta fieri in die ſabbati Exodi. xvi. et. xxxviij.
quia ibi eſt longus labor et diſtractio .ſ. cō-
poſitio lignorū. et accēſio ignis. poſitio va-
ſorū ad ignē et ſollicitudo circa decoctionē
vt fiet optime. tamē alique ꝑparatiōes pui
laboris et paruę diſtractionis in die ſabba-
ti poterant fieri vt pote. Cibū decoctum die
ꝑcedenti diſponere in vaſis et ponere ſuper
menſam. et ꝑ cōſequēs licitū erat ponere mē
ſam et mappā et ſimilia. Similiter illa que
cruda comedebantur vt herbe liciate erant la
uare. vellicatio autē ſpicarū non videtur eſſe
magis laborioſa ſeu diſtractiua ſed minus

et per conſequens licita. Quod aũt vltra ar
guitur ꝙ dauid et viri eius erãt i maiori ne
ceſſitate famis ꝙ diſcipuli ihesu nõ videtur
veriſimile habebant.n.aliquã pecuniã vel
aliqua pignora ad habẽdũ cibum aliunde.
que diſcipuli non hẽbãt quia ſine pecunia
et pera et cũ ſimplici veſte neceſſaria incede/
bant. Unde nec achimelech ſummus ſacer/
dos queſiuit de neceſſitate dauid et virorũ
ſuorum ad hoc ꝙ daret eis licite panem ſan
ctũ ſed ſolũ de mũdicia eorũ maxime a mu
lieribus: vt pᵒ Reg.xxi.c.patet. Quod au
tẽ innuit vltra ꝙ dauid peccauit panes illos
comedendo ptʒ eſſe falſum non ſolum p ver
bum ſaluatoris factum excuſantes ſed etiã
p ſcripturã veteris teſtamẽti q̃ ñ reprobat da
uid comeſtionẽ.nec achimelech conceſſiõeʒ
et qꝛ ſummus ſacerdos erat nõ eẽt veriſimile
ꝙ ignoraret quid eſſet licitũ vel illicitum cir
ca obſeruantiã ſabbati ipſe autẽ dixit ſi mũ
di ſunt pueri maxime a mulieribus mandu
cent quaſi dicat fames ſuppoſita dicta mũ/
dicia facit comeſtionem licitam. Ad terciũ
cum dicitur ꝙ eadem ratione ihesus debuit
excuſare vel relaxare adulteriũ cũ berſabee
et homicidiũ vrie. Dicẽdũ ꝙ eſt falſum. nã
iſta ſunt per ſe mala nec poſſunt bene fieri ꝓ
pter quod in talibus nõ habet locũ diſpen/
ſatio. Ad quartũ cũ dicitur de ſacerdotibus
in templo manualiter operantibus et licite
nõ ſolũ accendendo ignem vel potius nutriẽ
do ſicut p̃cipitur Leuiti.vi.c.ignis in altari
meo ſemper ardebit quem nutriat ſacerdos
ſubijciens ligna mane per ſingulos dies ſʒ
etiam hoſtias lauãdo et ſuper altare cremã
do et hoc rõe templi vel potius diuini cultus
ibi fiendi eadem rõe vel maiori diſcipuli p̃/
ſente ihesu et eos licentiã te poterãt licite vel
lere ſpicas.dato ꝙ alias eſſet illicitum qͦ
tamen non eſt bene datum vt ſupradictum
eſt ideo ſubdit ſaluator. Dico autem vobis
quia maior eſt templo hic. De cauſa autem
quare fuit mutatum ſabbatum in diem do/
minicam.quare etiã talẽ diem correſpondẽ
tem ſaturno obſeruant iudei et quomodo
iudei iam non obſeruant ſabbatum precep
tum a moyſe ſed reductum a dyabolo dictũ
eſt ſupra in iſto tercio libro conſideratione
quarta argumento quinto.

Contendit iudeus probare ꝙ ihũs xp̃s
non eſt verus deus et vnus cum patre quis
confitetur patri.

Uartũdecimũ argumẽtũ iudeorũ
ex euangelio ſumitur ex illo verbo
Math.xi. Confiteor tibi pater dñe
celi ac terre: Et ſequitur omnia mihi tradita
ſunt a patre meo. Arguũt ergo ſic xp̃iani di
cunt ꝙ filius et pater vnũ ſunt quõ ergo di/
citur confiteri corã patre ſuo deberet magis
dicere corã ſeipſo. Itẽ ſi omnia ſunt tradita
a patre ergo nihil habet ad ſeipſo et ſic ex ſe
eſt oĩno deficiens. Ad primũ ſupra declara
tũ eſt argumẽto.xxij.quarte conſiderationis
huius libri per ſcripturas hebreorũ ꝙ chri/
ſtus eſt deus et homo.deꝰ ab eterno et ho/
mo ex tẽpore. Itẽ declaratũ eſt ſupra libro
primo in appritione.xij.theſaurũ ꝙ ihũs na
zarenꝰ eſt verꝰ chriſtus.et qꝛ in eo ſunt diſtin
cte nature ideo ſm ꝙ deus dicit Iohannis
x. Ego et pater vnum ſummus ſcilicet in eſ/
ſentia.diſtincti tamen in perſonis.ſecundũ
autem ꝙ homo dicit Iohãnis.xxiiij. pater
maior me eſt et ſic orat coram patre et confi
tetur. Quod autem ſubditur ſi habet om̃ia
a patre.ergo ex ſe eſt omnino deficiens. Di/
cendum ꝙ hec propoſitio eſt vera. chriſtus
inquantum homo eſt creatura omnis crea/
tura ſibi relicta in nihilum caderet ſicut ẽ de
nihilo. Et iõ poteſt iſta concedi cũ redupli/
catione xp̃s inquantum homo nihil eſt ex ſe
ſed omnino deficiẽs. Si autẽ ex dictis ali/
quis arguat ꝙ idẽ ſequitur de xp̃o inquãtũ
deus qꝛ quicquid habet filius inquantum
deus habet naſcendo et per conſequens ha
bet illud a patre.et ſic ex ſe nichil eſt ſed ẽ oĩ
no deficiens. dicendũ ꝙ non ſequitur quia
filius a patre accipit idem eſſe cum eo. nam
diuinum eſſe non eſt multiplicabile. et ideo
ſicut pater eſt neceſſe eſſe ſic et filius et ſic nõ
põt dici deficiens.nam eãdem deitatem.po
tentiam.ſapientiam.et ſic de alijs abſolutis
habet cum patre. Quod autem in diuinis
ſit pater et filius non ſolum patet ex nouo te
ſtamento ſed etiam ex veteri. Eſaie.ix. filius
datus eſt nobis et vocatur nomen eius ad/
mirabilis conſiliarius deus fortis et cetera.
ex quo patet ꝙ in diuinis eſt filius et per cõ/
ſequẽs pater qꝛ relatiue dicuntur adinuicẽ et

poſita ſe ponunt et perēpta ſe ꝑimūt. Nō eñ pōt dici ꝙ deꝰ filius ſit filius alicuiꝰ creati vl' finiti nō tamē ſunt duo increati aut duo immēſi. ſicut nec duo dij ſed vnus icreatꝰ et vnꝰ imēſus nullā.n. diſtinctionē habēt in deitate ſed ſolū in perſonali ꝓprietate. De trinitate perſonarū et vnitate eſſentie :dictū eſt ſupra argumēto.xxiij.quarte conſiderationis huius libri quantum ſufficiat ad ꝓpoſitū huius libri.

Contendit iudeus ꝓbare ꝙ ihūs xp̄s ñ eſt deus quia contradicens ſibi eſt iſtabilis

Vintūdecimū argumētū iudeoꝝ ex euangelio ſumitur ex illo verbo. Math.viij. Cū aūt deſcēdiſſet ihūs de mōte ſecute ſunt eū turbe multe et ecce leproſus veniens adorabat eū dicens. Dñe ſi vis pōtes me mundare etc̄. Sequitur et ait ihūs illi. vide nemini dixeris ſed vade oſtende te ſacerdoti et offer munꝰ quod ꝑcepit moyſes. Ex his arguit ſic iudeus Ihesus voluit ſacrificium qd' fiebat in emundatione leproſi. Alibi vero.ſ. Math.ix.et.xij.c. dicit miam volo et nō ſacrificiū et ſic contradicit ſibi et eſt inſtabilis in voluntate. Itē idē arguitur ꝑ hoc ꝙ dicit mundato a lepra vade nemini dixeris etc̄. et alibi.ſ. Luce.viij.c. dicit vade ad tuos et narra quāta tibi fecerit dominꝰ. itē alibi.ſ. Math.x.et Luce.xij. dixit. Qui me confeſſus fuerit corā hoībꝰ confitebor et ego eū corā patre meo. et ſic patet ꝙ voluit ſua facta celari et publicari que ſunt contradictoria. Ad primū dicēdū ꝙ non valet. nā eadem rōe per ſcripturā veteris teſtamēti quā iudeꝰ cōfitet̄ eē verā ꝓbaret̄ deū eē mutabilē quia Geñ.viij.c. dicit̄ de ſacrificio noe. Odoratuſq; eſt dominꝰ odore ſuauitatis et ſic fuit ſibi placitū. Itē in Exod. leuitico et alijs libris veteris teſtamēti precepit deus ſibi offerri ſacrificia tanꝙ̄ ſibi placita et Eſaie.i.c. dicitur holocauſta arietū et adipē pinguiū et ſanguinē hircorū et vitulorū nolui et pſalmo.xxxix. ſacrificiū et oblationē noluiſti etc̄ hec.n. non arguunt dei mutabilitatē. Nam ipſe mutabilis mutabilia operat̄ ſicut i corporalis corporalia. Quod aūt ihūs dixit allegando dictū oſee ꝓphete.vi.c. miam volo et nō ſacrificiū non dicit hoc ſacrificia veteris legis reprobādo habebāt eni tūc curſuꝫ ſuū et habuerant vſq; ad mortē xp̄i Sꝫ hoc dixit opera mie ſacrificijs preponendo. naꝫ habent duplicem bonitatem. vnam ex genere quia ſunt virtutis moralis. aliam ex caritate quia quando fiunt ex caritate habēt bonitatem merite vite eterne Sacrificia vero veteris legis non habebant bonitatem niſi ex fide et dilectione offerentiū. idō dicitur Geñ. iiij.c. reſpexit dominus ad abel et ad munera eius. quaſi dicat. munera fuerunt accepta ſibi propter bonitatem offerentis. Quod autem iſto modo intellexerit ꝓpheta vel potius dominus ꝑ ꝓphetā patet per textū ibidem qui talis eſt. miſericordiā volo et nō ſacrificiū et ſciam dei pluſꝙ̄ holocauſtū. Per hoc ꝙ dicit pluſꝙ̄ holocauſtū que ſunt quedā ſacrificia patet ꝙ non loquebatur holocauſta reprobando ſed eis ſciam dei preferēdo et eodē modo de operibus miſericordie reſpectu ſacrificiorum. Et hoc idem patet Eſaie primo capi. Poſtꝙ̄ dixerat dominus holocauſta arietum et adipē pinguiū et ſāguinē hircorū aut vitulorum nolui. Subdit querite iudicium ſubuenite oppreſſo. iudicate pupillo. defendite viduā. et venite et arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix dealbabuntur etc̄ Ex quo patet manifeſte ꝙ opera miſericordie et iuſticie magis erant deletiua culpe et meritoria glorie habende xp̄i tempore ꝙ̄ ſacrificia legis. Quod autem arguitur ꝙ ihūs aliquando voluit facta ſua celari. et aliquādo publicari fuit valde rationabile. Nam omnis eius actio fuit noſtra inſtructio. Expedit autem imperfectis opera ſua celare ne per vanam gloriam extollantur. et expedit aliquando maxime perfectis opera ſua bona in publico ponere ad dei gloriaꝫ et proximi edificatōꝫ. Quātū ad primū dicit ihūs. Ma. vi. te autem faciente elemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et ꝙ̄tū ad ſecundum ſic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bōa et glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt Mathei.v. Sic etiam patres veteris teſtamenti aliqua bona opera fecerūt occulte et aliqua bona publice Helyas eñ filiū vidue ſareptene ſuſcitauit ſecrete in ſuo cubiculo ad ꝯſolatōnē mrīs vidue.iij. Reg.xvij.c. et ignē d' celo fec̄ dſcēder̄ ſuꝑ holocauſtū ſuū ad d'claratōꝫ diuitat] ꝟe publice.ſ. corā rege achab

et ꝑpopulo iſrael.iij. Reg.xviij.c.ſimiliter he
lyſeus multiplicationē oley ad vidue ſuſten
tationē et filiorū eius et ad ſatiſfactionē cre
ditori fiendam fecit ſecrete.ſ.clauſo oſtio vt
habetur.iiij. Reg.iiij.c.et milites ſyrie volē
tes eū capere acriſia ꝑcuſſus duxit eū ī me/
dio ſamarie corā rege iſrael et populo ciuita
tis vt habetur.iiij. Reg.vi.ca. Patet igitur
ex p̄dictis ꝙ ihūs rationabiter aliqua facta
ſua bona publicauit et aliqua occultauit.

Contendit iudeus probare ꝙ pater fili⁹
et ſpiritusſanctus non ſunt vnius eſſentie qꝛ
vnum peccatum dimittitur ab vna perſona
quod non dimititur ab altera.

Extūdecimū argumētū iudeorum
ſumit̄ ex euangelio ex illo loco.M.
xij.omne peccatū et blaſphemia dimittetur
hoīb⁹.ſpūs autē blaſphemie non dimittet̄.
Et quicūꝗ dixerit verbū cōtra filiū hoīs
dimittet̄ ei.qui autē dixerit cōtra ſpiritūſan
c ū non remittetur ei.neꝗ in hoc ſeculo.neꝗ
in futuro.Ex his arguit ſic iudeus. Uos xp̄i
ani dicitis ꝙ pr̄ et fili⁹ et ſpūſſanctus ſūt vni
us eſſentie et vnius volūtatis.quō ergo di/
citur verbū ſeu blaſphemia cōtra ſpūmſan/
ctū et nō contra filiū et patrē.et quō vn⁹ di/
mittit peccatū vel blaſphemiā ſine alio. Hec
eni que videntur haberi ex verbis ihū ipli/
cant contradictionem ſi ſunt vnius eſſētie et
vnus blaſphemator et alter non.ſeq̄t̄ ꝙ idē
blaſphemat̄ et nō blaſphemator et ſi ſūt vni
us volūtatis et alter remittit et alter non ſeq̄
tur ꝙ idē remittit eidē blaſphemāti et nō re
mittit que ſunt contradictoria. Item de aīa
blaſphemantis ipſum xp̄m ſeꝑata quero di
cit iudeus vbi ſit.ſ.in celo vel in gehēna.Si
dicatur ꝙ in celo ſequitur ꝙ ſpūſſanctus im
potens eſt ad puniendū blaſphemiam illa/
tam ſibi et ab eo non remiſſam. Si autē di
cat ꝙ eſt in gehēna ſequitur ꝙ pater et fili⁹
ſunt ipotentes ad ſaluandū eā cum remiſe/
rint blaſphemiam. Itē ſi duo remittunt ſcꝫ
pater vel filius et ſpūſſanctus non remittit
quid ꝓficit blaſphemanti et quid ſibi nocet
ſi ſpūſſanctus non remittit.ex quo pater et fi
lius remittunt ei. Ex his ergo que vident̄ fri
uola et contraditionē iplicātia q̄ tamē ſequū
tur ex verbis ihū nazareni concludit iudeuſ
ꝙ eius doctrina nullius ſit momēti. Satis
patet intelligentibus ꝙ obiectiones iſte ꝓ/
cedūt ex imaginatione falſa circa articulum
ſancte trinitatis q̄ articul⁹ ſatis eſt declarat⁹
ſupra.c.xxiij.quarte conſiderationis huius
tercij libri ex ſcripturis hebraicis.nō ſolum
ꝙ in eſſentia diuina ſint plures ſed ꝙ ſunt
tres et ſolum tres.nec eſt contra intentionē
antiquorum hebreorum dicere pluralitatē
in deo dum tamen vnitas eſſentie teneatur
ꝙ nos xp̄iani tenemus firmiter et confite/
mur fideliter his ergo ſuppoſitis reſponden
dum eſt ad obiectiones. Circa quod ſcien/
dum eſt ꝙ ſaluator Mathei.xij. diſtinguit
blaſphemiam contra filium hominiſ a blaſ
phemia contra ſpiritūſanctum. Primam
vocans verba iudeorum nequiter prolata ꝯ
tra benignitatem humānitatis ſue. Comede
bat enim et bibebat cum hominibus etiam
aliquando cum peccato - bus ſicut clemen/
tiſſimus medicus cum egrotis et propterea
iudei vocauerunt eum voracem et potatorē
vini publicanorum et peccatorum amicum
vt habetur Mathei.xi.c. Et hāc blaſphemi
am dicit ſaluator remiſſibilem eo ꝙ erat ex/
cuſabilis in parte ex conſideratione fragili/
tatis humane. Secundam vero blaſphemi
am vocat verba contra deitatē ſuā nequiter
dicta. Uidentes enim ab eo fieri expulſiōeſ
demonum.illuminationes cecorum.ſuſcita
tiones mortuorum et ſimilia que non pote
rāt fieri niſi virtute diuina. Iudei tn̄ ea ne
quiter attribuebāt virtute demonis dicētes
Math.xij.c. Hic demōia nō eijcit niſi ī beel
ſebuth principe demoniorum et hanc blaſ/
phemiā dixit ſaluator irremiſſibilem.n̄ ſim
pliciter ſed de difficili remiſſibilē. Nā ex p̄te
blaſphemantium non erat aliqua excuſabi
lis rō in toto vel in p̄te qꝛ talis blaſphemia
contrariatur principio remiſſionis peccato/
rū ꝙ ē virt⁹ diuina et qꝛ eadē deitas eſt in tri
b⁹ perſonis Idō blaſphemans contra vnam
ꝑſonā blaſphemat etiā cōtra aliā. et ſimili/
ter quia eadem bonitas eſt in tribus idō vna
perſona non remittit ſine alia. Nam oꝑa tri
nitatis ſunt indiuiſa. Remiſſio tamen pecca
torum aliquando perſone ſpiritusſancti at/
tribuitur.quia principium remiſſionis hu/
iuſmodi ē bonitas que eſt attributū ſpūſſā/
cti. Pꝫ igit̄ ꝙ obiectiones iudei ſupprapo/
ſite ꝓcedūt ex falſa imagiatiōe. Reſtat autē
oñdere ꝙ irremiſſibile dupl̄r dr̄ vno mō cō/

tradictorie. i. nullo modo remiſſibile Alio modo cōtrarie. i. de difficili remiſſibile hoc modo ptꝫ. v. meth. vbi dicitur ꝙ īpoſſibile et intranſibile. vno modo dicitur quod nullo modo pōt fieri vel tranſiri. Alio mō qḋ ꝺ difficili pōt hoc etiam declaratur de cōi mō loquendi. Dicitur enī de ceco pfecto ꝙ non pōt videre ſimpliciter et de cecutiente ꝙ non pōt videre qꝛ videt cū difficultate. Tercio modo hoc declaratur ex mō loquēdi ſcripture veteris teſtamenti. Joſue. n. conſiderās difficultatem populi ad bonū et pronitateꝫ ad malum dixit Joſue vltimo: ca. non poteritis ſeruire dn̄o etc̄. non intellexit de īpoſſibilitate ſimpliciter ſed de difficultate. Nam ibi ſubditur ꝙ iuijt fedꝰ inter populum et deum vt ſeruiret domino. Jtem Hieremie. xiij ca. Si pōt ethiops mutare pellem ſuam et pardus varietates ſuas et vos poteritis bene facere cū didiceritis malū. Quod. n. ethiops et pardus poſſunt mutare pelles ſuas hoc eſt impoſſibile ſimpliciter. Sed ꝙ aſſuetus ad mala reuertatur ad bene agendum n̄ eſt īpoſſibile ſed difficile eo ꝙ habitus vicioſus inclinat ad malū agendū per modum nature. Exemplū autē habet̄ in manaſſe rege qui dū vixit fuit aſſuetus ī peſſimis et tn̄ finaliter reducꝰ fuit ad bonū virtutis vt pꝫ ſj. paralip. xxxiij. et ī fine libri vbi ipſius ponitur oratio. Quod aūt iudeus querit vltio de aīa blaſphemātis vbi ſit. Dicēdū ꝙ ſi receſſit a corpore cū peccato blaſphemie eſt in inferno. Si vero receſſit totaliter expedita ꝙ tū ad culpā et penā eſt in celo. Si autē receſſit liberata a culpa ſed adhuc ad penā temporalē obligata detinetur ad tempus in purgatorio donec purgetur et ſic ad gloriā trāſferatur nec aliqua perſona diuina eſt īpoteſ ad ſaluādū eū. vel puniendū. qꝛ ſicut tres pſone ſunt vnus deus ita ſunt vnꝰ omnipotenſ ad faciendum de creatura quicquid placet ſibi ſm ordinē ſue ſapientie et iuſticie

Quod ihū xp̄s nō ē verꝰ deus qꝛ dicens ꝙ venit ſaluare quod perierat cōtradicit ſibi ipſi loquens parabolice

Decimūſeptimū argumentum iudeorū ex euangelio ſumitur ex illo loco. Math: xviij. non eſt volūtas ante patreꝫ veſtrum qui in celis eſt vt pereat vnus ꝺ puſillis iſtis. et ibidem premittitur venit filius hominis ſaluare quod perierat. Jtē. Mat. xiij. c. dicitur. Jō in parabolis loquor eis qꝛ videntes non vident et audientes non audiunt neqꝫ intelligunt. Ex his arguit ſic iudeꝰ Si venit ihūs ſaluare quod perierat vt dicit et tamen loquebatur peccatoribus parabolice vt non intelligerent nec per conſequens conuerterentur vt ibidem vt in euangelio ſḃditur. Jſta ſibi videntur manifeſte contradicere. ſ. ꝙ quereret ſalutem peccatorum et nō quereret nec vellet. Jtem iſtud vltimo dictū deſtruit verbum domini ezechielis. xviij. c. Nolo mortem peccatoris ſed vt magis conuertatur et viuat. Dicendum ꝙ xp̄s non ſemper loquebatur turbiſ parabolice ſed aliquādo plane et aperte tractans ea que ſunt ꝺ neceſſitate ſalutis vt patet Mar. v. capi. et. vi. et. vij. vbi tradit formam pfectōnis euangelice. Sed quoniam frequenter ad eius predicationem veniebant homines maligni n̄ ad diſcendum ſed ad inſidiandum ei. Jdeo tunc loquebatur parabolice vt non intelligerent ne daret ſanctum canibus et poneret margaritas ante porcos. Aliquando etiam fidelibus et deuotis loquens parabolam premittebat et poſtea exponebat vt ex premiſſione parabole veritas gratioſius caperetur. et hic modus communiter in eccleſie predicationibus obſeruatur. Patet igitur ꝙ ihesus aliquādo loquebatur parabolice et aliquando plane et hoc rationabiliter nam ezechiel et alij prophete frequēter vtroꝙ modo loquebantur vt patet eorum libroſ intuenti. Moyſes etiam aliquando loquebatur populo velata facie aliquando vero ſine velamine. Jtem iudeus arguens contra ihesum eo ꝙ dicit in parabolis loquor eis vt videntes non videant. et cetera. Arguit contra deum veteris teſtamenti et per conſequens ſeipſum dicit enim. Dominus Eſaie. vi. capitulo: Excecа cor populi huius et aures eius aggraua. quam auctoritatem. Jhesus ita allegauit tanꝙ impletam in ſua predicatione per quam ſimplices et illiterati fuerunt illuminati apoſtolis: et ſacerdotes et ſcribe fuerunt excecati. De cā huius cecitatis dictū fuit ſupra conſideratōne prima huiuſ tercij libri. Nec obſtat ꝙ verba

in eccleſia multo tempoꝛe in timoꝛe domini
ſeruiendo laudabiliter reſplenduit ſpiritu ꝓ
phetie et feliciter curſum ſuum cōſummauit
predicti miraculi adhuc in predicta eccleſia
extat memoꝛia in picturis ſicut ego vidi.

De ſignaculis crucis in veſtimentis iude
oꝛum impreſſis.

Onum mirabile accidit in ſupradi
cto regno caſtelle. anno a creatione
mundi quinqꝫ Mlo.lv. ſecundum
computationem hebꝛeoꝛuꝫ. q̄ quidem ann⁹
concurrit cum anno domini Milleſi.cccv.
In quo anno moꝛtuus fuit rex ſaucius fili/
us regis Alfonſi et regnauit rex fernandus
eius filius. Unde narrat magiſter alfonſus
conuerſus in libꝛo de bellis dei.c.xxvij. ꝙ
tempoꝛe ſupꝛadicto ſurrexerunt duo iudei.
qui pꝛophete dicebantur. quoꝛuꝫ vnus erat
in ciuitate Abulen̄. et alius in villa que di/
citur aylon: qui quidem duo tam magnalia
loquebantur. et quandoqꝫ futura pꝛenoſti/
cabant et occulta reuelabant. et ſecundum
moꝛem eoꝛum honeſte viuebant ꝙ ab om/
nibus iudeis iſtius regionis reputabantur
ſancti pꝛophete. Et exiuit eoꝛum fama in re/
gnis circumuicinis et dederunt ſecuritatem
omnibus iudeis et aſſignauerunt eis termi
num ſue redemptionis. Pro die aſſignato
que fuit vltima dies quarti menſis ſupꝛadi
cti anni qui apud eos dicitur chamlim. In
qua pꝛedixerunt ꝙ iudei debebant habere
a deo ſignuꝫ ſue redemptionis miraculoſe
factum ſcilicet ꝙ illa die audirent omēs vo
cem magnam coꝛnu. quā vocem ipſi attēde
bant ſemper ꝙ debebant audire quomodo
veniret meſſias et haberent exire a captiuita
te et pꝛopter hanc magnam famam cecidit
magnus timoꝛ ſuper iudeos. qꝛ maioꝛ parſ
eoꝛum credebat hoc ſine dubitatōe. Et idō
ſanctificauerunt ſe et pꝛeparauerunt ſe. fece/
runtqꝫ penitentias in ieiunijs multis cū ſa/
tiſfactionibus et elemoſynis. quaſi ad deuꝫ
reuerſi oꝛantes vt ſibi pꝛedictum ſignuꝫ ſue
ſalutis oſtenderet. quando venit annus ille
menſis et dies aſſignata valde mane ſurre/
xerunt venientes ad ſynagogas ſuas adorā/
dum deum induti ſyndonibus albis lineiſ
ſeu ſericis pꝛout eſt moris apud eos fieri in
die expiationis ſcꝫ in die decima menſis ſe/
ptimi. Et tunc altiſſimo deo cooperante qui
nullum tempus ſine bonitatis ſue teſtimo/
nio reliquit in ſuis domibus ſupꝛadictis ap
paruerunt ſigna crucis in omnibus et vbi/
cunqꝫ erant etiam in illis ſyndonibus q̄ ſer
uabantur in eoꝛum apotecis. Quo ſigno vi
ſo multi eoꝛum fuerunt turbati quoꝛum qui
dam dicebant ꝙ hoc fuerat factum dyabo/
lica arte et nimirum cum pꝛedeceſſoꝛes eoꝛū
de xp̄o maxima miracula faciente dicebant
in beelzebub eijcit demonia: Mat.ix. Alij
vero dubitabant non audētes loqui nec ali
quid iudicare. Ali vero crediderunt hoc ſi/
gnum fuiſſe veri xp̄i crucifixi. et diſpoſuerūt
ſe ad fidem cum baptiſmo recipiendā. Iſti
fuerunt pauci. Iuxta illud Hiere.iij.c. Aſſu
mam vos vnum de ciuitate et duos de con
gregatione. Saluatoꝛ etiam de via que du/
cit ad paradiſum dicit et pauci inueniunt eam
Math.vij.ca. Que omnia large tradūtur a
ſupꝛadicto magiſtro Alfonſo. libꝛo et capi.
quibus ſupꝛa. Qui expꝛdictus ſe aſſerit mul/
ta vidiſſe. et ideo teſtimoniū perhibet. Un̄
in fine illius capituli narrat ꝙ cum ipſe eſſꝫ
medicus. Aliqui pꝛedictoꝛum petebant cō
ſilium medicine vt poſſent curari a pꝛedictis
cogitationibus. quia credebant parētes eo
rum ꝙ eis acciderat ex aliqua infirmitate et
debilitate cerebꝛi. Dicit etiam ꝙ multo tem
poꝛe ipſe fuit in dubio quo ad iſtud ſignum
ſed illumināte deo credidit iſtud ſignū fuiſ/
ſe verum et manifeſtum miraculum et cōuer
ſus eſt ad fidem xp̄i. Et ideo ſuper hoc in te
ſtimonium veritatis inuocat ſuper ſe teſtes
celum et terram ꝙ ipſe vidit omnia pꝛedicta
eodem anno quo acciderant. De eodeꝫ etiā
ſigno facit memoꝛiam magiſter Iohannes
conuerſus in libꝛo ſuo de concoꝛdia legū.ti.
iiij.ca.iiij. dicit. n. ibi ꝙ pꝛedictuꝫ miraculū
accidit in ſupꝛadicto regno per.xl. ānos an̄
tempus ſuuꝫ et querebat a iudeis qui remā
ſerant quomodo cum tanto ſigno poterant
remanere in iudaiſmo. Et dicit ꝙ reſponde
runt ſibi quia rabini iudeoꝛum illius tēpo/
ris publice pꝛedicabant illud illuſione dya/
boli eē factum ad iudeoꝝ deceptioneꝫ. et ꝙ

omnino vt prius in lege moſaica fortes per manerent. Et dicit vlterius ꝙ quidam nun cius pape ſuo tempore venit ad ptes iſtas qui cũ hoc cognouiſſꝫ p eũ fecit notariũ pu blicum ſcribi rei veritati facta diligenti inq̃ſi tione. recepit eñ multos teſtes iudeos de vi ſu licite vt decuit adiuratos qui pro certiſſi mo hoc aſſerebant et dicit ꝙ omnes alij iu dei illius temporis confitebantur rei huius veritatem. Sequitur et de hoc facio omnibꝰ fidem certam. et iuro per nomen dei hec oĩa predicti miraculi eſſe vera. De predicto etiaꝫ miracolo dñs paulus burgeñ. eṕs in ſuo dy alogo dicit ſupra ca. iiij. poſt multa que ſup dicta ſunt dicit. Ego aũt lꝫ nondũ eſſem te pore iſtius ſigni natus. qui quideꝫ terminꝰ preceſſit natiuitatem meam per. lx. annos fe re. Teſtificor tamen coram deo hoc p̄dictuꝫ ſignum modo predicto contigiſſe ſepe et ſe piſſime audiui ab antiquioribꝰ iudeis nul lo contradicente in ip̃o facto niſi ſolũ iu cau ſa eius. quia quidam eorum attribuebant magice arti. quidam vero cauſam relinque bant ſub dubio. Ego aũt quoqꝫ mirabar. quomodo dñi illius temporis p̄ſertim eccle ſie prelati de hoc non fecerunt menſioneꝫ in ſuis hyſtorijs de quo tamen rationabiliter debuiſſet feſtuꝫ inperpetuũ celebrari ad ho norem ſancte crucis. Sed reuera hanc admi ratioñeꝫ tollit a me exceſſiuus iudeoꝝ ſtatꝰ in illis temporibus tantũ eñ locum habe bant cum regibus et principibus terre tam eccleſiaſticis ꝙ ſecularibus ꝙ hoc potuerũt cauillationibus ſuis impedire. hec ille. Prꝫ ergo teſtimonio p̄dictorum triũ ſolenniũ te ſtium predictum miraculum fore verum cũ in ore duorum vel trium teſtiũ ſtet omne ve rum teſte ſcriptum. Non eſt dubiũ quin plu ra alia miracula in alijs partibus orbis iu deis acciderunt. propter que merito in cogni tioneꝫ catholice fidei debuiſſent venire: Ip ſi tamen magis indurantur in obſtinata ma licia. Sicut eñ ferrum per frequentẽ mallea tionem induratur ſic et populus iudeorũ p frequentia miracula ei oſtenſa. Unde de eiſ ſcriptũ eſt Job. xli. Cor eiꝰ indurabitur quaſi lapis et ſtringetur quaſi malleatoris incꝰ. Si ue ergo videãt miracula ſiue ſentiãt caſtiga tiones et flagella nõ ꝑptera cõuertuntur ſ in ſua malicia obſtinant: Hiere. v. attriuiſti eos et renuerunt accipere diſciplinã. Nec mi rum quia vt dicitur Eccle. vij. Nemo poteſt corrigere quem ille deſpexerit et ſic patet to ta decima conſideratio que erat de iudeorũ mirabilibꝰ et de ſua obſtinata malicia

De iudeorum obligatiõe et iure canoni co et ciuili ac ordinatione regia que octo ar ticulis explicantur.

Ndecima conſideratio eſt de iudeo rum obligatione. Non enim videt rationabile ꝙ gens viuens ſine le ge dei qualis eſt iudaica vt fuit oſtẽſum ſup libro. i. conſideratione tercia. articulo ſexto. puncto ſeptimo. ꝙ in populo xp̄iano qui le ge fruitur permitatur viuere ſine alicuius le gis freno. Ut ergo explicare poſſim concep tuꝫ meũ in preſenti conſideratiõe. viij. occur runt articuli declarandi. Primus eſt quare iudei permittũtur viuere inter xp̄ianos. Se cundus que ſũt illa que ꝑmittunt iudeis de iure. Quartus in quibus xp̄iani non deb̃t cum iudeis conuerſari Quintꝰ que ſunt illa ad que iudei compelluntur de iure. Sextus de pena iudeorũ blaſphemantium nomen xp̄i vel attemptantiũ ſubuertere baptizatoſ Septimus ad que aſtringuntur iudei ex re gia ordinatione· Octauus qualis eſt ſtatuſ iudeorum in regno caſtelle.

Judei ꝑmittuntur viuere inter xp̄ianos.

Rimus articulus eſt ſcire quare iu dei ꝑmittuntur viuere inter xp̄ianoſ cum ſint eorum inimici et tã crude liter ſe habeant circa ipſos vt ſupra oſtenſuꝫ eſt conſideratione ſeptima. Potius. n. vide tur ꝙ deberent oñs occidi et expelli de mũ do. Dico ergo ꝙ iudei ꝑmittuntur viuere in ter xp̄ianos et non occidunt ꝑpter quinqꝫ: Primũ eſt propter impletioneꝫ legis chari tatis etc̃. Math. v. Diligite inimicos veſtroſ benefacite his qui oderunt vos que lex nõ videretur impleri ſi occiderentur. Secunduꝫ eſt ꝑpter fidei catholice confirmationem qꝛ capſarij et librarij noſtri ſũt et firmus eſt te ſtimonium ab aduerſario datum. Si enim paganus non credit hoc eſſe verum ecce vir go concipiet et pariet filium etc̃. mittitur ad iudeum vt ab eo querat an ita ſit ſcriptum. Tercium eſt propter diuine iuſticie manife

ſtationem vt appareat ex eorum pena ꝙ rei ſunt dominice paſſiōis. Sicut imprecati ſūt cuꝫ dixerunt: ſanguis eius ſuper nos et ſup filios noſtros. quia multis tēporibus trāſ-actis curriculis culpa obliuione delata et a nullo mortaliuꝫ ſciretur Sicqꝫ et infamie ob probrium et maloruꝫ euitaret periculū ſicut et de multis contigit gentibus quorum ge-ſta temporum ſunt vetuſtate deleta. huius etiam rei ſignum preceſſit in cayn: in quo ꝓ-pter hoc ꝙ fratrem occidit poſuit dominus in eo ſignum. ſcilicet tremorem capitis et nō occideretur ſꝫ ignoſceretur ei. Unde Deuter. xxviij. Dabit tibi dominus cor pauidum et deficientes oculos et animam merore cōſū-ptam. Sic ergo iudei de morte xp̄i iheſu illa ta perhibent mundo teſtimonium. per hoc ꝙ in captiuitatem eos detulit ſempiternam ſicut xp̄s in euangelio ꝓteſtatur Joh. iij. c. Qui credit in filium dei habet vitam eternā qui autem incredulus eſt filio non habebit vitam ſcꝫ gratie. ſed ira dei manet ſuper eū. ſcꝫ captiuitatis perpetue. Quartum eſt pro-pter memoriam dominice paſſiōis: ſicut ſcri-ptum eſt in eccleſiaſtico. xxix. gracia fideiuſ-ſoris tui ne obliuiſcaris. Sic ergo cum vide mus iudeos faciliter trahimur in memoriā paſſionis xp̄i intuentes eos quorum patreſ xp̄m occiderunt. Ne ergo tantum beneficiū obliuioni tradamus permittuntur iudei vi-uere inter nos. Quintum eſt propter cōplen dam ꝓmiſſionem. quia ad predicationem helie et enoch conuertentur in fine mūdi ſic predixit Yſaias in. ca. iij. ſi fuerit populus iſrael quaſi arena maris reliquie conuertent Uidebit enī deus quoſdam de ſemine iude orū in ſe credituros atqꝫ ſaluādos. et ideo propter eos noluit diſperdere omnino corū ſtirpem ſicut dixit Yſaias. quomodo ſi in-ueniatur granum in botro et dicatur ne diſ-ſipes illud quoniam benedictio eſt ſic faciā propter ſeruos meos vt non diſperdā totū.

Sequitur de conſeruatione.

Secundus articulus eſt videre que ſunt illa in quibus iudei debent cō-ſeruari ne damnum patiatur a xp̄ia nis. Dico ergo ꝙ. vij. ſūt illa que iudeis ex iure canonico et ciuili permittuntur. Primū permittitur eis ꝙ teneant ritus ſuos citra contemptum xp̄iane legis amiſſuri ſine du-bio permiſſa niſi ab illicitis ceſſauerint. ſicut patet. C. de iudeis. l. iudeos. Ideꝫ patet ex tra co. ca. iudei. et. cap. conſuluit. et di. xlv. q̄ ſincera. in fine. Secundum eſt ꝙ in ſyna-gogis eorum nemo hoſpitetur ſicut ptꝫ eo. ti. l. ſynagoga. Tercium eſt ꝙ iudei habent licentiam fulciendi veteres ſynagogas. vt patet eo. ti. l. fi. ſic tamē permittuntur iudei antiquas ſynagogas reficere dum tñ nō am pliores vel precioſiores ſolito faciant. ſicut patet extra. c. eo. iudei. ij. c. cōſuluit. Quar-tum eſt ꝙ iudeus non debet iniuriam pati a xp̄ianis nec coruꝫ ſynagoge vel habitatio nes ſine ratione ledi debent aut concremari. vt patet. C. ti. de iudeis. l. nullus. Itē iudei obedientes non ſunt a xp̄ianis moleſtandi xxiij. q. viij. diſpar. Quintum ꝙ die ſabba-ti nullus iudeus debeat conueniri nec xp̄ia ni etiam a iudei debent conueniri ſed nec in alijs feſtiuitatibus ſuis debent turbari nec ſepulchra eorū obtentu forte pecunie effodi. vt patet ti. eo. l. die ſabbati: et extra eo. ti. ca. ſicut iudei. § . i. et. ij. Sextum permittitur iu deis vendere ſua ſicut xp̄ianis. vt patet eo. ti. l. nemo. Septimum eſt ꝙ non compellan tur venire ad fidem catholicam. quia ſi ſin-cera intentione extraneos a xp̄iana religiōe ad fidem cupiunt rectam adducere blandi-mentis debent non aſperitatibus ſtudere ne quorum mentem a plano reddita ratio pro uocare poterat pellat procul aduerſitas pa tent hec. di. xlv. qui ſincera. et. c. de iudeis.

De. xiij. que iudeis non permittuntur vti

Tercius articulus eſt que ſunt illa q̄ iudeis nō permittūtur dico ꝙ. xiij. Primum eſt ꝙ non inſoleſcant nec quenꝙ̄ precipites in xp̄ianam reuerentiam vltionis admittant. ſicut patet. C. de iudeiſ l. nullus. Secundum eſt ꝙ non diffiniuntur eorum iudicia per ſuos ſeniores. ſed per iu-dices publicos xp̄ianorum. poſſunt tamen arbitros eligere etiam iudeos cuius ſenten tiam ordinarius exequitur. ſicut patet codē ti. l. iudei. Tercium eſt ꝙ non permittitur iu deis accuſatio nec teſtificatio contra chriſti-anos cum in accuſatione equalitas fidei et conuerſationis inter accuſantem et accuſatū ſemper ſit conſideranda. vt is qui accuſat vel

par. vel ſuperior inueniatur. ij. q. vij. non ꝑt
et ca. ſequenti. Quartū ꝙ debet reſcindi qd
cunqꝫ priuilegium quod eximat eos ab ex/
actionibus publicis. vt patet co. ti. l. iuſſio:
Quintum eſt ꝙ non permittuntur nouas ſy
nagogas fabricare. et qui ſynagogaꝫ nouā
extruxerint punitur pena. l. librarum. et ſyna/
goga applicatur eccľie catholice. vt patet co.
ti. l. fi. patet etiam extra co. iudei. et. capitu.
ꝯſuluit. et ponit lex regni ꝙ applicaꝛ eccľie
maiori illius loci vbi edificata eſt. Sextuꝫ ē
ꝙ in diebus lamentatōnis et dominice paſ
ſionis non debent ornati in publico ꝓdire.
extra co. nonnullas. Septimuꝫ eſt ꝙ in die
paſceues non babeant oſtia vel feneſtra ap/
tas. extra co. qꝛ ſup his. Octauū eſt ne xp̄ia
num mancipiū poſſidant vel circūcidāt nec
pōt quocunqꝫ titulo. ſ. emptōnis ſeu dona/
tionis vel hereditatis ſeruū xp̄ianum ꝯſeq̄
Et iudeus q̄ mancipiuꝫ xp̄ianū habuerit et
eum circūciderit capite puniaꝛ et ſeruus libe
rati donatur. Hec patent. C. de iudeis. l. ne
xp̄ianū. et di. liiij. mācipia. et daꝛ ibi cā. ſ. ne
xp̄iana religio iudeis ſubiecta polluatur. de
conſe. di. iiij. plerunqꝫ. ſed nunquid aliquo
modo licitum eſt xp̄ianis vt ſeruiāt iudeis.
Rn̄dit Hoſti. ꝙ cū ꝓhibitū ſit vt nulluꝫ mā
cipium ſeruiat iudeis multominꝰ liberi xp̄i
ani eis ſeruire debent. non. n. debent eſſe aſ/
ſidue intra domum iudei nec tam̄ ꝙ famu/
la. aut nutrix aut obſtetrix Al's ipſi xp̄iani ſi
ab eis diſcedere noluerint debent excōicari
extra co. iudei. et. c. ad hoc. et. c. ſi iudeos. Si
autem iudei nolunt eos dimittere ꝓhibetur
fidelibꝰ cōmercium cū eis. vt in. d. c. et ſi iu/
deos. in fi. ſed extra domū pn̄t eis ſeruicia
fieri. Vnd̄ p n̄t hr̄e colonos xp̄ianos. extra
co. multoꝝ. Nonū ē ꝙ nō ꝑmittuntur ſaxis
vel alio furoris genere attēptare aliquē qui
coꝝ fugerit ſectā al's ꝯtrafaciēs ꝯcremādus
ē cū oībus ſuis ꝑticipibꝰ. vt pꝫ co. ti. l. et ce
tera. Decimū ē ꝙ nō ꝑmittūꝛ circūcidere xp̄i
anos et ꝯtrafaciētes ꝓſcriptōe bonoꝝ et ꝑ/
petuo exilio damnanꝛ. vt pꝫ co. ti. l. iudei.
Vndecimū ē ꝙ nō ꝑmittunꝛ inter xp̄ianos
hr̄e officia publica ne occaſionē habeāt ſe/
uiēdi. di. liiij. nulla. et. xvij. q. iiij. ꝯſtituit. et
ſacrilegū cōmittit q̄ eos talia officia publice
agere ꝑmittit. Ibidē. ꝙ ſi iudeus talia offi/
cia recepit debet ei denegari xp̄ianoꝝ cōio
donec quicq̄d accipit rōne officij ſm̄ ꝓuidē
ciam dyoceſani cōuertaꝛ in vſus ꝑaupeꝝ et
ipſe officiū dimittat. et intelligiꝛ ſm̄ thomā
quo ad dignitates de nouo acq̄ſitas ſecus
de dn̄o p̄ exiſtēti qꝛ illō quēqꝫ tolerat eccľia
ꝓpter ſcādalū vitādū ſed ordinaria auctori
tate tollere poſſet ſicut tollit in ſeruis. Duo/
decimū eſt ꝙ nō habeāt nutrices xp̄ianos.
Vn̄ dicíꝛ ex. co. c. et ſi iudeos. Accepimꝰ eti
aꝫ ꝙ iudei faciunt xp̄ianas filioꝝ ſuoꝝ nutri
ces. et ꝙ nō tm̄ dicere. ſed etiā nephādū eſt
cogitare cū in die reſurrectiōis dn̄ice illas reci
ꝑe corpꝰ et ſāguinē xp̄i ꝯtingit ꝑ triduū ante
ꝙ illos lactent ꝙ lac mām̄illaꝝ effūdere fa/
ciūt in latrinaꝫ. Alia inſup ꝯtra fidē catho
licam deteſtabilia et in audita cōmittunt. ꝓ
pter que fidelibus eſt ferendum ne diuinam
indignationem incurrunt cum eos ꝑpetrare
patiuntur indigne que fidei nr̄e ꝯfuſionem
inducunt. et infra Inhibemus ergo diſtricte
ne decetero nutrices hn̄t vel ſeruientes xp̄ia/
nos ne filij libere filijs famulentur ancille.
ſed tanꝙ̄ ſeruitꝫ dn̄o reprobati in cuius mor
tem nequiter ꝯiurarunt ſe ſaltem ꝑ effectuꝫ ope
ris recognoſcant ſeruos illoruꝫ quos chriſti
mors liberos et illos ſeruos effecit. et infra
Si vero nutrices et ſeruientes nō dimiſerint
chriſtianas ſub excōicationis pena inhibea
tis diſtricte omnibus xp̄ianis ne cuꝫ eis ali
quid cōmercium audeant exercere: Tredeci/
mum eſt ꝙ non ꝑmittitur iudeo habitare cū
vxore fideli niſi efficiatur xp̄ianus. et filij eo
rum debent ſequi fidem et ꝯditionem mr̄is
fidelis. Silr̄ illi q̄ ꝓcreati ſunt de infidelibꝰ
mulieribus et fidelibꝰ viris xp̄ianaꝫ ſequū
tur religionem nō iudaicaꝫ ſupſtitioneꝫ. pꝫ
xxviij. q. i. c. iudei.

De his in quibus xp̄iani cum iudeis nō
debent conuerſari.

Quartus articulus eſt videre que ſūt
illa in quibꝰ xp̄iani cum iudeis nō
debent cōuerſari. Dico ꝙ de iudeis
tribus non debent ſecū conuerſari. Primuꝫ
eſt. ꝙ non debent cū eis comedere aut eos ī
cōuiuia recipere neqꝫ cum eis cohabitare cū
apud xp̄ianos cōibus cibis nō vtantur. In
dignum atqꝫ ſacrilegū eſt coꝝ cibos a xp̄ia/
nis ſumi cū ea que aplo ꝑmittēte nos ſumi
mus ab illis videātur immūda. Ac ſi inferio
res eē incipiant xp̄iani ꝙ iudei ſi nos q̄ ab

illis apponuntur vtamur. Illi vero a nobiſ oblata contemnant. xxviij. q. i. nullus. et. c. omnes. Dicit tamen glo. in dicto. c. nullus. ꝙ pōt aliqs ab eis emere alimēta et poſtea ꝑparare. Secundū eſt ꝙ infirmi xpiani nō debēt in ſuis infirmitatibus vocare iudeos nec ab eis recipere medicinas nec ſecum eis in eiſdem balneis balneare. xxviij. q. i. nullus. et. c. oēs. Terciū eſt ꝙ nemo poteſt cōgregationi iudeorū ſeu alicui iudeo vel pagano aliquid relinquere in teſtamento et ſi fecerit etiam poſt mortem iudicabitur anathema. extra here. ſi quis epi. xxiiij. q. ij. ſane. et videtur intelligēdū ſecūdū vvilhelmū niſi legauerit ad ſuccurrendum neceſſitati.

Quartum ꝙ xpianus vel xpiana iudaice prauitati carnaliter non coniugatur alias a communione eccleſie ſegregentur. xxviij. q. i. caue. et. c. ſi quis iudaice. Et ſi queras que ſit pena ꝑticipantiū cum iudeis cōtra caſus nunc dictos Reſpōdetur ſcdʒ Ray. ꝙ ſi clerici ſint et admoniti ſatiſfacere et emendare nolunt debent priuari officio et bñficio. Si laici ſunt vt puta principes qui nolunt exeq̄ predicta. Siue alij qui aliqua impedimēta afferunt et admoniti non ſatiſfecerint debēt excomunicari. xxviij. q. i. null⁹. Si vero ſūt iudei tamdiu ſunt xpiani ab illoꝝ cōione et ꝯmercio ſeparandi ſub pena excōicationis donec illi emēdauerint et ſatiſfecerint. vt pʒ extra eodē ca. et ſi iudeos. in fi. et extra de ci. ca. de terris et. extra de vſuris. cū tu. Quītū eſt ꝙ iudei conuerſi ad fidem nullam cōmunionem habeant cū alijs iudeis. xxviij. q. ſepe. Unde dicitur ſepe ibi malorū conſorcia etiam bonos corrumpunt quātomagis eos qui ad vicia proni ſūt. Nulla ergo vltra communio ſit hebreis ad fidē xpianā trāſlatis cum his qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt ne forte eorum participatione ſubuertantur. Quicūq ergo āmodo ex his qui baptizati ſunt in fidelium conſortio non vitauerint et hi xpiani donentur et illi publicis cedibus deputentur. Sextum eſt ꝙ iudeoꝝ filij vel filie conuerſi ad fidem ſeparari dñt a conſortio parentum ne eorum inuoluent erroribus et debēt deputari monaſterijs vl' xpianis mulieribus viris deum timentib⁹ vt ſub eorū conuerſatōne cultū fidei diſcāt ac melius inſtitui tam in minoribus q̄ in fide ꝓficiant. vt pʒ. xxviij. q. i. iudeorum.

Que ſunt illa ad que compelluntur iudei de iure.

Quintus articulus eſt ſcire in quibuſ iudei de iure compellūtur. Sciēdū ergo ꝙ in quinq̄ debent compelli iudei. Primū eſt ꝙ iudei a fide apoſtatantes coguntur ad eam redire etiā ſi vi vl' neceſſitate fidē ſuſceperūt ne nomē dñi blaſphemetur et fides quam ſuſceperunt. di. xlv. de iudeis. et de conſe. di. iiij. plerūq. Sed oriunt hic tres difficultates. Prima eſt ſi tales quacunq pena dānati fuerint vtrum a rebus eorum fideles filij excludantur. Dico ꝙ nō q2 ſcriptum eſt filius non portabit iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatē filij. i. q. iiij. iudei. Secunda difficultas eſt qualiter eſt procedendum cōtra xpianos qui fūt iudei. Dico ꝙ procedendum eſt contra eos ſicut contra hereticos et eorū fautores. extra eo. ca. cōtra. li. vi. Et intelligitur ſecūdū glo. ſiue ſint tranſeuntes ſiue redeūtes ad iudaiſmum. vocat tranſeūtes illos qui nunq̄ fuerunt iudei. Redeuntes vero qui prius fuerunt iudei et poſtea facti ſunt xpiani. Tercia difficultas eſt quia videtur eis fieri iniuria ſi coacti receperit baptiſmū ꝙ redeant. Rñdetur ꝙ ſi talis coactio fuit conditionalis puta per minas vel per rerum ſuarum ablationem vel per verbera et hmōi receperūt baptiſmum compellendi ſunt vt dictum eſt. vt patet in predictis capitulis. Si vero fuerunt abſolute coacti vt ſi per violentiam in aquā merſi ſunt tales non receperunt baptiſmum vt patet extra de bap. maiores. et concordat thomas. ij. ſcdē. que. iiij. et etiam Hoſtien. Secundum eſt ꝙ ſunt cogendi iudei ad decimas perſoluēdas. Intelligendū tamē ꝙ decime ſunt duplices. quedam ꝑſonales et has non tenentur ſoluere iudei cum non recipiant eccleſiaſtica ſacramenta nec audiant diuina. immo nec ſunt de corpore eccleſie. ff. de cēſi. l. formā. §. ſi vero quis. Alie ſūt prediales et hos tenent ſoluere. extra eo. de terris. vñ dicit ibidē de terris quas iudei colūt tue prudentie remittim⁹. vt eos ad decimas ſoluēdas vel poſſeſſiones penit⁹ renūciandas cū omni diſtrictione cōpellat ne forte occaſione illa eccl'ie valeant ſuo iure fraudari. et ibi expreſſe dicit glo. hoc nō eſt intelligendum de ꝑſonalibus quia nō ſunt de corpo-

re ecclīe ſed de predialibus Quid ſi iudei oc
cupant aliquā totā prochiā emēdo que xpi
ani ſolebāt poſſideri. nunqd pōt ecclia hac
occaſione petere aliquid ab eis. Reſpondeť
ꝙ petere pōt et ſoluere teneńť decimas pre/
diales. et omnes cenſus ſiue preſtatōes ſiue
oblationes reales quas xpiani de domibꝰ
et poſſeſſionibus ſoluere tenebanť. extra de
vſu. quanto. Sed ſecus eſt de decimis et ob
lationibus pſonalibus vt dictuꝫ eſt. Tercīū
eſt ꝙ coguntur iudei xpianos teſtes recipere
contra ſe. extra de teſti. iudei. ſed iudeus nō
poteſt ferre teſtimoniū contra xpianū. vt ibi
dem et patuit ſupra articulo. iij. Quartū eſt
ꝙ cogendi ſunt talem habitū continue dif/
ferre ꝙ manifeſte ab alijs diſtigantur. extra
eo. in nōnullis. Unde dicitur ibidem. in nō
nullis prouincijs a xpianis iudeos ſeu ſara
cenos habitus diſtinguit diuerſitas. ſed in
quibuſdam ſic conualuit quedā cōfuſio vt
nulla differentia diſcernatur. Unde cōtingit
interdū ꝙ per errorem xpiani iudeorū ſeu ſa
racenorum. et iudei ſeu ſaraceni xpianorum
mulieribus cōmiſcentur. Ne ergo tamdāna
te cōmixtionis exceſſus per velamen erroris
hmōi vlterius excuſatōis poſſit habere dif/
fugium. Statuimus vt tales vtriuſqꝫ ſexus
in omni xpianorum prouincia et omniū tē/
porum qualitate habitus ab alijs perſonis
diſtinguantur. Quintum eſt ꝙ cogen/
di ſunt iudei ad vſuras reſtituendas. ex/
tra de vſuris. poſt miſerabilem. ſcriptum eſt
iudeos ad remittendas xpianis vſuras per
principes et poteſtates cōpelli. precipimus
ſeculares et donec eis remiſerint ab vniuer
ſis xpi fidelibꝰ tā in mercimonijs ꝙ̄ in alijs
per excōmunicationis ſententiam eis iube/
mus cōionem omodam denegari. vide ſupra
de iſta materia. vij. conſideratione crudelita
te. xvij. Et ſi queras vtrum liceat dñis terra
rum exactioneꝫ facere in iudeis. Reſpōdeť
ſcdm Thomaꝫ in quadam litera ad quādā
ducīſſaꝫ miſſa ꝙ ꝙ̄uis iudei ſm iura meri/
to culpe ſue ſeruituti ſunt addicti et ſic coꝝ res
dñi poſſint accipe tā ꝙ̄ ſue ita tñ nō vt ſubtra
hanť neceſſaria vite qꝛ tñ oportet nos ābu/
lare honeſte etiā ad eos q̄ foris ſūt ne nomē
dei blaſphemeť hoc ſuādū videť vt exactio
nibꝰ p̄ter quas facere cōſueuerūt nullatenꝰ
p̄grauenť ſꝫ ad ꝯſuetas cogi pñt. Sꝫ quid ſi
iudei nihil hñt niſi vſuras cui reſtituenť ea
que accepta fuerūt ab eis. Rñdeť ſcdm tho
maꝫ in p̄dicta litera ꝙ cum ea que iudei per
vſuram extorſerunt nō poſſint licite retinere
cōſequens eſt vt ſi vos illa ab eis receperitis
nec licite retinere poteſtis niſi forſā eſſent ta
lia que a vobis vel anteceſſoribꝰ vřis hacte
nus extorſiſſent. Si que vero habent que
extorſerunt ab alijs dñt reſtitui illis quibꝰ
iudei reſtituere tenebanť ſi inueniunť. Alio
quin in pios vſus ſcdm cōſilium dyoceſani
et aliorum pboꝝ vel in cōmunem vtilitateꝫ
terre ſi neceſſe eſt expendātur. nec eſſet licitū
ſi vos de nouo exegeritis illam a iudeis ſer
uata tamen cōſuetudine predeceſſoꝝ veſtro/
rum ac intentione vt in pios vſus expende/
rentur. Sed nunquid licet recipere donā vel
precium laboris et hmōi a iudeis vſurarijs
Rñdetur ſecundum wilhelmuꝫ ꝙ ſi iudeꝰ
habet aliquid aliud ꝙ̄ vſuras pōt accipi ab
eo. Si vero nihil habet p̄ter vſuras. tūc aut
recipiens certat de damno ſuo vitando et ſic
accipiendo non peccat. ſicut qui a fure vel la
trone damnificatus eſt. puta per incendium
et hmōi non peccaret ſi recuperaret ab eo dā
num ſuum licet ipſe fur vel latro nihil habe
ret niſi quod eſſet acquiſitum de furto vel
rapina: dum tamen non reciperet pro dam/
no ſuo in ſpecie ipſas res alienas. Addit
thomas in p̄dicta epiſtola ꝙ iudeꝰ ſi vltro
conferat pecuniam vel exeniū expedit reci/
pere vt pecunia ſic recepta addať his quibꝰ
de iure debetur ſeu alijs vt dictum eſt.

Seqť de pena iudeoꝝ blaſphemātiū nomē
chriſti vel attēptātiū ſubuertere baptizatos.

Extus articulus eſt ſcire qua pena
ſunt feriendi iudei blaſphemantes
nomen xpi vel attemptātes ſubuer
tere baptizatos Ad primū reſpondetur ſm
Hoſti. ꝙ omnis talis ſcdm leges decapitať
etiam xpianus. Unde principes ſeculares
iudeos xpm blaſphemantes grauiter debēt
cum pena pecuniaria ſiue etiam grauiori ex
tra eo. in nonnullis in fi. vbi ſic habetur. Il
lud aūt ſtrictiſſime iubemus ne in contume
liam creatoris proſilire preſumant. Et qm̄
illius diſſimulare non debemus obprobriū
qui probra noſtra deleuit: precipimus pre/
ſumptores hmōi per principes ſeculares cō
digne animaduerſionis adiectione cōpelli.

ne crucifixum pro nobis aliquantulũ blaſ-
phemare preſumant. Ad ſecundũ dicitur ꝙ
iude⁹ qui nititur ſubuertere baptizatos dꝫ
publicis flagellatiõibus deputari. xxviij. q.
i. ſepe. Ita tamen ꝙ hec pena non trãſeat
in vindictam ſanguinis quia talis pena re-
linquenda eſt brachio ſeculari.

Ad que aſtringũtur iudei ex regia ſiue re
gali ordinatione.

Eptimus articulus eſt de his ad q̄
tenentur iudei ex regia ordinatione.
Eſt notum legenti hyſtorias hyſpa
nie ꝙ rex hẽricus ſecũdus frater regis petri
qui regnũ fratris habuit multas cedes ſeu
ſtragas in iudeos fecit. tã in vrbe toletano
ꝙ̄ in multis alijs villis et caſtris in confi-
nibus regni caſtelle exiſtentibus. Et cũ hu-
iuſmodi rex henricus ſecundus regnauit
regno accepto a fratre ſuo petro: Ipſe inſti-
tuit in curijs generalibus ꝙ iudei portarent
ſignũ diſtinctionis in ſuis veſtibus prout
iura canonica volunt. ꝙ tamen nunꝙ fuit
auditum in hyſpania. Sed indiſtincte cũ fi
delibus conuerſabãtur. ex quo multa enor-
mia et diuine legi difformia ſequebantur.
Conſequenter rex iohannes primus felicis
recordatõnis filius predicti regis henrici ſe
cundi inſtituit: ꝙ iudei nulla haberent offi-
cia publica nec iuriſdictões etiã inter ſeip
ſos in criminalibus exercent. qua quidẽ iu
riſdictõne alias maxime abutebantur poſt
quam ſcꝫ regem iohannẽ regnauit rex hen
ricus tercius ſancte memorie filius ei⁹ in an
no. xi. etatis ſue in cui⁹ regis principio de⁹
vltionem ſanguinis xp̄i. excitante multitu-
do populorum magna et valida contra iu-
deos ſurrexit et ꝙ̄ plurimi fuerunt interfecti
per totam hyſpaniam. Quiquidem tumul-
tus incepit a ciuitate hyſpalenſi. In cuius
eccleſia metropolitana quidam dyaconus
in litteratura ſimplex et laudabilis vite ce-
pit predicare contra errores iudeorũ et mo-
dos viuendi eorum enormes: et cõtra ſyna-
gogas eorum nouiter contra ſacrorũ cano
num tenorem edificatas: ex quo ſupradict⁹
tumultus incepit. et conſequenter in breuiſſi
mo tempore per totam hyſpaniã et vſꝫ vl
tra pyreneos et inſulas maioricarum et ſar-
dinie velociſſime euolauit. Deus autem qui

a deo bonus eſt vt ex malis eliciat bona ſic
diſpoſuit ꝙ hac vexatione currente et etiam
poſt ipſius ſedationem nonnulli iudeorum
ad cor ſuum reuerſi. Dixerunt illud deutro.
xxxi. capitulo. vere quia non eſt mecum de⁹
inuenerunt me hec mala et ſic vexatione du
rante intellectum auditui ſcripturas ceperũt
ſcrutari. Et ideo illuminante errorem ſuum
cognouerunt ſic ꝙ ad deum conuerſi nomẽ
chriſti publice et deuote predicantes multo
rum corda filiorum ad patres deo dirigente
conuerterunt que omnia in his regionibus
manifeſta ſunt. Poſt predictum vero regẽ
henricum tercium ſancte recordationis pre-
ceſſit ſeruiſſimus rex iohannes filius eius.
Iſte cepit regnare in cunabulis cum eſſet in
ſecundo anno etatis ſue. et ſic fuit ſub tutori
bus vſꝫ ad tempus prefinitum ad patre.
In cuius tempore tam durante tutela ꝙ̄ p⁹
cum iam regimen ſuorum regnorũ accepit
multa fuerunt inſtituta contra iudaicam im
pietatẽ que in ſuis curijs et regnis pro ma
iori parte ſeruabantur que quia digna ſunt
memoria pro iudeorum inſolentijs compri
mendis. dignum duxi literam eius publicã
in qua. xxiij. ordinationes continentur pre
ſenti opere fore inſerendam cuius tenor ta-
lis eſt. Dominus Iohannes dei gratia rex
caſtelle legionis Toleti. galecie. hyſpalis
corduba. murcie. iahenis. algarbie. algezire.
dominuſꝫ viſcaye. et moline. Cũ omnis
rex vel princeps qui regnauit et dominatur:
predictum habet dominium ſingulare quia
eſt electus a deo ad regendum et miniſtran-
dum ſuũ populum. ꝙ̄tomagis regibus et
principibus catholicis in ſancta fide catho-
lica pertinet et attẽdere debẽt ac querere me-
liorem viam poſſibilem inueniri vt chriſtia
ni qui ſunt credentes in ſancta fide catholi-
ca non incident in errorem ꝓpter participa-
tionem et conuerſationem cum infidelibus
q̄ nõ credũt nec obediunt dño nr̃o iheſu xp̄o
nec ſunt in ſua ſancta fide catholica debẽt a
mouere et ꝓpellere omnẽ occaſionẽ que in
eo euenire poteſt propter id quod dictũ eſt.
Et ego cognoſcẽs oĩa ſupdicta et ꝙ in meis
regnis et dñijs ſunt multi iudei et iudee. et
ſaraceni et ſaracene ĩfideles et ꝙ hitãt in xp̄i
anos et in vnũ ꝯuerſant et ide naſcebãt aliq̄
errores ꝯ fidẽ catholicã. et ꝙ poſſẽt ad h̃ ac
cidere ipoſterũ dãna his q̄ ſt ĩ pplo meo et vt

tollerē et ſegregarem predictos chriſtianos populi mei ab omni occaſiōe et zyzania. et vt obſeruentur ea que precepit ſancta mater eccleſia eſt voluntas mea dominum ordinare ſuper omnia predicta. et ordino et mādo ac pro bono teneo ꝙ ſeruetur nunc et deinceps in modo qui vlterius ſequitur.

De eo ꝙ iudei viuant ſegregati a chriſti fidelibus.

Prima ordinatio eſt ꝙ decetero omnes iudei et iudee. ſaraceni et ſaracene meorum regnorū et dominiorū ſint et viuant ſegregati a xpianis. in hoc loco vno vel parte ciuitatis ville vel loci vbi fuerint conuicini et ꝙ ſint circūdati vno muro in gyrum et habeat ſolum vnam portā ꝑ quā in tali circulo ingrediāt et egrediāt. Et ꝙ ī ꝑdicto ſitu et circulo eis ſic aſſignato habitent tales iudei et iudee ſaraceni et ſaracene et non in alio loco vel domo extra eū. et ꝙ incipiant ſtatim ſegregari a die qua eis fuerint aſſignata predicta loca vſqꝫ ad octo dies primos ſequentes. Et quicūqꝫ iude⁹ vel iudea ſaracenus vel ſaracena extra predictum circulum habitauerit ipſo facto perdat omnia bona ſua. Et vltra hoc ꝙ corpus talis iudei vl' iudee. ſaraceni vl' ſaracene ſit ad mercedem meam vt detur eis pena corporalis pro eodēz ſecundū ꝙ merces mea fuerit

De eo ꝙ iudei vel iudee ſaraceni vel ſaracene non ſint apothecarij vel ſpeciarij ſeu medici et cetera.

Secūda ordinatio eſt ꝙ nullus nec aliquis iudeus vel iudea ſaracenus vel ſaracena ſint ſpeciarij nec apothecarij nec cirurgici nec medici. nec vendāt panem nec vinum nec farinam nec oleum nec butyrum. nec aliquid aliud comeſtibile xpianis. neqꝫ a xpianis habeant ſtationem. nec apothecam nec menſam in publico nec in occulto ad vendendum aliquē cibum comeſtibilem. Et quicūqꝫ iude⁹ vl' iudea ſaracenus vel ſaracena contra predicta fecerit pro qualibꝫ vice cadat in pena duorum milium morabetinorum. et vltra hoc ꝙ eorum corpora ſint ad mercedem meam vt precipiam eis dari penam corporalem ſecūdū ꝙ bñ viſū fuit et mee mercedi placuerit

ꝙ volentes batizari non detineantur vl' impediantur.

Tercia ordinatio eſt ꝙ ſi aliquis iudeus vel iudea ſaracenus vel ſaracena inſpiratione ſpiritusſancti voluerint baptizari et tranſire ad noſtram ſanctam fidem catholicam ꝙ non detineāt nec impediātur vi. vel alio modo. ita tamen ꝙ non conuertantur per iudeos vel per ſaracenos. nec per chriſtianos vtriuſqꝫ ſexus. licet ſit pater vel mater ſeu quecūqꝫ alia perſona ſui generis vel alicuius. et quicūqꝫ ꝯtra hoc venerit vel contrarium fecerit procedetur cōtra eas ad maiores penas. ſic in ciuilibus ſicut in criminalibus que ſcōm ius inuenient

ꝙ iudei non comedant inter chriſtianos nec ſaraceni.

Quarta ordinatio eſt ꝙ nullus nec aliquis iudeus vel iudea ſaracen⁹ nec ſaracena in domibus ſuis nec extra eas comedant nec bibant nec inter chriſtianos nec inter chriſtianas. Item ꝙ nec iudei nec iudee nec ſaraceni nec ſaracene teneant ſcutiferos. nec ſeruitores. nec pueros nec puellas xpianos et chriſtianas vt eis ſeruitiū et preceptum nec aliqd aliud opus in domibus ſuis. nec adiuuent illos ad preparendum comeſtibilia. nec vt faciāt eis aliquod opus in ſabbato ſicut incendere ignez. ire pro vino vel ſimilia ſeruitia nec habeant nutrices chriſtianos que nutriant filios eorum nec habeant agricultores. nec ortholanos nec paſtores nec venient nec vadant ad honores nec ad nuptias. nec ad ſepulturas chriſtianorum nec fiant compatres vel commatres chriſtianorū: nec chriſtiani nec chriſtiane illorū. nec eant ad ſuas nuptias vel ſepulturas nec habeant conuerſationem inſimul in his que dicta ſunt ſub pena duorum miliū morabetinorum ꝓ qualibet vice. qui ꝯtra ea que dicta ſunt vl' aliqd illorum venerint et fecerint iudei et iudee ſaraceni et ſaracene penam iſtam ſoluent.

ꝙ nullus eorum recipiat redditus regis

Quinta ordinatio eſt ꝙ nullus nec aliquis iudeus nec iudea ſaracenꝰ nec ſaracena ſit arrēdatores nec procuratores nec almoxariſes. nec maior decū nec receptores meorum reddituum nec alterius domini nec domine xp̄iani nec xp̄iane. nec vtentur predictis officijs nec aliquibus eoꝝ pro xp̄ianis vtriuſqꝫ ſexus nec inter eos nec ſint curſores nec curſatrices. nec theolonarij nec theolonatrices. nec portent aliqua arma predicti iudei et ſaraceni. nec aliquis eorum per ciuitates villas et loca. et quicūqꝫ iudeꝰ et iudea ſaracenus et ſaracena qui cōtra hec venerit contrarium faciendo vel contra aliquid eorum ꝙ ſoluat in penam pro qualibet vice duo milia morabetinoꝝ. xp̄ianus vero vel xp̄iana cuiuſcūqꝫ ſtatus fuerit que habuerit iudeum vel iudeam ſaracenum vł ſaracenaꝫ vt vtatur predictis officijs vel aliquo eorum ꝙ ſoluat ipſo facto pro qualibꝫ vice predictam penam.

ꝙ non habeant foros ad vendenduꝫ res nec plateas.

Sexta ordinatio eſt ꝙ nullus nec aliquis iudeus vel ſaracenꝰ habeāt in ſuis locis vijs et habitationibꝰ plateas nec foros ad vendendū nec ad emēdum aliqua comeſtibilia vel potabilia chriſtianis vtriuſqꝫ ſexus ſub pena quingentoꝝ morabetinorum pro qualibet vice cuilibet eorum. poſſunt tamen tenere vendere et teneant et vendant pro ſeipſis in circulis vbi habitauerint.

ꝙ non habeāt iudices inter ſe.

Septima ordinatio eſt ꝙ alianie iudeoruꝫ et ſaracenoꝝ meoruꝫ regnorum et dominioruꝫ non poſſint habere nec habeant iudices iudeos nec ſaracenos inter ſe vt deliberent iudicia eorum ciuilia et criminalia que accidūt inter iudeos et iudeas ſaracenos et ſaracenas et reuoco eis quancūqꝫ poteſtatem ꝙ a me vel anteceſſoribus meis habent per priuilegium in dicta ratione vel alio modo et do illud pro nullo et mando ꝙ liberentur decetero talia placita vel iudicia tam ciuilia ꝙ criminalia inter iudeos et iudeas ſaracenos et ſaracenas ꝑ pretores ciuitatum villarum et locorum vbi habitauerint Veruntamen eſt merces mea ꝙ tales pretores obſeruent in liberatione placitorum ciuilium. mores et ordinationeſ que vſqꝫ nunc obſeruauerunt inter ſe iudei et ſaraceni tantum. ꝙ appareant probate et certe per eos ex longo tempore vſqꝫ nunc.

ꝙ neqꝫ iudei neqꝫ ſaraceni faciant tributa inter ſe nec nouā impoſitionem.

Octaua ordinatio eſt ꝙ nulla aliania nec communitas iudeorum et iudearum ſaracenorum et ſaracenarum audeat ponere nec ponat talia nec tributum aliquod inter ſe nec ponant aliquaꝫ impoſitionem in quacunqꝫ re ſine mea licencia et mandato et domine mee regine matris mee et infantis auunculi mei qui ſunt tutores et rectores regnorum meorum. Et ſi aliqua data eſt regula predictis iudeis et ſaracenis vel alique impoſitiones fuerunt vel fuerint poſite in predicta ratione. tam in communi ꝙ in perſonis ſingularibus. vel in cibis vel in mercantijs ſeu alio quouis modo ſic per iudices ſuos ſicut per illorum quenliber dato ꝙ teneant priuilegium vel priuilegia literam vel literas regum meorū predeceſſorum vel a me vt illud poſſint facere ꝙ decetero non teneantur ſoluere nec ſoluant tales impoſitiones nec aliquas illarum. quia ego ex mea regia poteſtate reuoco quecunqꝫ priuilegia que in predicta ratione eis fuerunt data inquantum attinet ad hoc ꝙ dictum eſt. Et mando predictis iudeis et ſaracenis vtriuſqꝫ ſexus ꝙ non vtantur illis ſub pena corporum et omniuꝫ que habent. Et ſimiliter mando iudeis et ſaracenis vtriuſqꝫ ſexꝰ et cuilibꝫ eoꝝ ꝙ ñ ꝯtribuāt nec ſoluant in talibꝰ impoſitionibus que ſic eis fuerint impoſite ſicut dictum eſt ſine licēcia et mandato expreſſe pro eo dato.

ꝙ non diuidant aliquod tributuꝫ vel impoſitionem nouam ſine ſpeciali licentia.

Nona ordinatio eſt ꝙ nulla aliania nec ꝯmunitas iudeoꝝ et ſaracenoꝝ audeāt inter ſe diuidere nec diuidāt tributū

aliquod. vel impoſitionez ſine mea licentia et mandato et cum aliquod tributum habuerint diuidere pro ſeruitio meo ꝙ diuidant inter ſe illud quod ego eis mādauero et nō vltra. Et ſi aliquod vltra impoſuerit vel diuiſerint ꝙ illi qui talia fecerint vel fuerint in collocutione vel eius conſilio. ꝙ ipſo facto perdant omnia bona et pro eo occidantur ꝑ iuſticiam.

ꝙ non audeāt viſitare infirmos xp̄ianos medicinam ſiue ſyrups dando.

Decima ordinatio eſt ꝙ null⁹ iude⁹ nec iudea ſaracen⁹ nec ſaracena audeant viſitare xp̄ianum vel chriſtianam in ſuis infirmitatibus nec dent eis medicinas nec ſyrupas nec balneantur in vno balneo predicti iudei nec ſaraceni cum dictis chriſtianis nec p̄dicte iudee nec ſaracene cuz dictis feminis xp̄ianis. nec mittant eis preſentationes fotaldrarum nec ſpecierum nec panis cocti nec vini nec auium mortuarum nec aliarum carnium mortuarum que ſunt comeſtibilia. Et quicunq̧ hoc fecerit contrarium vel fuerit iudeus vel iudea ſaracenus vel ſaracena. ſoluat pro qualibet vice tricentos morabetinos.

ꝙ nulla mulier chriſtiana ingrediatur circulum iudeorum.

Undecima ordinatio eſt ꝙ nulla nec aliqua chriſtiana vxorata vel ſoluta vl' amicata ſeu mulier publica audeat ingredi intra circulum vbi predicti iudei habitauerit de nocte nec de die. Et quecunq̧ mulier xp̄iana intus intrauerit ſi fuerit vxorata; ꝙ ſoluat pro qualibet vice qua in predicto circulo intrauerit centum morabetinos et ſi fuerit ſoluta vel amicata ꝙ perdat rupem qua fuerat induta Et ſi fuerit mulier publica ꝙ dentur ei centum flagella per iuſticiam et ſit expulſa a ciuitate villa ſeu loco vnde venerit.

ꝙ nullus eoꝝ vocetur ſuo nomine don. iudeus vel ſaracenus.

Duodecima ordinatio eſt ꝙ nullus iudeus nec iudea ſaracenus nec ſaracena decetero vocetur ſuo nomine dō. ſcripto nec verbo et ſi quis cōtrariū fecerit dent ei pro qualibet vice centum flagella.

ꝙ non ducant capirotes.

Decimatercia ordinatio eſt ꝙ null⁹ nec aliquis iudeus meorum regnorum ab homine in. x. diebus decetero ducat capirotes cum chijs lōgis niſi ꝙ ſint chie cute ad quantitatez palmi facte ad modum cornu vel ad modum embudij cōſute omnes circumquaq̧ vſq̧ ad punctam. Item ꝙ ducāt ſemper rupas ſuas tabargia cum aletis et ꝙ non ducant mantones et ꝙ ducant ſua ſigna rubea cōſueta que nūc ducant ſub pena ꝙ perdant rupas quas habuerint indutas.

ꝙ mulieres eorū ducāt lōgos mātellos.

Decimaquarta ordinatio eſt ꝙ oēs iudee et ſaracene meorum regnorū et dominiorum a predictis. x. diebus in antea ducant mātellos magnos vſq̧ ad pedes abſq̧ cendalibus et pennis. et velamina capitum ſine auro et ꝙ ducant capita cooperta cum predictis mantellis duplicatis. Et quecunq̧ contrarium fecerit ipſo facto pro qualibet vice perdat oīa veſtimenta ſua vſq̧ ad camiſiam.

ꝙ non habeant veſtes precioſas.

Decimaquinta ordinatio eſt ꝙ oēs iudei et iudee ſaraceni et ſaracene meorum regnorum et dominioruz a predictis decez diebus mantena non portens pannos aliquos ꝙ ſit maior quātitas precij vlne vſq̧ ad. xxx. morabetinos. et inde infra. et qui contrarium fecerit ꝙ pro prima vice perdat omnia veſtimenta vſq̧ ad camiſiam. Et pro ſecunda vice ꝙ perdat omnia veſtimenta ſua et dentur ei centum flagella et vltra hoc ꝙ perdat omnia bona ſua. Ueruntamen eſt merces mea ꝙ de veſtimētis que nunc habent factis. ꝙ poſſint facere tabargia et mantellos ſi voluerint.

ꝙ non recedant de valletiis nec de aliq alia parte.

Ecimaſexta ordinatio eſt ꝙ nullus iudeus nec iudea ſarracenus nec ſa- racena recedat de valletici nec de a- liqua alia parte loci vbi habitauerit ad ha- bitandũ in aliqua alia parte. ſub pena ꝙ ip- ſo facto perdat omnia bona ſua et corpus ſtet ad mercedem meam.

ꝙ nullus dñs neqꝫ miles vl' ſcutifer eos de aliquo loco fugientes recipiat vt ſecum commorentur.

Ecimaſeptima ordinatio ē ꝙ nul lus dñs nec milles nec ſcutifer au- deat recipere in villa ſua iudeũ nec iudeā ſaracenũ nec ſaracenā illoꝝ qui fuge- rint ab vno loco in alterũ vt ibi habitent et ſint commorantes. Et ſi aliquis vel aliqui receperint aliquos iudeos vel iudeas ſara- cenos vel ſaracenas huius ville valliſolita ne vel alterius ciuitatis ville vl' loci ꝙ mit tant eos ad loca vbi erant conuicini et habi tantes cum omnibus que portauerīt. Et ſi aliqui eos collexerint et receperint in ſuis lo cis et nõ miſerit eos vt dictũ eſt ꝙ ꝓ prima vice cadet in penā. l. milia morabetinorum pro ſecũda vice ꝙ cadat in penā. c. milia mo rabetinorũ. Pro tercia vice ꝙ perdat locuꝫ vbi talē iudeũ vel iudeā ſeu iudeos vl' iude as ſaracenũ vl' ſaracenā ſeu ſaracenos vl' ſa racenas collexerit ſeu detinuerit ſicut notũ ē

ꝙ nõ radāt barbā ſed dimittāt creſcere.

Ecimaoctaua ordinatio eſt ꝙ dece tero oēs iudei et ſaraceni meorum regnorũ et dominioruꝫ nec aliquis eorum faciat nec mandet ſibi fieri barbam nouacula vel forficibus. ſed ꝙ portent eas longas ſicut eis creuerīt nec circuient capil- los. et ꝙ ambulēt ſecundum ꝙ antiquitus ſolebant ambulare. Et ꝙ quicunqꝫ contra- rium fecerit ꝙ dentur ei centuꝫ flagella. et vl tra h̃ ꝙ ſoluat. c. morabetinos ꝓ qlibꝫ vice.

ꝙ non recipiant chriſtianos' ad ſolidatā vel mercedem.

Ecimanona ordinatio eſt. ꝙ iudei et iudee ſaraceni et ſaracene meorũ regnorum et dominiorum non reci piant ad ſolidatam vel ad mercedeꝫ diurnā nec aliquo alio modo aliquos chriſtianos nec chriſtianas vt operentur in ſuis heredi- tatibus. nec vineis. nec domibus nec in ali- quibus alijs edificijs. Et quicunqꝫ contra- rium fecerit ꝙ prima vice dentur ei centũ fla gella. pro ſecũda vero ꝙ ſoluat mille mora- betinos et dentur ei alia centuꝫ flagella. Et tercia vice ꝙ perdat omnia bona ſua et den tur ei alia centum flagella.

ꝙ non ſint albeitares nec ferratores.

Iceſima ordinatio eſt nec null⁹ nec aliquis iudeus nec iudea. ſaracen⁹ nec ſaracena ſint albeiteres nec fer- ratores nec carpentarij nec imbitarij nec ſar- tores. nec tonſores calderarij nec macellarij nec poliparij chriſtianorum nec chriſtianaꝝ nec vendent eis calciamenta. nec diploydes nec caligas. nec conſuant veſtimēta ſua nec ſuas diploydes nec aliquam aliaꝫ rem. Et quicunqꝫ cõtrariuꝫ fecerit cadit in penas ĩn precedenti lege cõtentas.

ꝙ nõ trapezete nec portent mercãtias.)

Iceſimaprima ordinatio eſt ꝙ nul lus nec aliquis iudei nec iudee ſa- raceni nec ſaracene meorum regno- rum et dominiorum ſint trapezete. nec por- tet mercantias aliquas ad vendendum xpi anis vtriuſqꝫ ſexus ſicut oleum. ariciũ et mel. nec aliquas alias mercantias que ſunt ad comedendum et quicunqꝫ contrarium fe cerit ꝙ habeat et dentur ei penę in hac altera lege ſupradicta contente.

ꝙ omnes chriſtiani poſſunt accuſare de- linquentes in his.

Iceſimaſecunda ordinatio ē ꝙ om nium ſupradictaruꝫ penarum ſit ac cuſator quecunqꝫ perſona ciuitatis vel ville vel loci vbi tale acciderit vel ſue ter re. ſeu alia quecunqꝫ perſona extranea. et ꝙ talis accuſato habeat in premiuꝫ terciā par tem morabetinorum penarum ſupradictaꝝ pro ſe et alie due partes ſit pro camera mea ſed eſt merces mea ꝙ nullus nec aliqui per ſe ipſos capiant in treugent aliqueꝫ iudeuꝫ nec iudeam ſaracenum nec ſaracenam quo

uſq; cognoſcentur ad iudicium et ſint audi ti et conuicti iuridice.

ꝙ fugientes poſſunt capi et perdant om nia bona ſua.

Icesimatercia ordinatio ē ꝙ iudei et iudee ſaraceni et ſaracene meorum regnorum et dominiorum que receſſerint extra illa et fuerint capti in via vł in aliquo alio quouis loco ꝙ perdant ipſo facto omnia bona ſua que portauerit et ſint pro illo vel pro illis qui eos ceperint. et ipſi ſint mei captiui imppetuum.

ꝙ nulle pene nec alique illarū hic expreſſarum poſſunt amouere.

Icesimaquarta et vltima ordinatio eſt ꝙ nulle nec alique predictarū penarum ciuilium et criminaliū poſſint amouere nec circa eas vel aliquam earū diſpenſare nec addere nec diminuerere p̄tores nec maiorini nec iudices nec rectores nec aliqua alia perſona predictarum ciuitatum villarum et locorum. dato etiam ꝙ ſint dn̄i et habeāt merum et mixtū imperiū in illo ſub pena quod perdant dn̄ium et officia que habuerint. Et vt predicte ordinationes per me facte melius obſeruētur et manu teneantur eo modo quo ſupradictum eſt. mando oib⁹ iudicijs. et pretoribus. et conſilijs et iuratis et iuſticijs et maiorinis algazelis et alijs officialibus et iuſticijs quibuſcumq; meorum regnorum et dn̄iorum. ꝙ publicent et mandent p̄conizari in qualibet vna ciuitatū et villarum et locorum meorum regnorū dn̄iorum vnuſquiſq; in ſuis iuriſditōibus vt obſeruētur et adimpleātur eo modo quo dictū eſt. et ꝙ ſupradicta conſilia et iuſticie et officiales. nec aliquis eorū nec alique alie perſone prelati vel layci cuiuſcumq; ſtatus et cōditionis exiſtant predictorum meorū regnorum et dominiorū ꝙ non ſint auſi facere nec ire contra illud nec contra partem eius in aliquo tempore vllo modo ſub pena mercedis mee et predictarum penarum ſuprapoſitarū et de his omibus precepi dare literas meas et quaternos ſigillatos ſigillo meo. In cōplementum ſupradictorum datis in vallco tici vicesima die ianuarij anno natiuitatis dn̄i Milleſimo q̄dringētesimo duodecimo

De ſtatu iudeorum in regno caſtelle.

Ctauus et vltim⁹ articulus ē qualis ē ſtat⁹ iudeorū p̄nūc in regno iſto caſtelle licet optime ordinata ſint ex iure canonico et ciuili. ac regia ordinatione regni que ſupradicta ſunt. In hac conſideratione peccatis tn̄ exigentibus precipue prelatorū et principum aliorūq; dn̄orū nihil vł modicū de omnibus ſupradictis obſeruāt iudei. Quia ex nimia conſeruatione eorum et frequenti munerum acceptione iam venerunt in p̄fundum malorum vt inſenſibiles facti ad voces predicatorū et clamores gementium non ſolum pauperū. ſed etiam plurium aliorū in oppoſitū facti ceci retorquentes iudicia ſua fauores ad libitum cōſequuntur ex quibus plurima mala oriunt in populo p̄ue in fide et morib⁹. cū multi xp̄iani facti ſunt iudei. vel meli⁹ dicā erāt occulti iudei et facti ſunt publici. Alij ſunt ſaraceni facti. Alij vero vtunt circunciſione Alij cerimonias al's iudaicas obſeruāt impune. Ex hoc et tyrannica rabies continue creſcit in regno: aſtutijs et cōſilijs iudeorū qui ad hec et ſimilia inuenienda inter ceteros homines p̄mpti ſunt. Et ꝙ vereor calamo ſcribere iuxta ſententiā pauli ad Ro. i. dati in reprobū ſenſum multi de populo. q̄ immaculatus hactenus fuerat ceciderunt in paſſiones ignominie maſculi in maſculos turpitudinem operantes. in eum vſum qui contra naturā eſt. laudantes ſe per vicos et plateas crimen peſſimum cōmiſiſſe. vt dei occulto iudicio cum dixerint pax et ſecuritas tunc eis repentinus veniat interitus ſicut et iudicia terribilia deus fecit in vindictā predicti criminis per diluuium generale. Gen̄. vi. et per pluuiam ignis ſulphuris ſuper hec ciuitates. gen̄. xix. et per occaſionem tribus beniamyn et deſtructionem omnū ſuarum ciuitatū et locorū iudicū. xix. et. xx. capitulis Et per deſtructionem hyſpanie igne et gladio tempore regis roderici vltimi gothorū regis. quia peccata carnis turpiſſimi regis vitiſe ſui p̄deceſſoris qui iudeos introduxit in regno. Et peccatum regis roderici ſui ſucceſſoris circa filiam vel vxorem comitis Iuliani fuerūt potiſſima cauſa exterminij hyſpa

nianum vt colligitur ex cronica generali hyſ
panie vt ex collectario hyſtoriarum fratris
iohānis de podio. Auertat dominus ſecū/
dum ſententiaꝫ ne pereant boni cum malis
ꝑdicta mala et plurima alia cogito oriri ex
nimia conuerſatione et fauore infideliuꝫ in
malis. contra ſacrorum canonum ſanxiōes
nō attendētes pericula que ex predictis oriū
tur. ſicͤ notat Inno. iij. ſcribēs epō ſenonen̄.
et epō pariſien̄. ſic dicens. Et ſi iudeos quoſ
ꝓpria culpa ſubmiſit ꝑpetue ſeruituti pietaſ
xpiano receptet et ſuſtinebit cohabitationeꝫ
illorum. Ingrati tamen nobis eſſe non dn̄t
vt reddant xpianis pro gratia contumeliam
et de familiaritate contemptum qui tanꝙ
miſericorditer in noſtram familiaritatem ad
miſſi nobis in illam retributioneꝫ impēdūt
quam iuxta vulgare ꝓuerbiū. mus in pera
ſerpens in ſinu. et ignis in gremio ſuis con/
ſueuerūt hoſpitib⁹ exhibere. patēt hec extra
de iudeis. ca. et ſi iudeos. Uere iudei iſtius
regni ſuper omnes iudeos ingratiſſimi ſunt
xpianis. cum ſuſtententur tanꝙ domini in
iſto regno quod alibi minime fit preſertiꝫ in
francia et anglia vt ſupradictum eſt. vij. con
ſideratione vt impleatur illud Exodi. xxiij.
ca. Non habitent in terra tua ne forte pecca
re te faciant. In alijs tamen regnis ſi aliqui
ſunt vitam captiuitatis ducunt et non ſoluꝫ
inter xpianos quod iuris eſt. ſed etiam in re
gnis machometorū vbi xpi incarnatio crc/
ditur propter errorem quē temptauerunt iu/
dei contra xp̄m inter eos ducunt vitam ma
gis miſerabileꝫ ꝙ inter xpianos. et captiue
rij efficacis ac magis habent eos odio et cō/
temptui ꝙ xpiani. Cum enim principū xpi
anorū deteſtabilis auaricia eos ꝓpter lucra
bas et radices cāpoꝝ. Cum vero venit tempus quo enima peperit filiū ꝑdictus: iude⁹ aſpexit et ſignauit concordanciam ſtellarū et planetarū ſuper natiuitatem pueri. et intellexit per illaʒ ꝙ puer ille debebat eſſe hō fortis et potens in regno et lege. Et cuʒ hoc accidit abdolla non erat in terra illa. quia fuerat in iheruſalem ad faciendū orationeʒ ſicut tunc erat ꝯſuetudo Sed cum rediijt narrauit ſibi iudeus ille aſtronimus quicquid intellexerat de facto pueri et poſt hec dieb⁹ paucis elapſis mortuus fuit abdolla in eadem villa de itrarip. et eo tempore quo nat⁹ eſt machomet⁹ erant Arabiani et affricani in magno cogitatu quia neſciebāt certitudinaliter ad ꝙ credentiarū ſe attinerent ſi ad credenciaʒ xpianoꝝ vel iudeoꝝ ſeu ad ſectā arrcanoꝝ Et cū eſſet machometus quatuor annoꝝ dixit iudeus aſtronimus menciēdo ꝙ venerant duo angeli et extraxerāt cor machometi et eo diuiſo per mediū ꝙ extraxerant ab eo vnum coagulū ſanguinis et deinde ꝙ lauerant eum multū bene cuʒ aqua clariſſima et pulcherrima et poſt hoc quod ponderauerant illud cū cordibus decē hoīʒ qui erant ſue gentis. et deinde cum mille cordibus alijs et ꝙ ſemper inuenerunt ꝙ cor machometi ponderabat plus ꝙ oīa alia et ꝙ vnus angelus illoꝝ dixit alteri ſi iſtud cor fuerit poſitum in pondere cū omnibus cordibus omniū hominuʒ que ſunt in arabia excedet in pondere oīa alia. Et ille iudeus dixit mentiendo ꝙ hoc dixerit ſibi archangelus gabriel in viſione. Cum aūt machometus eſſet octo annoꝝ mortua matre. et auo ei⁹. Abdemutaleph cepit eū in cuſtodia Abutalip auūculus eius frater patris ſui et hic Abutalip tradidit eū docendū predicto iudeo aſtronimo qui inſtruxit eum in ſciencijs naturalibus et in legibus iudeoꝝ et xpianoꝝ. Ex qua doctrina tunc habita cepit ea que poſtea interpoſuit in illa mala ſecta quam cōpoſuit ad perditioneʒ animaꝝ in eo credencium ordinatam. Additur etiā huic ꝙ cum eſſet machometus. xxv. annoꝝ tendens in egyptum pro quibuſdam mercancijs exercendis morabatur ibidem cum iudeis et criſtianis ibi exiſtentibus aliquo tempore anni. ſpecialiter cum quodam monacho de anthiochia cuius nomen erat iohannes quem in ſpecialem amicū habebat qui erat hereticus et ab illo malo monacho habuit multa taʒ de noua lege ꝙ de veteri ad defenſionem ſui ꝯtra iudeos et xpianos quomodo diſputaret cum illis quia quidquid cum docebat predictus monachus totum erat cōtra deum et legē eius ad moduʒ heretici. Fuit etiam diſcipulus Sergi monachi. qui fuit hereticus arrcanus. Hic Sergius in errorem naſcorij incidens dū a monachis fuiſſet expulſus in arabiam venit et machometo adheſit. Cuncꝫ de veteri teſtamento et nouo plura edocuit vt tradunt ex quibus ſatis patet vnde traxit ortum ſecta peſtifera machometi quia a iudeo et monachis hereticis et dyabolo principaliori magiſtro.

De origine machometi et ſue ſecte quo ad tempus.

Ertius articulus eſt de origine machometi et ſue ſecte quo ad temp⁹: Et licet multi multa dicant tamē cōmuni⁹ tenetur ꝙ incepit circa finem temporis eraclij qui imꝑauit poſt focam et habuit victoriam de filio coſdre circa flumen danubij et interfecit beſtiam illaʒ que habebat capita ſeptem et ſeptem diademata et decē cornua de qua dicit̄ Apocalipſi. xij. Beſtia illa fuit rex coſdre beſtialiter viuens. habebat eīn capita ſeptem ideſt ſex reges ſibi ſubiectos et ipſe erat ſeptimus. Septem dyademata erant inſignia regia illoꝝ regum. Cornua decem erant decem acies in ſuo exercitu. Unde primo machabeoruʒ acies ordinata ad bellandum vocatur cornu vbi dicit̄ hachides aūt erat in dextro cornu. Hic coſdre fecerat turrim argenteā in qua intermicantibus gēmis poſuit thronū ſuū ex auro. poſuit etiam ibi quadrigam ſolis. et lune et ꝑ occultos meat⁹ et fiſtulas aquas adduxerat vt quaſi deus pluuiam videretur infundere et cum ſubterraneo ſpecu equis in circuitu trahētibus circūmacta turris fabrica moueri videbatur et quaſi quodammodo rugitum tonitrui iuxta poſſibilitatem artificis menciebatur Occaſa eſt auteʒ iſta beſtia per eradium filio deuicto. quia noluit ſalutiferis monitis criſtianiſſimi principis acquieſcere. argentum vero turris illius dedit militibus ſuis. Aurum vero gēmas ideſt vaſa et reliqua vtenſilia ad reſtauratoneʒ

eccleſiarū quas tirānus deſtruxerat reſerua-
uit. et lignū ſācte crucis quod p̄dicta beſtia
in predicta turri tenebat iheroſolimā repor-
tauit Unde ipſe rapuerat vt patet in hiſto-
ria exaltationis ſancte crucis. Circa finem
vero huius p̄clariſſimi principis venit ma-
chometus et ſignatur tempus Apoca. xiij.
Ubi dicitur qui habet intellectuꝫ computet
numerum beſtie ideſt machometi qui beſti-
alis in vita ſua fuit vt dicetur. numerus em̄
hominis eſt et numerus eius eſt. dc. lxvi.
ſcilicet anni. Sꝫ ad quid referatur iſte nume-
rus patet ꝙ non refertur ad numerū annoꝝ
vite ipſius quia non tantum vixit. ſed ſexa-
gintatribus annis vt patet in ſpeculo hiſto-
riali ꝓpter quod alij dixerunt ꝙ refertur ad
durationē legis eius que tm̄ debet durare.
Sed hoc non videtur verū quia lex illa fuit
data circa finem temporis eraclij vt dictum
eſt qui cepit imperare anno domini ſexcente-
ſimodecimotertio et iperauit trigīta ānis. a
fine aūt huius temporis vſqꝫ ad preſentem
annum qui eſt. M. cccc. lx°. fluxit maior nu-
merus vt patet conſideranti. et tamē adhuc
durat lex machometi. ꝓpter quod alij dicūt
ꝙ poſt mortem machometi lex eius fuit cor-
recta per ſapientes ſarracenos et ab illa cor-
rectione debet incipere numerus annoꝝ du-
rationis legis illius. Sed hoc non videtur
ꝓbabiliter dictum tum quia non diceretur
lex machometi. ſed ſapientum tum quia illi
ſapiētes dicunt̄ fuiſſe diſcipuli machometi
et ſic eius correctio non fuit poſt dationem
a machometo per tempus notabiliter mag-
nū et ſic ab illa iā fluxerūt vltra numerū illū
vt patet intuenti. et tamē lex machometi nō
videtur ita ꝓpinqua caſſationi cum nouit
gens eius occupauerit fere totam greciam.
ꝓpter quod ſaluo meliori iudicio videtur
ꝙ iſte numerus annoꝝ. ſit incipiendus ab
incarnatione domini et terminand⁹ in mor-
te machometi. De quo prophetice loquitur
iohannes euangeliſta quod ſic declarari p̄t
Nā ab anno incarnationis domini vſqꝫ ad
finem imperij eraclij fluxerunt anni ſexcenti
xliij. vt dictuꝫ eſt. et iſti numeri ſimul iuncti
faciunt ſeptingentos et ſex annos quibus
oportet ſubtrahere annos quibus macho-
metus vixit cum eraclio. Aliter anni bis cō-
putarentur vt patet intuenti. Iſti vero eſti-
mantur ꝓbabiliter fuiſſe. iiij. quia macho-
metus primo fuit pauper poſtea inualuit ꝑ
mercācias et poſtea per rapinas et fraudes
anteqꝫ attemptaret ſe regem facere et legem
dare vt dicetur quam legem dedit circa mor-
tem eraclij. Et ſic de vita machometi videt̄
probabiliter fluxiſſe. iiij. anni ante tempus
mortis eraclij quibus demptis de ſeptingē-
tis ſex remanent preciſe. dc lxvi. ab incarna-
tione domini vſqꝫ ad mortem machometi
et ſecundū hoc poteſt cōgrue hec littera pro-
phetica exponi. Numerus em̄ hominis ſcꝫ
xp̄i qui fuit perfectus ſanctus et virtutibus
ab inſtanti incarnationis et numerus eius
ſcilicet machometi eſt. dc lxvi. quia tantus
numerus annoꝝ fuit ab anno quo domin⁹
factus eſt homo vſqꝫ ad terminum vite ma-
chometi vt p̄dictum eſt. Sciendum ꝙ liber
Apoc̄. fuit ſcriptus in greco vbi habentur
hec noīa. Antumos. Arnoijme. Deuitarij
vbi nos habemus. dc lxvi. cuius ſignifica-
tum ꝓpriuꝫ de antumos eſt ꝯtrarius quod
ꝓprie conuenit machometo qui fuit et eſt
cōtrarius xp̄o. ſignificatum ꝓprium de ar-
noijme eſt nego. quia ipſe negauit eius di-
uinitatem et ipſum eſſe filium dei vt infra
dicetur. ſignificatum ꝓpriū deuitarij eſt ſol
gigas. Dixit em̄ xp̄m non fuiſſe ſolem iuſti-
cie nec gigantem exultantem ad currendam
viam a ſummo celo ſed ſignificatū accomo-
datum iſtorum vocabuloꝝ eſt. dc lxvi. Ad
cuius intellectum ſciendū ꝙ ſicut in latino
alique litere accomodate ſunt ad ſignificā-
dum numeros ſicut littera. c. ponitur ꝓ cētū
l. pro quinquaginta et ſic de alijs. Ita ſimi-
liter in greco littere alique ponūtur pro nu-
meris et ille quibus ſcribuntur hec nomina
antumos etc̄. in greco ſignificāt hoc modo
dc lxvi. per quod in aliquibus biblis poni-
tur ſic numerus enim hominis et numerus
eius eſt dic lux que dictio ſignificat apud la-
tinos numerum p̄dictuꝫ per litteras quib⁹
deſcribitur. quia littera. d. ponitur pro quin-
gentis. i. pro vno. c. pro centum. l. pro quin-
quaginta. v. pro quinqꝫ. x. pro decem et hec
ſimul iuncta faciunt ſexcentos ſexaginta ſex
qui numerus cōpetit machometo modo p̄-
dicto et quia iſta ponuntur velate et obſcure
Ideo premittitur antedictum verbum hic ē
ſapiencia ideſt res occulta. Et ſic patꝫ origo
machometi et eius ſecte quo ad tempus qꝛ
incepit anno incarnationis dominice ſexcē

tos ſexaginta ſex.

De vita et moribus machometi.

Ecunda conſideratio eſt de vita et moribus machometi que tribus ex plicatur punctis. Primus eſt de vita ma chometi. fuit beſtialis et libidinoſa. Se cundus eſt ꝙ eius vita fuit ambicioſa.

Tercius eſt ꝙ eius vita fuit morbo epi lentico monſtruoſa.

ꝙ vita machõeti fuit beſtial̃ et libidinoſa:

Rimus punctus eſt ꝙ vita macho meti fuit beſtialis et libidinibus plena: Unde machometus eſt illa beſtia de qua prophetauit iohannes apoca· xiij. dicens. Et vidi aliam beſtiã idest macho metum. vitam voluptuoſam que beſtialis dicitur primo ethicorũ habentem. quia fuit luxurioſus et libidinis ardore ſucceñſus. ſuper omnes homines orientalis regiõis· iactans ſe ſolũ ſupra quadraginta homi nes ex diuino munere virtutem generatiuã et coherendi poteſtatem habere vt ſcribitur hiſtorie orientalis eccleſie libro primo. ca. quinto qui aliter appellatur liber epiſcopi Achoñ. qui fuit auctor huius libri Poſuit etiã machometus in ſuo alchorano azoara xlij. ꝙ deus ſecum diſpenſauit de fornica tione et adulterio et ſibi ſoli hoc conceſſiſſe Nam ſicut certum eſt omnibus ſarracenis machometus diligebat quandam que dice batur maria iacobina ꝙ pſentauerat ei ma choquecus rex iacobinorum. due autẽ vxo res machometi ſcilicẽ vna dicta anoſſe filia hebchor nobiliſſima inter eas et abaſſa fi lia homor mouebantur zelotipia. que cum quadam die intrarent ad eum inuenerunt dictam iacobinam concũbentem cum eo et dixerunt ei decet ne ſic facere prophetã qui erubuit et iurauit ſe de cetero non facturũ et ſic placate ſunt ad iuramentum eius. Cũ ꝙ modicum tempus pertranſiſſet non ſe po tuit ſuſtinere ab ea et fecit de hoc legẽ quaſi ex ore dei reuelantis ſibi. Et tunc dixit in al chorano in capitulo helmetcantem. quod interpretatur vetatio vel anathema. O pro pheta quid petis qđ de⁹ ꝯceſſit tibi placari vxores tuas poſtules iã legẽ poſuit vobis deus vt ſoluatis iuramenta veſtra et ſtatim cognouit illam. et dixit ꝙ deus diſpenſauit cũ illo in iuramento et ſuper hoc teſtes ſunt michael. et gabriel. et dixit illi vna de vxori bus. O machomete deus feſtinauit in tuo deſiderio voluit per hec dicere forſitã idest in coloſe tuo propriauit inceſtui. Et addi dit nunquid deus precepit tibi huiuſmodi facere cum etiam in te ipſo hoc verbotenus de ceteris forſitã querit deus te placare per huiuſmodi et appropinquare tibi Ipſe ve ro duabus vxoribus totum legit quod ſeq tur in capitulo vetatiõis. et ait quaſi ex per ſona dei. penitemini coram deo quia decli nauerunt corda veſtra quaſi diceret de hoc ꝙ calumpniate ſunt eum de inceſtu ſequit̃ ꝙ continuo ſi forte deus vos repudiabit et dedit ei pro vobis vxores meliores ſarrace nas fideles. locupletes penitentes. adoran tes. laudantes. agiles. et virgines. que au dientes dixerunt penitemur. Simile fecit quando accepit vxorem zeijcb nutricij ſui: dixit ſentenciam que eſt in capitulo heliza heb. ꝙ deus dixit ei tu ſcelas in anima tua quod deus propalat et formides homines ſed iuſtum eſt ꝙ deum formides cum eniũ iam reſpueret zeijcb maritauimꝰ cauſa tibi. O machomete et dixit zeijcb. Nunquid du xiſti eam nuncia dei Reſpondit ve tibi. deꝰ maritauit eam mihi. que poſtea iactauit ſe ꝙ deus maritauerat eam. et non parentes eius ſic ergo vt cooperiret luxurioſam vitã ſuam blaſphemauit contra deum imponẽ do ſibi ꝙ diſpenſauerat ſecum in iuramẽto et fornicatione et adulterio. cum tamen ipſe met dicat nulum eſſe maius peccatum quã imponere deo mendacium. Item infra in al chorano azora. lxv. dic ꝙ paradiſus ſuus habet irriguos ortos. et vxores et concubi nas virginesq; pulcras. et ciphos aureos et argenteos et commeſtilia optima Unde in libro de doctrina ſua qui eſt autenticꝰ apud eos dicit ꝙ primum ferculum paradiſi erit iecur piſcis albi cibus ſumme delectabilis. Conſequenter fructus arborum concludẽs ꝙ ibi cuncta eſſent fruſtra ſi voluptas luxu rie non ſequitur. Item in ſuo alchorano ca pitulo de baca concedit ſodomiã tam cum maſculo ꝙ cum femina propter quod ſolũ igne celeſti deberet dirimi ſecta ſua. Patet ergo ex omnibꝰ ſupradictis ꝙ vita macho

meti fuit vita beſtialis. quia fuit luxurioſꝰ
inceſtuoſus. adulter et in crimine peſſimo
maculatus.

Qđ vita machometi fuit ſupbiſſima et am
bitioſa.

Ecūdus punctꝰ eſt ꝙ vita macho
meti fuit vita ābitioſa. qꝛ ex inordi
nata ābitiōe dominādi aſcēdit per gradus
malicie velud alter lucifer vt fieret rex biſma
belitaꝝ. cū cū in prīmeua etate ſua eſſet mer
cator. et frequēter pgeret cum camelis ſuis
apud egiptū et paleſtinā cū iudeis et xpia⸗
nis cōicās. nō ſolū nouū teſtamētū et vetꝰ
didicit. ſʒ et magis pfectiſſimꝰ eſt effectꝰ. et
cū curro canā ingrederet̄ ꝓuinciā cuiꝰ pro⸗
uincie dña tadiga vocabat̄ et diuerſas ſpe⸗
cies quas machometus ſecū attulerat dicta
dña miraret̄ cepit ei dicta mulier familiariꝰ
adherere ꝙ machometꝰ in cātationū ſuarū
virībꝰ cepit paulati inducere in errorē dice⸗
batq̄ ſe eē meſſiā quem iudei adhuc expe⸗
ctāt futurū. ſuffragabant̄ quoq̄ verbis ipiꝰ
tā in cātationū preſtigia ꝙ caliditatis eius
in genia copioſa. q̄ opinione nō ſoluʒ dicta
mulier ē decepta ſʒ oēs iudei ad quoſ fama
eiꝰ pͥngere potuit ad eū cū ſarracenis tāta
rerū nouitate attoniti catervatim cōfluebāt
quibꝰ cepit leges nouas fingere et eis trade
re adhibēs eiſdē legibꝰ teſtimonia noui ac
veteris teſtamēti q̄ſi quēdā colorē ſui vene⸗
ni. Vſus ꝯſilio illiꝰ peſſimi. Sergij mona⸗
chi heretici arriani. quas leges biſmabelite
ſeu ſarraceni ſuas appellant eūq̄ ſuū legiſ⸗
latorem eſſe fatent̄. Prefata ꝙ mulier videſ
hominē iudeoꝝ et ſarracenoꝝ pariter teſtio⸗
nio approbatū pōpa. et ſequella volatū. ex
iſtimabat in eo diuinā latere maieſtatem et
cū eſſet vidua accepit eū ſibi in maritū. ſic
ꝙ machometꝰ totiꝰ illius ꝓuincie obtinuit
principatū. et incepit eſſe diues et potēs ſe⸗
cūdū ambitionē ſui deſiderij trāſiuitq̄ diſ
ſimulatꝰ in hiſpaniam anno vltimo regis.
Richardi et venit in ciuitate Cordubeñ et
pdicauit ibidē ſuā maiā doctrinā dicendo
ꝙ iheſꝰ xps fuit natꝰ de virgine ope ſpūſſā
cti ſʒ tñ ꝙ nō erat deꝰ. Qđ cū audiuit beatꝰ
pr yſidorꝰ archieps hiſpaleñ qui tunc venie
bat de curia romana: ſtati miſit hoīes ſuos
ad pdictā ciuitatē vt eū vinclatū ſibi addu⸗
ceret. Sʒ diabolꝰ apparuit ſibi et dixit ꝙ re

cederet ab illo loco et ſtatiʒ exiuit et fugiēs
nauigio trāſiuit in affricā in qua et i arabia
decepit innumeras gētes. qui oēs ei adhe
rētes pſaꝝ regnū infeſtare ceperūt. totumq̄
imperiū oriētis inuaſerūt. tm̄q̄ pualuit ho
ſtiū mltitudo ꝙ eracliꝰ impator reſiſtere nō
potuit. Vñ coactꝰ eſt omia ſacra q̄ erant in
iheruſalē et pcipue pcioſuʒ lignū ſcē crucis
apud Conſtātinopoliʒ apportare. Jā eniʒ
p ſe cū arabibꝰ et alijs pdictis natōibꝰ cō⸗
iuncti duce machometo ſiriā occupauerant
et maximā pteʒ paleſtine qđ fuit impij era⸗
clij anno. xx. Quō aūt tā ſubito tantā gētiū
multitudinē potuit ad ſe trahere inter cetera
viſus fuit quadā aſtucia vulpina Cū eñ vi
deret ꝙ a pdictis natōibꝰ tanꝗ̄ ſummi dei
ꝓpheta et nūcius coleret̄. cepit ardētiſſima
ābitione grādia cogitare in corde ſuo ſciliꝫ
quō poſſet eē ꝯtrariꝰ romanoꝝ impatori. et
quō poſſet gētes a dño ſuo ſubtrahere. Et
deinde cū ſuis deceptōibꝰ pugnauit viribꝰ
ſuis ꝯmouere oēs pplos pdictaꝝ gentiū in
hoc facto. oñdendo eis quō erāt oppſſi grā
di et amariſſima ſeruitute in dādo redditꝰ
et tributa ſine mō romanis. Et ꝙ ꝓpterea
venerāt iā ad magnā paupertatē et miſeriā
et ꝙ ab hoc dāno et periculo futuro poterāt
exire per vim et timorem et per poteſtatem
multaꝝ gencium. et vetare tributa ac ſerui⸗
tutem tollere affirmauit tamen eis principa
tum tenere nō poſſe niſi xpianoꝝ fide omni
no diuerterent. ſuaq̄ documenta ſeruarent.
Simulanſq̄ vt predictum eſt aliquid diui⸗
ni numinis in ſe habere. et preſtigijs multi
per ipſum oſtenſis homines decipiens pro
pheta maximꝰ ab omnibus in dicto popu
lo habebatur iudeos etiam multos vt dic⸗
tuʒ eſt ita decepit vt ipſuʒ crederent eſſe ſuuʒ
meſſiam Et ſic accidit ꝙ poſtꝗ̄ pdictis ſug
geſtionibus commouit predictas gentes.
miſit eraclius imperator nuncios ſuos pro
colligendis tributis in affrica. Quod cum
ſciuit machometus exiuit ad eos cum illis
quos commouerat. dixitq̄ eis ꝙ nolebant
dare imperatori romanoꝝ tributa. et deīn⸗
pugnauit cum illis et interfecit illos. Et tūc
eleuatum eſt cor eius et venit in arabiam
et in ſiriā et i meſopotomiā quas ſuo dño
ſubiugauit Et deinde ꝯqueſtauit ceteras ꝓ
uincias circūquaq̄ plus deceptionibus ꝙ
viribus. aīando eos ꝙ pugnarēt defendere

ſe a romanis vt ab eoꝝ ſeruitute liberentur quod et fecerūt. Et tunc ſomniauit eraclius impator ꝙ parui mures naſcebant̄ in affrica qui rodebant fimbrias veſtimenti ſui. et poſt hec cū cognouit ꝙ machomet⁹ cum ei adherentib⁹ occiderāt nūcios ſuos in affrica et ꝙ nolebāt dare cōſueta tributa ꝯgregauit magnū exercitū. et miſit cū eo theodorū fratrem ſuū qui tenebat imperiū oriētis de manu eius vt pugnaret cū illis rebellātib⁹ in affrica et reduceret terrā ſub ſuo dn̄io Cū ergo p̄dict⁹ theodor⁹ venit in affricā pugnauit cum illis et fuit permittente deo vict⁹ ab illis et fugit qui ſatis afflictus redijt ad p̄dictum imperatorem. et narratis omnibus qui occiderant petiuit iterū maiorem exercitum vt iret ꝯtra illos rebellatos. et tūc imperator narrauit ſibi ſomniuꝫ miriū quod viderat nec propter hoc dimiſit exercitū ſuū mittere ymmo maiorem ꝙ prius cū eodeꝫ theodoro deſtināuit Sed licet romani eſſent multi quando ꝑuenerūt in terrā illam et viderunt poteſtatem machometi et audaciaꝫ quam ſecum habebat dubitauerūt multuꝫ de eo et pauore magno cōcuſſi voluerūt ſe retrahere ad quoddā caſtrū quod dicebatur gabatin. qd̓ cum ſenſit machometus venit poſt eos plures eoꝝ occidendo et vulnerando. Romani vero videntes ꝙ ſic moriebātur puſillanimitate reſumptis virib⁹ cōuerſi ſunt ad eos et habuerūt ibi ꝑliū magnuꝫ ſed finaliter victi fuerunt romani et occiſus theodorus frater impatoris. Omneſꝗ ibi perierunt paucis exceptis qui in montibus ſe abſconderūt et ex tunc ſublatū fuit romanoꝝ dn̄ium in affrica et iugum ſeruitutis affricanoꝝ ceſſauit. Cūꝗ ergo viderunt Agareni ꝙ deuicerant romanos vltra moduꝫ facti leti redierunt ad terram ſine et venerūt in ciuitatem damaſci que ab antiquo fuerat capud regni xp̄ianorū et ibi de beneplacito et voluntate omniuꝫ predictoꝝ eleuat⁹ fuit in regem machometus quia multuꝫ eū diligebant et appreciebantur. quia ſic extraxerat eos de ſeruitute romanorum et regnauit. x. annis hec ex generali hiſtoria hiſpanie. Ex quibus manifeſte patet quomodo vita machometi fuit ambicioſa. quia vt efficeretur rex et dominus et vt haberetur tanꝙ verus propheta dei fuit, totum ſtudium vite ſue.

Quod vita machometi fuit morbo epilentico monſtruoſa:

Ercius punctus eſt ꝙ vita machometi fuit morbo epilentico mōſtruoſa. Sicut enim vilis machometus libidinibus et ambitionibus fuit plenus. ſic etiā vt eius turpitudo anime oſtenderet̄ exteri⁹ monſtruoſus fuit in corpore. laborans caduco morbo ſiue epilentico et cum die quadam p̄ſente. Cadica regina vxore ſua caderet in terra ſpumās velud porc⁹ illa cernēs nō modicū triſtabatur eo ꝙ homini impuriſſimo iunctā matrimonio ſe videret. quaꝫ ille placare deſiderans ſurgens eam talib⁹ ſermonibus demulcebat. dicebat enim cuꝫ gabriele archangelo ſe habere colloquium nec vultus eius ferre poſſe ſplendorem. ſed in eius aſpectu mirifico virtutem carnis oīno deficere. et ꝓpter hoc ipſum cadere oportebat. vt cū hec dixit laborauit vt ſuis incātationibus et magicis artibus ac diabolo concurrente quo dirigebatur facere aliqua mira que miracula videbantur an̄ illaꝫ. Et quia aliquo modo teſte ſcriptura diabolus in angelum lucis ſe transfigurat diabolus intrabat in eo et faciebat ei aliqua creatura futura p̄dicere et per iſtum modū decipiebat gentes Credidit ergo p̄dicta mulier ei⁹ falſis aſſercionibus et illuſionibus crediderunt et alie ſupradicte nationes eo ꝙ gabriel archāgelus ſepe a deo ad ſanctos hoīes deſtinat̄ ꝙ ex ore gabrielis archāgeli machometus leges illas ſuſciperet quaruꝫ eis obſeruanciam imparabat.

De qualitate doctrine et legis machometi.

Ercia cōſideratio eſt videre qualis eſt lex machometi Et licet ex ſuperioribus ſatis clareat ꝙ homo tā beſtialis et immūdus nō potuit dare niſi legem ſibi correſpondentē. Verumtn̄ vt fideles cognoſcant falſitateꝫ ei⁹ et quomodo nō eſt lex dei ſed diaboli ſeptem paſſib⁹ explicat̄. Primus erit de modo fallaci ꝙ dedit legeꝫ ſuā populo ei credenti. Secūdus de erroꝛib⁹ ſue legis. Tercius de fatuis ſue legis fabulis. Quartus de malicijs ſue legis Quintus quomodo mille miraculis fuit confirmata Sextus quomodo eſt lex cō-

tradictionis. Septimus ꝙ in pluribus eſt per hominem reuocata et a diabolo tan/ q̄ a principali actore conſtituta.

### De modo quo fuit data lex machometi

[P]Rimus paſſus eſt videre modum quo ſecta iſta machometi fuit data. Circa qd̄ notandū eſt ꝙ ſicut fertur eſt libel lus quidem in partibus trāſmarinis de ei⁹ fallacijs in quo legitur ꝙ ipſe volēs ſibi cō ſiliare animos populoꝝ dicebat ſe eſſe pro/ phetā ad eoꝝ ſalutem diuinit⁹ deſtinatū vȝ vt legem iudeis et criſtianis datam quim/ mis rigida erat et ſeuera minorum precepto rū promulgatione temperaret et vt ei⁹ miſ/ ſioni adinſtar moiſi atteſtari quedam ſigna et ꝓdigia videret aſſignata die ad certū lo/ cum ppl'm cōuocauit legem diuinit⁹ miſſā in ſignis et ꝓdigijs accepturū. tunc eo ſer/ mocinante ad populū colūba candida que in vltimo loco erat ad hoc fallaciter edocta euolās ſuper humerū ei⁹ ſtetit et in ei⁹ aure iuxta morē ſolitū grana in aure repoſita co medens verba legis ei ſuggerere videbatur Thaur⁹ quoqȝ ſimiliter ad hoc ꝑm ꝯſuetu dine quadam edoc⁹ vt de manu eius pa/ bulum acciperet ad vocem eius corā pplo venit et quaſi noue legis mandata celitus miſſa que ipſe cornibus ei⁹ alligauerat detu lit. Sed et vaſa quedā lacte et melle plena: que ipſe in certis venis terre artificioſe ac la tenter immiſerat quaſi per diuinā reuela/ tionē fecit effodi et ppoulo veluti in ſigno future habundancie ꝙ per eiuſdē legis ob/ ſeruāciam mereref oſtendit. Sicqȝ miraci/ lis et magnalib⁹ diuinis cōgratulantes et acclamantes ſeduxit atqȝ ad legem ſuā qſi diuinā recipiendā pertinaciter animauit

### De erroribus legis machometi.

[S]Ecundus paſſus oſtendit errores legis machometi. Unde oīm anti quoꝝ feces quas diabolus ſparſim ſemina uerat ſimul in machometo et eius lege recol legit ac renouauit. Ipſe nāqȝ cū ſabelio ne gauit trinitatē perſonaꝝ in diuinis Secūdo docuit xp̄m eſſe purā creaturā cum arrio Un̄ et Sergius monach⁹ qui fuit magiſter ma chometi vt dictum eſt fuit hereticus arrian⁹

Tercio aſſerit ꝙ iudei non occiderūt xp̄m ſ quēdam ei ſimilem et in hoc cōuenit cū ma nicheo. Quarto dixit ꝙ de⁹ trāſtulit xp̄m ad ſe ſ apparebit circa finē mūdi et occidet an/ texp̄m et poſtea faciet eū de⁹ mori. et quia negat xp̄i paſſionē omnia ſacramenta cede ſic que a paſſione xp̄i ſumpſerūt efficaciam et in hoc conuenit cum donatiſtis hereticis. Quinto dicit ꝙ demones poſſunt ſaluari ꝑ alchoranū et ꝙ ipi audito alchorano mul/ ti ex eis facti ſūt ſarraceni et in hoc aliquali ter imitatur origenē q̄ dixit ꝙ adhuc demo nes ſaluabunt. Sexto dicit ꝙ qn̄ de⁹ miſit pro eo gabrielē ꝙ ipſe iuit ad deū et de⁹ im poſuit ei manus et tantā frigiditatē ſenſit ex tactu manus dei ſuper humeros eius ꝙ fri giditas ꝑuēit vſqȝ ad medulā ſpine dorſi et in hoc cōuenit cū acromo forti q̄ poſuit deū corporeū. Septimo dicit ſpiritū ſanctum eē creaturā et in hoc cōuenit cū machedonio. Octauo dicit ꝙ aliqui angeli facti ſunt de/ mones quia noluerunt adorare adam et in hoc oīno neminē imitat̄ Nono ponit ꝙ vl tima hominis beatitudo eſt in comedendo et luxuriando et in veſtibus precioſis et in ortis irriguis et in hoc cōuenit cū cherinto heretico et cum quibuſdā paganis Decimo ponit in capitulo de menſa ꝙ familia ſua nihil oīno valet niſi cōpleat legē et euange/ lium et librū ſibi reuelatū ſcȝ alchoranum. et ſic docuit gētes iudayſare. et ideo docuit circumciſionem eſſe tenendā et in hoc conue nit cum vierme heretico. Undecimo docuit indifferenter accipere vxores alioꝝ et in hoc videtur cōuenire cū nicholaicis hereticis. Duodecimo docuit licitum eſſe habere plu res vxores cōtra apoſtolū primo coꝛ. vij. et contra conſtitutionē ꝑfecte legis nature erūt duo in carne vna gen. ij. et in hoc cōuenit cū nazareis hereticis licitū ponentibus in no/ ua lege articulū de pluralitate vxoris. Xiij. docuit vti lotionibus pro baptiſmatibus in remiſſionem peccatoꝝ cōtra apl'm ad ephe. iiij. vna fides vnum baptiſma et in hoc cō/ uenit cum nouationis et donatiſtis heret/ cis baptiſma reiterantibus Xiiij. docuit lici tum eſſe ſodomiam tā cum maſculo q̄ cū femina vt patȝ in alchorano capitulo de va ca. et in hoc cōuenit cū ſodomitis hereticis licet ſarraceni palient hoc quibuſdā hone ſtis expoſitionibus Hec autem fuit tota in

tencio machometi vt ſcilicet reſecaret quicquid erat arduū in credendo et quicqd erat difficile in operando. et cōcederet cōmunia ad que mundani homines ꝓni erant et maxime arabes ſcȝ gulam et luxuriā et rapinā de virtutibus aūt puta de humilitate vl' de pace. vel abſtinencia. vel de caritate dei et ꝓximi vel de vltīo fine nihil notabile dixit et quia de omnibus his poterat eius facilitas et malicia deꝑhendi tam per nouū q̄ꝑ vet⁹ teſtamētū q̄ etiā p dicta philoſophoꝝ qui de virtutib⁹ et vltimo fine hominis tractauerūt mādauit oīno q̄ nihil crederēt qd̄ eſſet contrarium huic legi: ſed qui aliud crederet occideretur.

De fatuitatibus et fabuloſis legis machometi:

t Ercius paſſus eſt de fatuitatib⁹ et fabuloſis dictis legis et doctrine machometi. Ex quibus ſatis apparebit qd̄ nō eſt lex dei. Nō eñ lex dei fabuloſis et ridiculoſis calificat̄ que pocius cōuertūt hominem in riſum q̄ in deuotionē talis ē lex machometi vt certum eſt omnib⁹ eā legentibus. et de multis quedam pauca lȝ magis notabilia referant̄: dicit̄ enim in capitulo de lenemelle q̄ interpretatur formica q̄ Salomon cōgregauit magnū exercitū angeloꝝ videlicet hoīm et animaliū. et qñ ibant inuenerunt fluuium formicaꝝ et tunc formica dixit. O vos formice introite in habitacula veſtra ne interimat vos Salomon et milites eius et ſubriſit formica. Et poſt pauca quādo re. aſſignabant̄ oēs aues in exercitu iumentū ē q̄ deerat vpupa et dixit Salomon. quid ē q̄ hic nō video vpupā puniaȝ illam et decollabo eam vel aſſignabit racionē quare defuit et ſtetit vpupa nō multum lōge et ait didici q̄ vos neſcitis et veni ad vos de ſabea cum veris rumoribus inueni ſi quidē mulierem regnantē inter eos et cōperi populū ſuū colere ſoleȝ abſqȝ deo. Itē in capitulo delchamar quod dicit̄ in tempe lune appropinquauit luna hora et fracta eſt luna quod exponentes doctores eoꝝ dicūt q̄ machometus ſtabat cuȝ ſocijs ſuis et cū videret lunā appropinquātē ꝯiunctioni dixerūt ei oñde nobis aliqd̄ ꝓdigiū. et tūc ipſe iuuit lune duob⁹ digitis ſcȝ indice et medio et tūc fracta ē in duas ptes et vna medietas cecidit ſupra mōtem elikaijs qui imminet ciuitati mecque ex vna pte et alia medietas ſup aliū qui mons rube⁹ appellat̄ ſitus ex alia pte ciuitatis. et cum ſic fracta eſſet luna venit et intrauit manicā camiſie machometi et ipſe integrauit eā. Itē ī capitulo ſeba dr̄ q̄ vermis indicauit morteȝ ſalomonis vbi dicit gloſa q̄ ſalomon dū ſtaret innix⁹ ſup baculū ſuū ſubito tantus dolor cū arripuit q̄ expirauit nec tamen corruit diuino miraculo demones aūt qui ei ſeruiebāt videtes eum ſtare credebāt eū viuere et nat⁹ eſt qdā vermis de terra et corroſit baculū cui innitebatur. et tunc fracto baculo corruit ſalomō et cōcurrerūt de demones et inuenerūt eum mortuū et extūc ceperunt hominib⁹ nocere ꝓpoſſe. Iteȝ ipſe machometus in libro narationū reddit cauſam quare vinū ſit illicituȝ et dixit q̄ deus miſit angelos duos in terrā vt bene regnarēt et iuſte iudicarēt et fuerunt iſti angeli Aroth et maroth. cumqȝ veniſſet mulier que habebat cauſam inuitauit eos ad prandiū et dedit eis vinuȝ bibere. quod eis deus mādauerat ne biberēt et inebriati requiſierunt eam de luxuria et ꝯſenſit hoc ꝓ ꝓcio q̄ vnus doceret eam aſcendere in celum et alius deſcendere: Cūqȝ eā docuiſſet aſcēdere in celum et deus illā videret audita cā et modo fecit eā luciferȝ q̄ eſſet ita pulcra inter ſidera ſicut erat in terra inter mulieres. Data aūt occaſiōe angelis qui peccauerāt vbi vellent puniri hic vel in futuro elegerūt magis puniri in ꝓſenti q̄ in futuro et tunc deus ſuſpendit eos per pedes in puteo babilonis cum cathena ferrea vſqȝ ad diē iudicij. Hec et ſimilia multa cōtinent̄ in ꝓdicta lege ꝑ que qlibet ſapiēs poterit cognoſcere fixionem q̄ nullo modo ſit lex dei. Nō eñ lex diuina conſueuit loq̄ hoibus ꝑ taleſ fabulas. ſunt eñ ſequentes machometum illi de quibus ꝓphetauit paul⁹ a veritate qdem auditum auertent ad fabulas aūt conuertentur. Item dicit in libro narrationū q̄ celum creatum fuit de fumo et fum⁹ de vapore maris et mare de monte quodam qui vocatur caph q̄ cingit totū orbeȝ et ſuſtinet celū. Dicit etiā q̄ ſol et luna erāt equalis luminis et virtutis et nō erat diſtinctio īter diē et noctē quadā aūt vice volebat gabriel et accidit vt ala ſua tāgeret lunā q̄ obtenebra

ta eſt ſicut mō cernimus. Preterea dicit ꝙ
natus ē ſus de ſtercore elephātis et mus de
ſtercore porci et cattꝰ de frōte leonis. qd̄ nar
rat in hunc mundū Nā cū eſſet noe in archa
cum filijs et animalibus q̄n ibant ad ſecre-
ta nature inclinabat̄ archa et maxime cum
ibat elephas et cum vehementer timerent cō
ſulit noe dn̄m· qui ait vade et inclina celuz
eius ad foramen ſtercorante et fecit ſic qui et
ſtercoriſauit et natus eſt ſus grādis ſatiſ de
ſtercore elephantis Cuz aūt roſtro ſorſorio
grouolaret feces vt ſolet natus eſt mus et ce
pit rodere tabulas arche et tunc maxime ti-
muerūt et cōſulto dn̄o noe percuſſit leonē in
frōte et egreſſus eſt cattꝰ per nares eiꝰ et hec
eſt cauſa vt dicit quare caro porci ſit illicita
Dicit iterū in eodē ꝙ deꝰ in fine mūdi occi-
det omnē creaturā etiā angelos et archāge
los et nihil remanebit viuū niſi deꝰ et morſ
que ē quidē angelus qui dicit̄ adriel. et tūc
p̄cipiet deꝰ adrieli ꝙ occidat ſeipm quo fa-
cto dn̄s inſulcabit voce grandi et dicet vbi
ſunt ſatrape mūdi et principes et poſt hoc
reſuſcitabit omnia. Ipſe etiā machometus
ſcripſit librū vbi poſuit duodecim milia ver
ba ſtupenda et cū admirātes quererēt vtrū
omnia illa eſſent vera Reſpondit ꝙ ſolum
tria milia veritatē habebāt omīa alia falſa
erant. Cum igitur in predicto libro aliquid
falſitatis deꝑhendit̄ dicūt ſarraceni ꝙ hoc
dicit machometꝰ quia nō erant omīa vera
et iſtud eſt de illis reſiduū totū ſemꝑ in ſuo
robore perſeuerat. ita etiam faciūt ſarraceni
de alchorano quia cum multa falſa in eo et
mendacia cōp̄rehēdant̄ tamē ꝓpter quedā
vera que cōtinet quaſi verbū dei ab eis to-
litur Non eſt ſic de euangelio xp̄i quia ſi in
eo vnū ſolum verbum falſum inueniret̄ qd̄
abſit de euāgelio vt dicit Auguſtinꝰ cauſa
iuſta eſſz ꝙ totū euāgeliū friuolū reputaret̄
et vanū quia modicū fermentū corrūpit to
tam maſſam ſecundū apoſtolū et hinc eſt ꝙ
litterati et magni ſapientes inter ſarracenos
nō adhibent fidē ſed fictionem doctrine ad
uertūt in p̄dicto libro. Cuiꝰ ſunt duo ſigna
Primū ꝙ renuūt diſputare cū alijs ſapien
tibus publice Secundū ꝙ nolūt adduci al
choranū in publicū et dolent vehementiſſi-
me cū ab alijs legit̄ et nullomō vellēt ꝙ in
linguas alias et litteras trāſferet̄. Sciūtꝰ ei
ꝙ verum aurū neq̄ lumen timet neq̄ ignē

Et ideo quia xp̄iani de veritate cōfidunt q̄
fortiſſima eſt et manet in eternuz libenter cū
alijs nationibus de euangelio cōferūt gau
dentq̄ cum ab alijs nationibus creditur et
deſiderant ꝙ omnibus publicetur et in lin-
guas alias trāſferatur et nō ſolū ſcripturis
ſed etiam picturis et celaturis publice xp̄i
paſſionem oſtendunt ꝙ ab alijs nationibꝰ
ludibrium et ignominia reputatur.

De malicijs legis ſpurciſſime machometi

q Uartus paſſus eſt de malicijs le
gis machometi Cum deus ſit ſū-
me bonus et optimꝰ ſcit optima adducere
ſecunduz dioniſiū ſi mala continet lex aliq̄
conſtat illam non eſſe a deo talis eſt lex ma
chometi vt patet per totum alchoranū Di-
citur enim in capitulo elbacaph et etiam in
capitulo eleem quod interpretatur demōes
ꝙ ipſum alchoranum placet demonibus et
in eo delectantur. demones aūt ſunt praui
et damnati in voluntate quibus nō placet
niſi quod malū eſt igitur alchoranū eſt ma
lum Preterea alchoranum eſt cauſa omniū
malorum vt occaſionis et rapine et periurij
et huiuſmodi qui quidem mala ſunt. Alcho
ranum non ſolum permittit ſed mandat oc
ciſionem nec eſt excuſatio ꝙ mandat ꝙ occi
dantur increduli. Dicit enim ſine dubio ꝙ
fideles non debent occidere fidelem. ipſos
aūt infideles p̄cipit occidi niſi ſoluāt tributū
ergo ſoluere tributū eſt integra cauſa ꝙ occi
dant̄ vl' nō occidant̄ Preterea ſicut vt in Al
chorano in plurībꝰ locis legit̄ nullū eſt ma
ius malum ꝙ imponere deo mendacium.
Alchoranum autem deo imponit menda-
dacia multa preter illa que dicta ſunt ſupe-
rius que omnia redundant in deū quomō
ergo alchoranū eſt ſmo dei vt dicunt Poſ
ſumꝰ aūt oſtendere plura alia. Nā in capl'o
elenipbaal quod interpretatur lucra dicitur
ꝙ lucra ſunt dei et nūcij. et ꝙ debet deo qui
taz ꝑtē de his qui lucrant̄. Sed nunq̇d deꝰ
eſt ita maiꝰ ꝙ ꝑmittit rapinā vt inde inſeq̄
tur ꝑtem ſuam ſcz quintā partem. An ē ita
pauꝑ ꝙ nō hz vñ alat pauꝑes ſuos ſcz vi-
duas et pupilos et peregrinos de quibꝰ ibi
loquit̄ niſi ꝑmittat rapinā vt inde lucretur.
Certe iā fecit machometus deū cōſortē ſibi
in malū quē nō pōt habere cōſortē in bono

Quod aūt precipiat rapinā patet alana. xij
vbi loquitur ſarracenis in hunc modū viri
boni deum timentes facitis per que vos ipſi
propinqui ſui ſitis ſtudeatis ipſiuſq; nomi
ne vſq; quo vos meliores et clariores effici
amini predatores et expugnatores eſtote.
Propterea licet alchoranum aliquomō pro/
ibeat rapinam vel periuriū vel quedā alia
mala tamen ipſa prohibicio eſt quedam ꝑ/
miſſio dicit enī ne faciatis talia mala qui
deo non placēt ſed ſi feceritis ipſe eſt miſere
cors et miſerator quia indulgebit vobis de
facili. De rapina autem nihil mandat vnq;
ꝙ reſtituatur nec ipſi talem conſuetudinem
habent. Sed ſufficit ſarraceno ꝙ dicat non ē
deus niſi deus et machometus eſt nuncius
eius. De periurio vero expreſſe dicit in capi
tulo clemencie ꝙ interpretatur mēſa nō im
putabit vobis deus fraudacōnem iuramē
ti ſed moderacōnem eius quaſi dicat periu/
rium nō obligat ad culpā ſed ad penam et
poſtea ſubdit pro trāgreſſione vero eius de/
cem miſerorū cibacio ſeu eorū veſtitio aut
vnius captiui redemcio q̄ autē hoc non va
let tribus diebus ieiūabit. Ex iſtis ſequūt
omnia mala non enī timēt rapere vel frau
dare nec periurare nec ſeruēt fidē tamē criſti
ani tenēt ꝙ fides ſeruāda ē hoſti et ēt i fide
li. Ex ſupradictis ſatis patet ꝙ lex macho/
meti non eſt lex dei ex quo multas continet
malicias et multa falſa et criminoſa

Quod lex machometi nō ē ꝯfirmata mira/
culis

Quintus paſſus ē ꝙ lex machome/
ti non eſt ꝯfirmata miraculis. Ex
quo quicunq; ſani intellectus pote/
rit aduertere ꝙ nō ē lex dei. quādo enī mo/
yſē miſit deus ad pharaonem oſtendit ma
gna miracula. helias eliſeus et alii ꝓphete
fecerūt magna et inaudita miracula et illi ꝑ
cipue omnes q̄ aliquid nouitatis attulerūt
mūdo criſt⁹ autē venit proprie cū ꝓdigijs
et ſignis maximis ſicut eciam in alchora
no dicit. Si autē dicāt ſarraceni ꝙ plura et
magna miracula fecit machometus ſicut eſt
illud de integracōne lune fracte et de fonte
aque q̄ cum digitis ſuis fecit emanare hec
friuola ſūt et cōtra alchoranū eorū prohibz
enim machometus ꝙ nihil de eo credāt ni
ſi ꝙ ſcriptū eſt in alchorano de omib⁹ inq̄t
philoſoph⁹ multa mentiti ſunt ꝙ ne de me
verū teneatur ꝙ alchorani auctoritate fulci
tur qui cum miracula non faceret oſtendere
volens cauſam deū cōſequenter introducit
dicens dn̄s dixit ad me ideo te miracula fa
cere non ꝑmitto quia ne tibi ſalz contingat
ſicut in alijs prophetis in miraculis timeo
ſuo ergo teſtimonio ꝯuincitur nullū fuiſſe
miraculum ſeu ſignū. Item ipſe machome
tus in alchorano frequenter recitat ꝙ cū ho
mines ei dicerēt oſtende ſigna que fecit mo
yſes et xp̄s et alij ꝓphete. Reſpondebat q̄s
moyſes venit cū ſignis et nūcij ceteri et ma
xime criſtus qui venit cum maximis ꝓdi/
gijs et mundus nō credit eis ſed dicebant
ꝙ erant maleficia ideo nō permittit me de⁹
facere miracula. non enim crederent ſed ve
ni in virtute armorū. Sed hoc ꝯuincitur ex/
preſſum eſſe mendaciū. quomō enim non
crederent ei ſi faceret miracula qui crediderūt
ei ſine miraculo. Talia enim mādauit eis
ad q̄ mund⁹ pronus eſt et currit ſine aliquo
miraculo et mādato. ſcꝫ ꝙ occiderent et ra/
perent et mulieres plurimas impregnarent
et ꝙ dentem pro dente et oculum pro ocu/
lo extraherent. Ad hec aūt omnia ita proni
ſunt mundani homines vt vix et cū magnis
vlcionibus et iudiciarijs penis ab illis va
leant coerceri. Quod aūt induxit pro ſigno
ꝙ ſit miſſus a deo in virtute armorū expreſ
ſam continet falſitatem non enim ſemꝑ fuit
victor ſicut moyſes et ioſue⁹ enoch et helias
quos angelus domini ſemper ꝓtexit et vi/
ctores fecit Machometus aūt vincebat ali
quando et aliquo modo vincebatur ſicut et
alij tiranni. nam dentes eius in bello ꝯtriti
ſunt et facies colliſa ſicut habetur in bello
quod vocatur gaſime tohor vbi fuit vulne/
ratus in ore et amiſit vnū dentem de prio-
ribus corruit quoq; in foueam et fuit valde
turpiter victus q̄uis in precedenti nocte ex
parte dei ſui ꝯtrariū promiſiſſet hec in pugi
one et alia ſimilia ptē ſcda capitulo viij Ex
quo etiā patꝫ ꝙ nō eſt miraculū illud quod
ꝓ ſigno inducit vꝫ ꝙ ſubito magna pars
mūdi ei adheſit. Talē enim legē conſtituit
et talia mandata dedit ad que omnes ꝓni
ſūt etiā ſine mādato vt ſuperi⁹ patuit Dixit
enī iuſſit mihi deus terrere gētes gladio do
nec teſtificent ꝙ nō eſt de⁹ niſi de⁹ et ꝙ ego
ſuꝫ nuncius ei⁹ q̄d ſi fuerint ꝯfeſſi ſanguinē

et pecuniam ſuam ſaluauerūt et inde ſarraceni dicūtur ſaluati. Nā quicūqȝ recipiebāt mādatū machometi ipſe et ſui ſaluabāt cuȝ et nō occidebāt nec expoliabāt. Vnde et ſarraceni nō ſarraceni vocant̄ ſed meſſalami qd̄ interpretat̄ ſaluati ipſi aūt vere credūt ſe eē ſaluatos et deridēt xp̄ianos qui nolūt dici meſſalami id eſt ſaluati vt ipſi ſed volūt dici xp̄iani. Dū aūt plures a machometo talem ſaluationem acciperent ex p̄dicta cauſa. Poſtea fecit p̄conizari quicunqȝ dixerit nō eſt deus niſi de⁹ intrabit paradiſum etiā ſi latrocinatus fuerit et fornicat⁹. Venit aūt quidam ad machometū dict⁹ bebidorda et q̄ſiuit ab eo ſi hoc eſſet verū. Et reſpondit q̄ ſic et addidit etiā ſi cū precedentib⁹ biberit vinū et etiam ſi occiderit et adiecit machometos etiam ſi torſerit naſuȝ bebidorda ad. Ea aūt omnia ꝯfirmāda nō oſtendebat miraculū ſed nudabat gladiū. Idem habetur expreſſius in capitulo ꝓphetaꝝ vbi ſic legit̄ Dixerūt de machometo ſcȝ aſcultaſti ſomnias ſeu blaſpemias vel certe poetizas fiāt ad nos ſaluantē cum miraculo vno oſtēde quēadmodū miſſi ſunt et priores. Reſp̄dit deſtruxit inquit deus ciuitates an̄ eos q̄ nō crediderūt et qui p̄ceſſerūt vos non crediderūt nec etiam vos miraculis credentis niſi per gladiū vt ſicut in capitulo ꝓphetaꝝ narratur. Ait ve querētib⁹ miracula fieri ab eo et dixerūt ei. Aſcultaſti ſomnias etc̄. R̄ndit ſicut ſup̄. vſqȝ per gladiū. Audite ergo machometica ſi alchoranū viſitatis ipſe eſt qui affirmat machometū mille feciſſe miracula longe aūt plures ſunt quos cōſumpſit gladius q̄ qui gratis eū ſecuti fuerūt Declarat ergo ex ſupradictis legē machometi nullo miraculo fundatā eſſe et ſic nō dicenda lex dei. Fides aūt xp̄iana que p̄cipit ardua tota eſt fundata in miraculis vtilib⁹ et manifeſtis que nō ſolū xp̄s fecit ſȝ etiā apoſtoli poſt eū. etiā doctores qui euāgeliū et ap̄lorū dicta expoſuerūt et vſqȝ ad iſta tempora durauerūt miracula ſcȝ de effugatōe demonū et curatōe langoꝝ et reſurrectionē mortuorū. Hec mirabilia faciūt xp̄iani et fecerunt qui dicūt xp̄ȝ crucifixū eſſe verū et ſolū deū. Et ſi dixerit ſarraceni q̄ iſta nō credunt nec facta ſunt oſtendemus eis miracula magis Conſtat eīm q̄ totus mūdus colebat idola et maxime romani qui tenebāt monarchiaȝ mūdi hi receperūt fidem criſtianam et non ſolū acceptauerūt xp̄m crucifixū eſſe verum deū ſed etiaȝ expulerūt oēs alios deos qui tanto tempore in idolis qui dabant eis reſponſa nec imponebant eis aliqua grauia cum fides criſtiana tā ardua et inſolita mūdo imponat vt contempnere mundum contempnere ſeipſum diligere inimicos orare pro perſequentibus benefacere malefacientibus aliena non appetere propria largiri. Hec omnia mundus acceptauit et ritum preſtitū dimiſit. Aut igitur propter ſufficiēcia miracula aūt ſine miraculo maius autē miraculuȝ fuit ſi ſine miraculo et per hoīes imponētes ſimplices et pauperimos procurari potuit et hec fecerunt criſtiani non alios occidendo ſed mortem ab alijs equanimit̄ tollerādo. Conſtat autem modis omnib⁹ fidem criſtianam ſtupendis miraculis eſſe fundatam legem etiam machometi nullo ſulari miraculo non enim indiguit. et maxime quo ad carnales homines et mundanos. Alij vero ſcilicet intelligentes literati et virtuoſi viri et nullatenus adheſerunt fidem.

Quomodo lex machometi eſt lex contradictionis.

Ertius paſſus eſt q̄ lex machometi eſt lex contradictionis. Sunt eīm in eo innumere contradictiones de quibus propter breuitatem octo ſubiunguntur Primo ſe dicit eſſe generalē ꝓphetā et tī dicit q̄ alchoran⁹ datus eſt ei arabice et q̄ neſcit aliā linguā niſi arabicā. Item ſcd̄o dicit in cap̄lo de elbachara q̄ interpretat̄ vacca q̄ iudei et xp̄iani et ſabei ſaluabuntur et capitulo ad mirā. dicit poſtea q̄ null⁹ ſaluabit̄ niſi in lege ſarracenoꝝ. Itē tercio mādauit eis q̄ nō altricent̄ cum hominib⁹ alterius ſecte verbis aſperis ſ; verbis māſuetis nō eīm pertinet ad hoiem dirigere ſ; ad deū ſolū et vn⁹ quiſqȝ hȝ de ſe ſolo reddere ratōnē et nō de alio et poſtea mādat in plurib⁹ locis q̄ occidant̄ et expolient̄ q̄ nō credūt donec credāt vl' ſoluāt tributū p̄terea ipſe dicit i cap̄lo libē q̄ illi q̄ recipiūt ſine deo dn̄ȝ aliū tu n̄ es p̄ton⁹ et p̄curator eoꝝ ſ; de⁹ reſeruat ſibi Eſt igit̄ notabil' ꝯtraditō q̄ ex vna p̄te auctoritate dei toties mādat q̄ occidāt̄ icreduli et ex alia p̄te de⁹ mādat q̄ etiā

pro tãto ſcelere nullus ē procuratio ad puniendũ ſed ſoli deo reſeruant. Item quarto machomet⁹ in capitulo zalt teneũn in fine iactat ſe ꝙ ipſe non eſt de cõpellentibus ſ3 quomodo non eſt de compellentibus qui mãdat ꝙ nõ credentes occidant et expoliẽtur. Item hoc in capitulo de vaca concedit zodomiam tam cũ maſculo ꝙ cum feminã dicit enim ſarracenis ꝙ nõ polluant ſe cuꝫ infidelib⁹ non credant et de mulieribus dicit mulieres veſtras aratura veſtra arate eas vt vultis. et tamen in eodem capitulo pri⁹ dicit ꝙ illi zodomite tempore loth operati ſunt abhominabile viciũ et p̄ſtis natiõib⁹ inſuetum. Item vi. ipſe dicit ꝙ noe abrahã yſaac et iacob et filij eoꝝ fuerũt ſarraceni et tamen ipſe dicit ꝙ mandatum eſt ei ꝙ ipſe eſſet primus ſarracenus. Preterea cõſtat ꝙ non fuerunt ſarraceni ꝙ̄tuꝫ ad ritũ nõ poſt ꝙ̄ fuit data lex ſarracenoꝝ. lex aũt ſarracenoꝝ eſt alchoranũ quod quidē fuit datum poſt legem moiſi et euangeliuꝫ ſicut habetur in alchorano ymmo nõ ſunt adhuc ſeptingēti lxxxv. anni ꝙ fuit machometus cũ ipſe venerat anno domini. ſexcentos lxvi. ſicut patuit ſupra conſideratõne prima articulo iij. Conſtat tamē ꝙ noe abrahã yſaac et iacob fuerunt ante legem moiſi et euangeliũ. Itē vij. ipſe dicit ꝙ deus ꝓhibuit auguriuꝫ. et tñ ait augurimini ſi aliter nõ poteſtis in ſaſſura datili et qui hoc non fecerit anathema ſit. Item viij. ipſe dicit ſe miſſum arabibus quia nunciũ non habuerunt dicit enĩ ꝙ alcoranũ datũ eſt eis ſolũ in lingua arabica. dicit enĩ ſe neſcire aliã linguã niſi arabicam. Unde cũ adheſiſſent ei quidam hacherra iocobinus et ſalon pſa et abda alba de pſide filius ſeleã iudeus et quidam dicerent ꝙ ipſi inſtruebant eũ. ecce cecidit in faciem ſuam et cõtracte ſunt manus eius et pedes et ſocij cooperuerunt eũ veſtib⁹ ſuis et ad ſe rediens dicit deus miſit me corripe vos de ſermone quem dixiſtis ꝙ tales me docerent legiꝙꝫ eis vnam lectionem alias ſententiã que eſt in fine lectionis elnael qd̄ interpretatur palma que ſic dicit. Scim⁹ ꝙ ipſi dicent ꝙ inſtruit eũ homo lingua autē qua loquereñ ei pſeca. hoc aũt arabica patēs eſt. et et hoc dicit quõ poteſt eſſe ꝙ illi inſtruant me quoꝝ vn⁹ pſecut⁹ eſt et alter ebreus q̄ dixerũt ei põt eē ꝙ lingua ſua tibi loquañ et exponũt tu linga tua oĩa notifica hãc inuenit reſpõſionē. ſ3 q̄ non poterat inſtrui ab hebreo et pſa q̄ ſũt ꝓpinq̄ quõ poterat ali⁹ valde remote lingue iſtruere. Ipe tñ p⁹ dicē ſe eē miſſum ad vniuerſitatē gecium. Sed quõ ibit ad oēs gentes in ſeptuaginta linguis qui neſcit recitare ſuũ ſermonē niſi in lingua arabica. Dicit tamen vnde habetur in libro ꝓphetaꝝ ꝙ dicit ei de⁹ nõ miſim⁹ te niſi ad vniuerſitatem gencuũ et igitur manifeſta ꝯtrarietas et apertum mendaciuꝫ ꝙ ſit miſſus ſolis arabibus et oĩbus gentib⁹. Non igitur alchoranũ eſt lex dei in qua tot ꝯtradictiones inueniuñ. Unde ſententia ē machometi in capitulo elnesa quod interp̄tatur mulieres ꝙ ſi iſte alchoranus nõ eſſet a deo inuenirentur vtiq3 in eo cõtrarietates multe. Sua igiñ ſententia ſit in deſtructõnē ſue legis quia ex quo vt viſuꝫ eſt multe manifeſte cõtrarietates ſunt in eo nõ eſt lex dei.

Quod lex machometi non eſt lex dei q̄a in multis eſt per hominē reuocata et ꝙ dyabolus fuit principalis actor alchorani

Cprimus paſſus eſt ꝙ lex machometi nõ eſt lex dei q2 eſt in plurib⁹ per hominē reuocata. Un̄ nõ eſt tale examē legis ſarracenoꝝ inter eos quale inter xp̄ianos ſepe fit per ꝯſilia generalia vbi, veritas fidei repetitis ignib⁹ luce clarior innoteſcit. Cum ſarraceni qui eius noticiam habēt ꝓ autentico tenent actum factũ per machometũ abdulbaqui qui erat alpharã in ciuitate q̄ dicit malaga q̄ refert in ſuo libro verſuuꝫ reuocatoꝝ. ꝙ cũ ipſe vidiſſet multos locitos fuiſſe in mõ quo aliq̄ verſus alchorani reuocabañ et ꝙ null⁹ in hoc fecerat finē ꝙ recedēdo a p̄dicta ciuitate ꝯgregauit doctores regule qui ei auxiliũ dederũt cũ actoritatibus et libris antiquoꝝ magiſtroꝝ et ꝙ ſic ꝯpoſuit breuiariũ certiſſimũ de eo ꝙ breuiariũ reputañ inter doctos magnũ on⁹ legis machometi et nõ minus p̄iudiciũ quia oñdit alegando ſup eo alios paſſus alchorani. ꝙ in ipomet alchorano quod tenetur ab oĩbus ſarracenis ꝓ lege ſua data a deo ſunt reuocati. cc. et. xxvij. verſ⁹ de q̄b⁹ ratiõē genere ſunt reuocati cētũ. xxiiij. verſ⁹ ita ꝙ ſarraceni faciēdo guerrã ꝯtra nõ ſarracenos ipi ꝯtradicũt legi ſue in cētũ xxiiij paſſib⁹.

verbum eſt magni ponderis dicere ſunt re
uocati. Aliud eſt concordare vnum paſſuꝫ
cum altero exponēdo et declarādo quomō
in ſuo caſu intelligitur vnus paſſ⁹ et in alio
alius ſicut cū in multis paſſib⁹ videtur eſſe
contrarietas inter doctores xp̄ianos ſit ſtu
dioſe et autentice per generalia ↄſilia et ſc̄os
patres habita examinatione lōgo tempore
cū cardinalibus patriarchis archiepiſcopis
epiſcopis et doctoribus ac multis litteratis
ſue curie et cetera. Sed quod aliquod conſi/
lium vel papa dicat ꝙ aliquis paſſus euā
gelij ſit reuocatus alienum eſt a ſuo propo/
ſito et omnium xp̄ianorū ꝙ in lege dei fiat
ſicut in legibus ciuilibus vel in aliquibus
canonibus ſeu decretalibus ſpecialiter in re
gulis cancelarie per quas expediūtur bulle
exeuntes a romana curia quarum ſequens
papa a ꝓpheẗib⁹ quas vult reuocat. vel ſic
foris regni caſtelle et ordinationibus quia
aliqui reges faciunt aliquas ordinatio/
nes ad quas magis attendunt ꝙ̄ ad anti/
quos foros et hoc eſt quia reuocare legem
ſpectat ad ſuum factoreꝫ vel ad equalē ſeu
maiorem poteſtatem habentē. Quomodo
ergo p̄t reuocari lex que putatur eſſe dei per
aliquem aliū quia ſi veruꝫ eſt ꝙ eſſꝫ dei nō
dico per hominem ſapientē ſed nec per dia/
bolū vel aliquē angelū nec per oēs diabo/
los hoīes et angelos ſimul in vnū coniun
ctos. Sꝫ ad reuocandū tot verſ⁹ libri alcho
rani nō ſit mētio ꝙ fuit facta cōgregatio vni
uerſalis ex p̄te omniū ſarracenoꝝ et ꝙ ma/
iores coꝝ congregarentur requiſiti. ſ; habēt
pro autentico dictum vni⁹ alfaqui. qui dicit
et non ꝓbat nec forte ſuo tempore fuit ma/
nifeſtū ꝙ petierit cōſilium ſuper eo a docto
rib⁹ regule. Ex quib⁹ ſatis clare patet legeꝫ
machometi nō eſſe legem dei q̄ꝫ nec autenti
ce examinatur ymmo per vnum ſarracenuꝫ
in pluribus reuocata et ſi vn⁹ diabolus licꝫ
ſit hominibus ↄtrarius quia eos reſpicit vt
inimicos cū hoc ſit eius ꝓprium officium
non tñ eſt ↄtrarius alteri diabolo quia ſi ſic
iam eſſet in ſe diuiſus belzebub non poſſet
ſtare regnum ei⁹ cū omne regnū in ſeipſum
diuiſum nō ſit ſtabile Quō ergo pōt dici ꝙ
ſunt tot verſus alchorani reuocati cū oībus
ſarracenis dicat̄ liber a deo reuelat⁹. cuꝫ erḡ
vnus diabol⁹ non ſit alteri cōtrari⁹ et min⁹
vn⁹ angel⁹ alteri multo min⁹ de⁹ ſibiipſi Et
cū omnes ſarraceni habeant ꝓ autentico ꝙ
quedā dicta alchorani ſunt alijs contraria.
et ideo multa illoꝝ reuocata nec debeat eis
dare fides videant ſapientes ſarracenorū ꝑ
quē doctorū lex coꝝ debet dici ↄpoſita et cū
non a deo propter ea que dicta ſunt. Relin
quitur ḡ ꝙ a diabolo magiſtro machometi
cui⁹ officiuꝫ eſt falſa veris immiſcere. et dul
ci melli venenū quia ſi ſic eſt ꝙ eſt in ſe con
traria ↄtento in ea in parte exiſtente vero et
in parte mendacio dici poterit auctor ei⁹ nō
verax ſed mendax et ꝙ debet attendi men/
dacium eſt multum periculoſum quia et ta
libus tam magnis et tam preiudicialibus
et dampnoſis mendacijs ſicut ſunt multa
ↄtenta in alchorano condēpnancia animas
ſuorum credencium in ſpeciali hoc ꝙ non
obſtante quacunq̧ ↄtraria ratiōe in alcho/
rano licet dicta per michaelem per gabrielē
per deū per ſuos angelos et nūcios p̄cipiūt
fieri guerraꝫ contra oēs qui non tenent par
tem ſuam et non ſpecificatur hoc quid conti
neant alij verſus reuocati in multis grauiſ
ſimis et periculoſiſſimis Sed cū hoc ſit cer/
tiſſimum ꝙ deus per ſua naturam non pōt
potius ꝑſonale et reale Si dicunt ſarraceni
ꝙ eſt verbum dei vocale tm̄ et accidentale
hoc nō poteſt dici, loquit̄ eñ de deo alcho-
ranū et etiā euāgeliū ſingulariter vt de vno
verbo tm̄ Verbū aūt dei vocale et accidenta
le quod a deo eſt non eſt vnum ſed multa
omnia verba bona et ſancta et vera poſſūt
dici verba dei. Item nō eſſet excellēs cauſa
mendacio xp̄i ꝙ alchoranū intendit ſingu-
lariter ↄmendare ꝙ verbū dei dicat̄ qꝛ ver-
ba dei dici nā nō ſolū xp̄s ſꝫ etiā alij ꝓphe
te dixerūt verba dei Si aūt accipiat̄ ſubſtā-
cialiter et ꝓprie et perſonaliter ſic verbū dei
eſt eternū et verus deus. ſicut verbuꝫ quod
egreditur de ore corruptibilis hominis cor-
ruptibile eſſe neceſſe eſt Sic verbū quod ab
eterno ꝓgreditur de ore dei per quod creauit
celū et terrā et inter media vt verbo vtar al-
chorani neceſſe eſt eſſe incorruptibile et eter
num quicqd aūt ex deo ꝓceſſit eſſencialiter
eſt deus Vñ cū verbum aliquo modo diffe
rat a dicente et cōcipiente verbū et in dei eſ-
ſencia nō pōt eē diuiſio vel diſtinctio oportet
ꝙ ibi ſit differencia ꝑſonalis et ꝙ verbuꝫ a
dicente ꝓprijs et ſolis relatōib⁹ diſtingua
tur hoc eſt aūt verbum quo deus omnia fe-
cit dicit fiat et fit ſicut in alchorano dicit̄. et
in hoc ↄuenit alchoranū cum euangelio io-
hannis quod, dicit omnia per ipm̄ facta ſūt
qꝛ igit̄ a dicente verbū ↄcipitur et intellectu
aliter generatur et illō qd̄ ab aliquo genera
tur in ſimilitudine nature et ſpeciei dicit̄ fi-
lius. Hinc ē ꝙ verbū dei dicim⁹ filiū dei ſicut
ſi ſol de ſe generaret talem ſplendorem qui
eſſet ſol illuꝫ ſolem et ſplendorem diceremꝰ
filiū ſolis et in hoc tm̄ eſt differencia ꝙ crea-
turis in qbus differt eē et eſſencia non pñt
multiplicari ſuppoſita ſine multiplicatōne
nature vñ hō generat hominē de⁹ aūt in quo
eſt idē eē et eſſencia cū ex ſe generat verbum
qd̄ deus ē vt dictū eſt nō generat aliū deuꝫ
qꝛ diuina eſſencia nec diuiſibilis ē nec mul-
tiplicabilis aliquo mō ꝓpter ſummam ſim
plicitatē et ꝑfectioneꝫ. et ratio potiſſima qr̄e
diuina eſſencia nō eſt multiplicabilis quia
eſt de ſe hoc. et qd̄libet qd̄ eſt de ſe hoc ſicut
ſor. eſt incōmunicabile et in plurificabile.
Natura vero humana qꝛ nō eſt de ſe hoc ſꝫ
cōtrahit̄ per hecceitates ideo plurificat̄. dica
mus ergo ꝙ de⁹ generat verbū ſuum quod
de⁹ eſt ſꝫ non alius de⁹. hñ eſt alia ꝑſona ſꝫ
nō alius de⁹. Machomet⁹ aūt quō audiuit
ꝙ xp̄iani dicebāt deū habere filiuꝫ neſciuit
cogitare ꝙ poſſet eſſe filius niſi de muliere.
Et ideo nullū aliud argumentum induxit
niſi ꝙ de⁹ nō pōt habere filiū quia non hꝫ
vxorē et hoc ꝑ efficaci argumento frequētiſ
ſime repetit. Hoc argumentū eſt ſimile ac di
ceret ꝙ deus nō eſt ſubſtancia quia non hꝫ
accidens vel ꝙ deus nō viuit qꝛ nō come-
dit vel reſpirat et talis ymaginacio fantaſti
ca eſt et fatua et hoīs intellectu et racione ca
rentis. nō eñ xp̄iani dant deo filiū tanꝙ ex
muliere ſed ſicut eſt calor ab igne et ſplēdor
a ſole et verbū a dicente vt dici q̄ oia naſci
vere et generari dicūt̄ et non ex femina vel
muliere filius eñ ſplendor eſt et verbū eter
ni patris ↄeternꝰ et cōbſtancialis et coequa
lis ei machometus etiā non recoluit. quod
dauid quē tm̄ cōmendat dicit deum habere
multos filios adoptiuos ꝑter filiū natu-
ralem dicens. Ego dixi dij eſtis et filij excel
ſi omnes et tamen nō ex muliere. Item ma
chomet⁹ dixit ꝙ virgo maria potuit habe-
re filiū ſine viro nunqd ergo potuit cogitare
ꝙ deus potuerit habere filiuꝫ ſine muliere.
Preterea dicit machometus de deo in capi-
tulo elimininū ꝙ ſi deus haberet filiū totus
mundus eſſet in ꝑiculo eſſet enim inter eos
ſciſma ſed hec ſuppoſitio eſt falaſſima ſup-
ponit eñ ꝙ de⁹ nō haberet filiū niſi malū
et cōtumacē et inobedientē et nos quidem
dicim⁹ ꝙ fili⁹ dei eſt verbū dei et ars patriſ
ꝑ quē oia opat̄. verbū āt ↄceptū et ars opa
toris etiā in hoīe nunꝙ diſcrepāt ab intel-
lectu ↄcipiēte, niſi forte machomet⁹ blaſphe
mādo dicat ꝙ de⁹ a ſemetipſo diſcordat a
ſuo intellectu et ſua cōceptio contradicit ei.
Itē cū ihesus fili⁹ marie ſit verbū dei vt di
cit machomet⁹ et verbū dei vt declaratuꝫ eſt
fili⁹ dei. quare ergo nō dicit machomet⁹ ꝙ
deus nō poteſt habere verba qꝛ non habet
vxorē. ſicut dicit ꝙ nō poteſt habere filiū qꝛ

vxorem nō hȝ igitur verū dixit machomet⁹
qñ dicit ꝙ iheſus xp̄s eſt fili⁹ marie et ꝙ eſt
verbū dei ſed nō intellexit. ſi intellexiſſet di
xiſſet ex quo eſt filius marie eſt ver⁹ homo
et ex quo eſt verbū dei eſt verus deus. Non
enī eſt deus ꝯpoſit⁹ vel impfect⁹ vt hō au⁹
verbū et ꝯceptio mentis et ars et opatio eſt
inherens ſiue accidens. et ideo nō hō verbū
aūt dei eſt ſubſiſtens et quicquid eſt dei de⁹
eſt. Vñ verbū dei eſt deus Intellectus dei ē
deus et operatio dei eſt deus. Patȝ ergo cō
tra ſarracenos quomō deus pt habere filiū
lȝ nō habeat vxorē et quō etiam iheſus fili⁹
marie eſt verus filius dei natualis.

De tercio articulo fidei et de ꝓprietatibus
caladonij

Ercius articulus fidei eſt. Qui ꝯcep
tus eſt eſt de ſpūſancto nat⁹ ex ma
ria virgine. Hunc appoſuit in ſimbolo io
hannes euāgeliſta Iſte articul⁹ eſt tercium
fundamentū ciuitatis iheruſalē ſupne et
eſt figurat⁹ per terciū lapidē precioſum q̄ di
cit caladonius Hic enī lapis valet ꝯtra illu
ſiones demonū et virtutes cōſeruat vt dici
tur in lapidario. Sic et fides huius articuli
valet ꝯtra illuſiones demonū qui ſepe iude
os ludificauerūt vt crederēt plures eſſe xp̄s
in lege ꝓmiſſum ſicut patuit latiſſime in pri
mo et tercio libris. xp̄iani vero hanc fidem
amplexātes nunꝙ inuenti ſunt illuſi aliꝫ
ꝙ iheſum xp̄m in meſſiā recipientes et ſicut
nō patiuntur illuſionem ſic etiā non patiſ de
ſtructōnē virtutū ſed eas firmiſſime ꝯſeruat
in animab⁹ fideliū. Predictus lapis ſcōm
yſidoꝝ eſt lapidib⁹ et ardentibus ſimilis pa
lenti lucerne vt dicit hic gloſa. Calefactus
aūt a ſole vel digitoꝝ attentu palias et kar
tarū fila a ſe rapere dicit et ſignificat terciaȝ
virtutē theologicā que eſt caritas ſanctoruꝫ
hec enī ab ipſis celata q̄ſi palet in lucerna. ſȝ
cū ad alioꝝ vtilitatē exire cogitur lux ei⁹ ap
paret que non ſculpitur qꝛ aduerſiſ nō ſecat
prima ad coꝝ. xiij. caritas omnia ſuffert vt
vanā gloriā nec recipit nec retinet hec amo
re xp̄i incarnatōis aſſenſa et digiti a ſpūſcti
igne inflāmata peccatores ſibi cōiungit aiꝫ
non ſolū amicos ſed etiam inimicos ꝓpter
deum cara vnitate ꝯiungit. Item p̄dictus
articul⁹ ſumiſ ex illo Mathe. primo inuēta
eſt in vtero hñs de ſpūſācto. Et nota ꝙ am
broſius dicit libro de ſpūſancto ꝙ illud ꝙ
eſt ex aliquo aut eſt ex eius ſubſtācia vt fili⁹
ex patre aut ex ei⁹ poteſtate vt ex deo oīa
et ſic ſumitur hic. de. qꝛ poteſtate et opatiōe
ſpūſſancti ꝯcept⁹ eſt xp̄s. Ideo xp̄s nō dici
tur filius ſpūſſancti In ſimbolo vero maio
ri explicaſ iſte articulus ſic. Qui ꝓpter nos
homines et cetera vſqꝫ ibi et homo fact⁹ eſt
Vbi nota ꝙ deſcendere dicitur de filio dei
non ꝓprie ſed tranſſumptiue ad ſignifican
dum incarnationem. ſicut enī qui deſcendit
de ſurſum iudeoꝝ tendit ſic cū deus factus
eſt homo de⁹ qui eſt ſup omnia in īfimā ſibi
naturā vniuit nihil ergo aliud eſt hic deſcen
dere ꝙ in carne humili apparere in hoc arti
culo ꝯcordāt ſarraceni cū xp̄ianis ꝙtuꝫ ad
hoc ꝙ xp̄s iheſus fuit ꝯcept⁹ de ſpūſancto
et natus de maria virgine et ꝙ ē meſſias in
lege ꝓmiſſus qd̄ vt clarius videaſ. Notan
dū ꝙ fuit quidē iude⁹ toletan⁹ noīe ſamuel
qui quādā diſputationē ſingularē habuit
ꝯtra quēdā ſarracenū noīe albucalem apud
ſanctā ꝯmorantē Iſti enī ꝯferentes de veri
tate vtriuſqꝫ legis cōmunicauerūt inter ſe li
bros ſuos. ſic ꝙ iudeus legit ſarraceno bi
bliā et tradidit ſibi trāſſumptū ſcōm ꝙ ve
raciter habetur apud iudeos et ſarracen⁹ le
git alchoranū iudeo et tradidit ſibi trāſſūp
tum ſcōm ꝙ veraciter habeſ apd̄ ſarracenos
Deinde ipis abſentibus adinuicē lr̄as diſ
putauerūt de veritate vtriuſqꝫ legis et inter
cetera p̄dict⁹ iude⁹ ꝯtra ſarracenū nitiſ ꝓba
re ꝙ xp̄s ihe⁹ eſt ver⁹ meſſias ſarracenoꝝ
et ꝙ ſarraceni falſe et ꝯtra veritatē viuūt ſic
dicens per alchorānū quē mihi legiſti cui⁹
tranſumptū in arabico ꝯceſſiſti quē appor
taui et apud me recōditū habeo tibi duo ꝓ
roborare intendo. Primo ꝙ xp̄s quē colūt
xp̄iani ē veſter verus meſſias et ſibi credere
debetis et ipm tanꝙ verū deū et hominem
adorare et recipere et cū hoc ꝓbauero leui
ter ſcōm infera ſȝ vos nunc flere et ꝯtra veri
tatē viuere nō mihi ꝓbationib⁹ ꝑ me nec
ꝑ meis intēdo adherere Quātuꝫ ad primū
ſcis ꝙ oīa q̄ dicā habeo in alchorano vero
qꝛ tu dixiſti mihi ꝙ multa erāt in alchorano
ꝯtra vos ideo erāt de medio ſublata Sȝ iſta
q̄ ſequnſ de iheſu quē colūt xp̄iani recitabo
fideliſ put habenſ in ſachara de familia
dicit enī machomet⁹ de iheſu hec. i. iheſus

eſt meſſias ꝙ ꝓpheta dixit eſſe futuruʒ beic
ideſt ibeſus eſt filius yſaac et ꝓphetarū iu
ſtoꝝ et ſāctoꝝ in recta lignea vſqꝫ ad mariā
virginē Beic.i.ibeſ⁹ meſſias babuit pote-
ſtatem a deo faciendi mirabilia ſanādi om
nem langorem et infirmitatē eiciendi demo
nes ſuſcitādi mortuos et creditis expſſe oia
miracula que euāgeliū xpianoꝝ cōmemo-
rat. beic ideſt ibeſum feciſſe vt alchoran⁹ ex
preſſe teſtatur in ʒachara p̄dicta etiam ibidē
dicit̄ ꝙ beic ideſt ibeſ⁹ ſciuit et ſcit etiaʒ oia
ſecreta cordiū Unde verba machometi ſunt
iſta in forma. beic ideſt ibeſus ſciuit omnes
libros et omnē ſapienciā moyſi et p̄dicatio
nem et ſciebat quid homines comedebant
in domibus ſuis et quid reponebāt in the
ſauris ſuis et hoc mō cōtempſit diuicias et
abiecit carnales concupiſcencias nec habuit
delectationes que ſunt occaſio peccandi et
cauſa inobediendi. et introducitur in alcho
rano illud euangeliī vulpes foueas habēt
etiaʒ eodem ʒachara ꝙ ibeſus fuit cōcept⁹
de ſpūſancto abſqꝫ virili ſemine et nat⁹ de
maria virgine et de maria dicit machomet⁹
ꝙ angelus gabriel dixit O maria deus ele-
git te et decorauit te gratia. et ornauit et pre-
elegit ſuꝑ omnes mulieres omniū filiorum
matres. et poſuit te quaſi vnuʒ mediū inter
homines et angelos dei in paradiſo delici-
arū dicitur etiā ʒachara. xxvij. ꝙ beic ideſt
ibeſus verbū dei ita ꝙ intellect⁹ nō vocatur
hoc noie niſi ꝙ vocabit̄ arabice beic ideſt
ibeſus ego ſum ſufficiencia tua et ego eleua
bo ad me et purificabo te ab infidelib⁹. Et
in ʒachara. de familia dicit̄ ꝙ null⁹ eſt quē
nō tetigerit ſathan p̄ter beic ideſt ibeſum et
mariam. Scis enī ꝙ hec omnia ſupradicta
cōtinent̄ in ʒacharis p̄dicta vero alchorani
et omnia fideliter et veraciter ſine diminuti
one nec additione recitaui Nūc ex iſtis colli
go ſic ibeſus eſt de ſpūſancto ꝯceptus ſine
virili ſemine de ſanctis ꝓphetis nat⁹ de vir-
gine ꝯcept⁹ et natus ſanct⁹ ignoſcēs omneʒ
hñs ſcienciā ſcrutās corda hominū hñs po
teſtatē curādi ſanādi reſſuſcitādi mortuos
et meſſias ꝓmiſſ⁹ in lege a ꝓphetis ergo in-
xp̄m ſcrutās corda hominū eſt de⁹ et ꝯſequē
ter adorād⁹ et colēd⁹ in xp̄m ſctūs et de ſan
ctis nat⁹ et meſſias et credend⁹ et recipiēd⁹
antecedēcia oia habetis in alchorano vero
et ꝯceditis et vere et recte ergo ex eiſdē ꝯſe-

quētiam recipere debetis et nō ſolū recipere
ſꝫ fideliter oꝑari oppoſitū facientes ſub pal
liato colore falſe et mēdoſe viuitis dixi ſub
palliato colore qꝛ vos dicitis ꝙ verū eſt ꝙ
ibeſ⁹ fuit meſſias ꝓmiſſ⁹ ſ; machomet⁹ fuit
ab ipo deo et de bñplacito ibeſu miſſus ad
declarandū doctrinā datā ab ipſo ibeſu ꝙ
per falſos ſcriptores xpianis falſificata ē et ma-
chomet⁹ fuit plenus ſpū dei viui et miſſus
ad corrigenda corrupta ad declarandū veri
tatē vt ipſe ibeſus dixit diſcipulis Ego mit
tam vobis de pr̄e ſpm̄ veritatis et docebit
vos omnē veritatē et ſuggeret vobis omia
quecūqꝫ dixero vobis Uolo aūt oſtendere
per alchoranū et ꝑ ꝯceptionē ipſius macho
meti et per natiuitatem et genealogiā et per
ei⁹ nutritionē ꝙ talis nō potuit nec debuit
ad hoc eligi. Nā manifeſtum eſt ꝙ vos cō-
ceditis ꝙ machomet⁹ eſt de genere hiſmael
filij Abrahe et agar ācille. et in hoc dicitis
ꝙ ibeſ⁹ eſt yſaac et ʒara que erat vxor legi-
tima ipſi⁹ abrahe et ideo de legittimis Ma
chometus vero de ꝯcubina quia de agar ea
dem ʒachara dicitis ꝙ machomet⁹ fuit con
ceptus de peccatoribus et nat⁹ eo ꝙ parētes
ſui erant ydolatre et gentiles de genere ſarra
cenoꝝ qui erant ꝑuerſiſſimi peccatores vt aſ
ſeritis Conceditis etiam ꝙ cū eſſet iiij. an
norum nutriuit eum in villa que dicitur bla
tris quidā peruerſus iudeus geneaticus q̄
nutriuit eū et docuit eum teſtamentū vetus
ſeu legem moſaicā et inſtruxit eū arte ſeu ſci
encia geneatica Poſtea fuit tradit⁹ iheruſa
lem a quodā patruo ſuo q̄ dicebat̄ ſicut tu
abucal⁹ cuidā falſo xpiano q̄ erat monach⁹
ſancti bñdicti ordinis q̄ monach⁹ inſtruxit
ipſum falſe in naturali ſciētia et in lege xpia
noꝝ et docuit ipſuʒ ꝑuertere oēs text⁹ vtriuſ
qꝫ legis et ſic effect⁹ geneaticus et in duob⁹
teſtamentis peruerſe ac falſe nutritus et in-
ſtructus receſſit in egyptum quia fames va-
lida oppreſſerat totam arabiam et iunctus
eſt cuidam regine vidue nomine Cadiga
que poſtea extitit cauſa regni ſui apud da-
maſcum. Ecce aſpicias qualiter et a quib⁹
conceptus et quomodo natus et nutritus a
quibus inſtruct⁹ et quam doctrinam ſecut⁹
et nunq̄ a deo purgat⁹ nec illuſtrat⁹ q̄a de
eius electione a deo nec de plenitudine ſpi-
ritus dei in eo vos nō habetis aliq̄ ſcriptu
rā ſicut tu aſſeris in q̄dā clauſa ꝙ tu vocaſti

clemab niſi q̄ dicitis q̄ ipſe de ſcipſo dixit
q̄ omnia q̄ mādabat p̄dicabat et docebat
archāgel⁹ gabriel p̄dicabat et reuelabat ſibi
de celo. quant⁹ ergo ſit iſte ſcʒ machometus
et qualis ſit rogo velis aſpicere et clare vide
bis ſana ɔſciencia q̄ talis ad tāta minime
eligi valuit hec iude⁹ ille. Sed adduntᷣ ad
hec rationes alie cōuincentes. Prima quia
ſpūſſanct⁹ nō poſſit eē viliſſime vite et vilſ
ſime ſecte dator qualis eſt machomet⁹ et ei⁹
lex vt ſup̄ viſum fuit in ſcōa et tercia cōſide/
tionib⁹ Secūda q2 paclitus ſpūſſanct⁹ do/
cuit ap̄los iohānis xiiij. et xvi. docebit vos
omnē veritatē Machometus aūt non vidit
appoſtolos vt ɔſtat q2 fuit p⁹ eos vltra ſex
centos annos vt patuit ſupra ɔſideratiōe pri
ma articulo iij. ſcʒ de origine machōeti quo
ad tēp⁹. Tercia ratio ē q2 paclit⁹ ſpūſſctūs
nunq̄ fuit nūci⁹ miſſus diabolis ſʒ macho
metus fuit nunci⁹ miſſus hominib⁹ et dia
bolis ipſo teſte in alcorano azachara. xvi.
nō ergo fuit ſpūs veritatis miſſ⁹ a iheſu Et
ſic pʒ q̄ iheſus xp̄s bn̄dictus nō ſolū eſt ve
rus meſſias xp̄ianoꝝ et iudeoꝝ ſicut in pri/
mo libro oſtenſuʒ ē ſed etiā eſt ver⁹ meſſias
ſarracenoꝝ vt nūc ex alchorano deductū eſt
ɔcept⁹ de ſpūſancto. et de maria virgine na
tus. Sunt tn̄ diſcordes a xp̄ianis in hoc q̄
exponitur in maiori ſimbolo ſcʒ qui p̄pter
nos homines et p̄pter noſtrā ſalutē deſcen
dit de celis et incarnatus ē etc̄ vſq̄ et homo
fact⁹ eſt. quia cū ipſi negent xp̄m eſſe filium
eternaliter generatū vt ſupra patuit negant
ɔſequēter incarnationē filij dei Dicūt enī q̄
nō fuit aliqua neceſſitas q̄ p̄pter hominē
deus incarnaretᷣ. ſed q̄ ipſe homo q̄ pecca/
uit ageret penitenciā et ſatiſfaceret pro pctō.
Oportet ergo iſtis beſtijs oſtendere neceſſi
tatē incarnationis. et q̄ nec angel⁹ nec om̄s
angeli boni et mali. nec prim⁹ hō nec om̄es
homines puri ſimul iūcti penitenciā agen/
tes potuerūt ſatiſfacere p̄ peccato primi ho
minis ſicut et dicit dn̄s ceſanēſis in ſuo tra
ctatu ɔtra ſarracenos Vn̄ captiu⁹ intellect⁹
ſarracenoꝝ obūbrat⁹ caligine peccatoꝝ nō
pōt intelligere iuſticiā incarnatiōis filij dei
Hec eſt enī p̄pria excellēcia legis. euāgelice
ſup legē moyſi ſcʒ manifeſtare iuſticiaʒ dei
que facta nō fuit tempe legis moyſi. ſʒ fuit
facta et impleta tempore euāgelij Et cū res
poſt q̄ facte ſunt oībus repreſentantᷣ manife

ſtius q̄ antequā impleantᷣ p̄prie p̄priū eſt
legis gratie manifeſtare iuſticiā dei quā ve
nit implere in ſeipſo. ſuus p̄pri⁹ filius iheſ⁹
xp̄s Sic enī declarauit ipſe iohāni baptiſte
qn̄ venit ad ſuū baptiſmū quia cū iohānes
diceret ſibi. Ego a te debeo baptizari et tu
venis ad me Reſpondit ei dicens. ſine mō
ſic decet nos iplere omnē iuſticiā ma iij. Sʒ
q̄s pōt exp̄mere q̄lis ē iſta iuſticia. Quis pt
ponere linguā in tā altum miſteriū preſertiʒ
cum cognoſcā inſufficienciam mei intellect⁹
ad explicandū. ſed ɔfidens de diuina pieta
te que illuminat accedentes ad ſe et q̄ quā
do cum humilitate accedit hō ad cor altum
manifeſtatᷣ ei de⁹ plus exaltat⁹. breuiter et
clarius quam potero exponetᷣ diuina iuſti/
cia que per legem euāgelicā declaratur non
incipiendo in gradu alciori qui eſt redemp/
tio ſanctoꝝ angeloꝝ ſed hominū qui erant
in dura ſeruitute p̄pter peccatū primi homi
nis ex quo voluit plus obedire diabolo q̄
deo comedēdo de arbore nō ɔceſſa. et quia
non ſeruauit paradiſum terreſtrē in quo po
ſitus fuit vt operaretᷣ et cuſtodiret illud. ſicut fit
de illo q̄ dato ſibi caſtro p̄ quo fecit ho
magiū inimico ſuo cōmittit p̄ditioneʒ ſuo
principi q̄ ipſe et ſui filij traduntᷣ exilio extra
regnū poſiti extra grām domini ſui ſic fuit
iuſticia. q̄ primus hō et oēs ab eo deſcen/
dētes eſſent filij p̄ naturā volo dicere q̄ na/
ſcerentᷣ in peccato p̄ naturā ſicut eoꝝ pr̄ vo/
luntatē deliberata voluit eē ipſi, fuiſſent filij
ire. ſʒ ſi poſt q̄ creuiſſent et fuiſſent intelligē
tes q̄ in eoruʒ arbitrio fuiſſet velle ſicut nati
fuerāt manere et p̄manere filij ire vel eē filij
gracie. tales nouiter facti volēdo audire do
ctrinā dei et ſeruādo mādata ei⁹ et ſi obediſ
ſent diabolo ſicut eorū pater fecit plus q̄ de
o adimplēdo ſua carnis deſideria et nō ſpi
rit⁹ q̄ ſemp permanerent filij ire ſicut nati
fuerant non digni habere regnuʒ dei ex quo
ſunt filij p̄ditionis. et vltra q2 deliberate vo/
luerūt plus ſocietatem diaboli q̄ dei q̄to
tempore vixerunt in hoc mūdo. q̄ ſimiliter
habeant ſocietatem in alio dampnati cum
eo ad penas infernales. In hoc tamen fit
filij ade maior miſericordia q̄ filijs militiſ
proditoris. qui licet non committant pro/
ditionem ſicut pater fecit ymmo diſplicet
eis quia ſunt toto tēpore vite ſue extra reg/
num exilio relegati. tali pena exiſtenti iuſta

quia eſt in ſola priuatōne ſui amoris et gr̄e nolendo ꝙ habitent in ſuo regno filij ſui ꝓditoris Hec eſt pena filioꝝ ade ꝙ ſicut ipſe fuit excluſus a paradiſo ita deſcendētes ab eo ſolūmodo qꝛ ſunt filij ſui ex eo eſſent indigni regno dei. Et qꝛ hec pena eſt tam grādis cū ſit tam ꝑiudiciale exiliū hominū a paradiſo. et ſimiliter qꝛ eſt tam vniuerſalis extendendo ſe ad oēs homines qui fuiſſēt in hoc mūdo geniti ſicut adā ſuos ꝓprios filios generauit oſtendit magnitudinē peccati. ꝓpter quod tam grandis pena fuit impoſita Ne omnes hoīes perirent neceſſaria fuit reconſiliatio per ꝗ homines fuiſſent in gratia dei qui per naturā naſcebātur in ira ſua. et cum reconſiliatio requirat cōdignā ſatiſfactionē et ſatiſfactio ꝯdigna eſt ꝙ reparet dampnū reſtituendo ablatū. et vltra hoc ratione offenſe ꝙ det aliquid de ſuo qḋ prius ante offenſam nō debebat. ſicut in lege ꝑcepit deus reſtituere quinqꝫ boues pro vno et iiij oues ꝓ vna exodi xxv. ꝓpter qḋ in regno tenent pro iſta lege ſeptennaꝝ quilibet per ſeipm̄ pōt intelligere ex quo qualitas ſatiſfactionis dꝫ eſſe ſcḋm ꝯditionē peccati. grande peccatū grādē reqrit ſatiſfactionem Cū ergo peccatū primi hominis fuit tam magnū comꝑhendēs oēs ab eo deſcēdētes ꝙ ipē nō poterat ſatiſfacere pro ſeipo qꝛ ad ſatiſfaciendū nō habebat quid daret de ſuo quod prius nō deberet deo qn̄ quia ab ipſo receperat deo debebat totū qḋ ſuū erat Unde ſi pro ſeipſo nō poterat ſatiſfacere multominꝰ pro toto genere hūano facto ſeruo diaboli ratione ſui peccati. ergo vt recōſiliacio fieret requirebat ſatiſfactio debita reſtituendo ꝗtū fuit qḋ accepit vel ꝗtū fecit de dampno et vltra hoc aliquā rē ſuā nō debitā priꝰ deo ꝓpter offenſā ꝗ fecit h̄ nō potuit facere adā nec aliquis ſuoꝝ filiorū: ex quo debebāt deo quicqḋ habebant. Et quilibet vt ſaluet vel nō ſeu cū maxima difficultate eſt ſufficiens ſua ꝓpria iuſticia manifeſtāte ſacra ſcriptura ꝙ ſi fuerint in ciuitate tres viri iuſti Noe. daniel. et iob Iſti ſua iuſticia liberabūt aīas ſuas ſed nō potuerūt liberare animas filioꝝ et filiaꝝ ſuaꝝ Cum ergo ſatiſfactio requirat ꝙ in illo qui habet ſatiſfacere ſint duo ſcꝫ ꝙ ſit ille qui dꝫ ſatiſfacere et ſit ille qui pōt ſatiſfacere. quaꝝ vna ſine altera nō ſufficit oportet intelligere ꝙ ille q̇ habebat ſatiſfacere ꝓ peccato ade cū adam fuerit hō ꝙ fuiſſet non angelus q̇ nō debebat ſatiſfactionē ſed ꝙ fuiſſet hō ex quo homo fuerat qui peccauerat. Item req̇rebat ſecundo ꝙ fuiſſet talis hō qui poſſet ſatiſfacere et cū purus homo ſatiſfacere nō poſſet ex quo deo debebat totū ꝙ in eo erat et ſatiſfactio requirit ratione offenſe ꝗ peccans faciat ꝙ det vltra et amplius ꝗ accepit vel fecit de dāpno peccando Unde hac eadē ratiōe quilibet angeloꝝ non poterat ſatiſfacere cū vnuſquiſqꝫ eoꝝ deberet deo quicqḋ habebat ex quo ab ipſo deo receperat quis eſſet ille qui nihil deberet deo vt ſic poſſꝫ ſatiſfacere. certū eſt ꝙ in omnibꝰ creaturis nō pōt inueniri vna ſola que deo nō debeat aliquā rem cū oēs ipſe debeant deo quicquid habent ex quo ab ipſo receperūt propter qḋ deus ſolꝰ eſt qui nihil dꝫ deo cum deus a ſe ipſo habeat ſuū eſſe et nō ab aliquo alio qꝛ interrogatis omnibꝰ intellectum ꝑticipantibus ſiue ſint hoīes ſiue angeli boni et mali ſi ipſi dederunt eſſe deo vel aliquā rem ꝓpt̄ quā anteꝗ deus daret eis eſſe quod habēt deus eis aliqḋ deberet. omnes reſpōderēt ipſe ſolus fecit nos et nō ipſi nos. Et ideo nos debemꝰ ei quicqḋ habemus ex quo ab eo recepimꝰ et ipē nobis nihil debet qꝛ nihil ei dedimꝰ. Hac ergo ratione clara exiſtente. ꝙ ſolus deꝰ eſt ille qui nihil dꝫ alteri nec ſibi ipſi cū ille qui debebat ſatiſfacere ꝓ pctō primi hominis et oīm alioꝝ requirebat qḋ nihil dꝫ deo et ſolus deus eſt iſte ergo neceſſariū fuit. et ſic omnibꝰ modis expediebat ꝙ ſatiſfactor ꝓ genere humano foret deꝰ et homo. hō. quia homo fuerat qui peccauerat et ſic homo ſatiſfacere debebat. deus qꝛ ipē ſolꝰ eſt quia nihil dꝫ deo. et ſic pro ſatiſfactōe hominis peccati. poterat dare de gracia dando de ſuo quod nulli debet. hoc intellecto debemꝰ cōſiderare. ex quo homīes non poterāt eſſe deo recōciliati niſi per ipſūmet deū qꝛ nō erat q̇ ſatiſfacere poſſꝫ niſi ipſe ſolꝰ. q̇ fuit illa iuſticia q̄ deū obligaret vt ipē deberet ſatiſfacere ꝓ pctō primi homīs. cuiꝰ demerito oēs ab eo deſcēdētes erāt ſerui diaboli oportꝫ ad cognitiōē huiꝰ videre et attēdere principiū et ꝯditiōē pcti qḋ fecit primꝰ hō Ecce ꝙ ī hoc facto ꝯcurrūt tres ſcꝫ deꝰ q̇ dedit ꝑceptū primo hoī ꝙ ſuaret paradiſum et ꝙ nō comederet de arbore vetita.

Conſeruit hõ qui peccauit qꝛ fecit ꝯtrarium
ꝓcepti per deũ ei dati Cõſeruit Tercio dia⸗
bolus qui ſua aſtucia et deceptõe per medi
um mulieris temptauit hominẽ et fecit ꝙ
trangrederetur ꝓceptum de iſtis duobꝰ ſciƺ
homini et diabolo ſic eſt ꝙ in caſu explica⸗
to nulli eoꝝ facta fuerat aliqua offenſa im⸗
pleta volũtate cuiuſlibet eoꝝ faciendo qui⸗
libet quod volebat qꝛ homo cõplacuit ſue
vxori plus appetendo ꝑmanere in grã ſua
et amore ꝙ̃ deo obedire Diabolus ſimiliť
impleuit voluntatẽ ſuã habita victoria ꝑ eũ
deſiderata Verumtñ hoc eſt verũ ꝙ quilibꝫ
eoꝝ fecerat grandẽ offenſam deo ꝯtra cuius
voluntatẽ ambo fecerũt. Primus hõ quia
voluit plus obedire ſue vxori ꝙ̃ deo facien
do voluntatẽ diaboli et diabolus quia cuꝫ
deceptione ꝯtra volũtatem dei tulit ſeruum
eiꝰ et fecit ſeruũ ſuũ. et ſicut deo fuerat facta
offenſa per vtrumqꝫ ſi ambo voluiſſent re⸗
cõciliari oportebat pro ambobꝰ fieri ſatiſ⸗
factionẽ Sed cum diabolꝰ noluiſſet deo re
conciliari ymmo placebat ſibi ſemper inimi
cus dei ꝑmanere quia nolebat recognoſcere
peccatũ ſuũ: quod nõ erat in hoĩe cum deſi⸗
deraret liberari a dura ſeruitute quã ſencie⸗
bat ſtando in poteſtate diaboli Ergo cum
ſolus hõ peniteret de peccato per eum facto
vt fieret reconciliatꝰ deo ꝑt dici vno de duo
bus modis vel ꝙ primo fuiſſet facta debi⸗
ta ſatiſfactio deo qui offenſus erat. et ꝙ dia
bolus per iuſticiã ꝑderet dñium quod ſup
ipſum tenebat. Vel ꝙ deꝰ de poteſtate ſua
abſoluta ſine aliqua ſatiſfactione remitteret
ade offenſam ſibi factã et per vim ex quo eſt
potencior diabolo liberaret primũ hominẽ
a ſubiectione ſua qꝛ ab eo victꝰ fuerat iuſte
erat eiꝰ ſeruus nõ reputarent tamꝙ̃ dubiuꝫ
aliq̃ ꝙ deus poſſet per talem modũ libera⸗
re primũ hominẽ a ſubiectione diaboli et re
conciliare ſibi ſꝫ tñ qꝛ cuicũqꝫ principi mag⸗
ne poteſtatis plus reputať ad laudem ꝙ ſit
iuſtus ꝙ̃ ꝙ ſit potẽs poteſtate ſiue iuſticia
tyrannidi reputata cũ deuꝰ non ſolũ iuſtꝰ ſꝫ
etiã neceſſario eſt iuſtꝰ et tali forma iuſtꝰ ꝙ
nõ põt dici deꝰ niſi intelligať iuſtꝰ Oportꝫ
ergo intelligere ꝙ in reconciliatione hominis
interueniret iuſticia que primo poterat intel
ligi ſi deus ſicut magnꝰ dñs potens et iuſtꝰ
diabolo et homini ex quo quilibet eoꝝ offẽ
derat cũ dedit penã et tormentũ ſcꝫ deme
ritũ peccati per eos cõmiſſuꝫ diabolo in pe⸗
nam peccati quod cõmiſerat tollẽdo hoĩeꝫ
per vim et ꝯtra totã ſuam voluntatem a ſuo
dominio. et homini ſicut ꝓditori nolendo
eũ vmꝙ̃ videre ĩ ſuo palacio neqꝫ in regno
ſuo ſꝫ ꝙ remaneret exilio religatꝰ pro ſemꝑ
Sed cũ deus ſit nõ ſolum dñs potens ſꝫ iu⸗
dex iuſtꝰ et pater miſericors Ex quo homo
penitebat de peccato per euꝫ cõmiſſo et per
ſeipſuꝫ nõ poterat ſatiſfacere mĩa dei ꝑmic⸗
tebat dare ei ſuccurſum et iuuamen liberareť
a diaboli poteſtate Sic tamen ꝙ talis libe
ratio ita tẽperareť iuſticia ꝙ diabolꝰ tenẽs
hominẽ in ſua ſeruitute nõ poſſet reclama⸗
re ꝙ ei eſſet facta iniuſticia nec facere aliꝙ̃
querelã que fuiſſet iuſta cũ hec fuerat veri⸗
tas ꝙ ipſemet deus attendens videns et ꝑ
mittens diabolus et homo ſicut illi qui in⸗
trant in campũ certauerãt vnus ꝯtra alterũ
et conditio certancĩũ eſt ſi iam vnus alterũ
non occidit ꝙ victus ſit ſeruus victoris. et
cum arma primi hominis vt defenderet ſe
eſſent forciora ad defendendum ſe ꝙ̃ arma
diaboli in cõmittendo ſiue temptando. for
titudo etiã hominis et virtus incõparabili
ter erat maior quãto diabolꝰ cũ oĩbus ſuis
armibus et virĩbꝰ etiã ſi fuerãt mille vicibus
plus nõ poterat hominẽ vincere niſi ipſe vo
lũtarie voluiſſꝫ vici Ex quo ergo ſuꝰ inimi
cus erat minꝰ fortis ꝙ̃ ipſe et ipſe voluit ab
eo vinci dictabat iuſticia ꝙ fuiſſꝫ eiꝰ ſeruus
factus. ergo ſeruo diaboli et ꝯſequenter oĩ̃s
ab eo deſcendentes ad habendũ liberatio⸗
nem de tam mala ſeruitute ex quo per iuſti
ciam homo erat ſeruus diaboli. oportebat
ꝙ nõ per vim ſed per iuſticiam fuiſſet libe⸗
ratꝰ de poteſtate Et ſic vt liberaret a diabo
lo requirebať vt interueniret iuſticia nõ mi⸗
nus requirebať vt eſſet recõciliatꝰ in gracia
dei exiſtẽte deo pr̃i piĩſſimo et iudic iuſto.
vñ vt cũ fieret recõciliatꝰ deo ꝯ quẽ fuerat cõ
miſſum pctm̃ reqrebať ꝙ fieret ꝑ hoĩeꝫ qui
tãti valoris vl plꝰ eſſꝫ ſicut primꝰ hõ et oẽs
ab eo deſcẽdẽtes q̃ daret tãtã et maiorẽ lau
dẽ et honorẽ et gloriã quãta fuerit offẽſa cõ
tra eũ ꝯmiſſa Tali ergͦ ſatiſfactõe reqſita vt
genꝰ humanũ recõciliareť deo vt dictũ ẽ ꝙ
fuerat facta offẽſa deo ꝑ vtrũqꝫ ſcꝫ diabolũ
et hoĩeꝫ nõ oportꝫ dicere ꝙ diabolꝰ vellet
facere hãc ſatiſfactiõeꝫ ex quo nolebat ho⸗
minẽ liberari ab eiꝰ ꝑtãte et recõciliari deo:

quia tal em ſatiſfactionem facere erat ꝑdere dñiū ſuper omnes homines per eū nimiū deſideratū et ideo diſplicens erat corde ſi eſſent reconciliati cum ipſo facto perderet dominū ſuū quod ſuper ipſos tenebat. Itē hāc ſatiſfactiōē ipſe nō poterat facere cū ad ſatiſfaciendū fuiſſet neceſſariū rogare deū ꝙ vellet parcere offenſā ei factā ad quod requirebat ꝙ talis interceſſor eſſet deo gratꝰ qꝛ ſi inimicus vel is qui diſplicet roget pro iniuriāte plus ꝓuocat ad irā eū ꝙ rogat. et hoc eſt manifeſtū ꝙ dyabolꝰ voluntarie erat inimicus dei ꝓcurans ſemꝑ ꝙ ei fiant offenſe q̄tum plus pōt Sic ergo patet ꝙ ꝑ diabolū qui peccauerat ex quo ipſe nō req̄rebat ymmo ſibi diſplicebat et abhorrebat hominis recōſiliationē et non minꝰ ſuā nō poterat fieri ſatiſfactio homis Et alia etiā ꝑte ſi omnes angeli non poterāt facere talē ſatiſfactionē quia nihil habebant de ſuo ꝙ darēt deo quō diabolus poterat qui vltra hoc abhorrebat ꝙ aliquo tempore talis ſatiſfactio fieret. Videamus ergo de hoīe qui fuit ſecundꝰ in pctō cōmiſſo huic nō deficiebat ſicut diabolo volūtas vt eſſet recōſiliatus qꝛ ſentiebat ſeruitutē eiꝰ duriſſimā deficiebat tn̄ ei poteſtas ſicut ſupra oſtēſū eſt Ipſe ergo et oēs hoīes ab eo deſcendētes angeli etiā nō potētes implere requiſitā ſatiſfactionē qd̓ ergo reſtabat ex quo nō erat alius qui poſſet ſatiſfacere niſi ſolꝰ deꝰ niſi ꝙ primus hō et oēs aliȷ̄ ex toto remanerēt ꝑditi ſi iam deꝰ nollet ſatiſfacere pro eis ex quo ipſe ſolus poterat et nullꝰ alius Item cōueniens fuit deū incarnari vt tāta humilitas in redēptore quāta fuit ſuꝑbia in ꝓuaricatore. Sꝫ ſuꝑbia tāta fuit ꝙ hō voluit eē deꝰ ergo tanta debuit eſſe humilitas vt deꝰ fieret homo Item hoc debuit facere deꝰ vt vitaret incōueniēs quod ſequebatᷣ qꝛ ſi deꝰ non eſſet incarnatꝰ vt ſatiſfaceret ꝓ hominis pctō hoc ē vel qꝛ nō potuit vel qꝛ neſciuit vel qꝛ noluit Si nō potuit impotēs fuit Si potuit ſꝫ neſciuit ignorās fuit. Si potuit et ſciuit ſꝫ noluit ḡ ex inuidꝰ fuit q̄ oīa ſunt magis incōueniētia in deo ſcꝫ impotētia ignorantia inuidia. Patꝫ ergo ex ꝓbabitis neceſſariā et valde fore cōuenientē incarnationem dei vt doceret ſe potiꝰ vincere ꝑ iuſticiā q̄ ꝑ potentiā et vt oſtenderetᷣ tanta hūilitas in redemptione quāta fuit in ſuꝑbia in ꝓuaricatiōe Et ne aliqd̓ incōueniēs attribuatᷣ deo cum in eo minimū incōueniēs ſit maximū impoſſibile:

## De quarto articulo fidei et de diſcordancia machometi in eodem

Q Uartus articulus eſt. Paſſꝰ ſub pōcio pylato crucifixꝰ mortuꝰ et ſepultꝰ Hunc appoſuit in cymbolo Jacobꝰ maior Et hic articulus eſt quartū fundamētum ciuitatis iheruſalē ſuperne figuratꝰ per quartū lapidē precioſū q̄ dicitur ſmaragdus cuiꝰ ꝓprietates precipue ſunt quatuor. Prima ꝙ inclinat ad caſtitatem Nā expertū eſt frangi in ꝑtes cū ipm̄ geſtans fornicatur Secūda eſt ꝙ morbū caducū curat Tercia eſt ꝙ tempeſtatē auertit. Quarta ē ꝙ in cauſis verba ꝑſuaſoria dat Sic et vera huiꝰ articuli fides carnales voluptates reprimit ſecundū auguſtinum in quodam ſermone de xl. ſic dicentem. Congruit deuotioni noſtre vt qui dn̄i crucifixionem celebraturi ſumus reprimendarꝫ carnalium voluptatū crucem etiam nobis faciemus Morbum caducum tollit quia xp̄s mortem noſtrā moriēdo deſtruxit vt dicit gregorius in prefatione paſcali. Tempeſtates nō ſolū carnis ſed etiam mūdi et diaboli auertit quia nihil a deo ꝙ nō equanimiter tolleretᷣ ſi xp̄i paſſio ad memoriam reducatᷣ Gregorius in omelia. x. Bernardꝰ ſuꝑ cātica in ſermōe. xxij. paſſio tua dn̄e iheſu vltimū refugium ſingulare remediū deficiente ſapientia iuſticia nō ſufficiente ſuccūbentibꝰ meritis illa ſuccurrit cū tn̄ defecerit virꝰ mea nō ꝯturbabor nō diffido ſcio qd̓ faciā Calicē ſalutaris accipiā dat etiā in cauſis fidei ꝯtra tirānos ꝯtra hereticos et ꝯtra quoſcūqꝫ alios perſecutores verba ꝑſuaſoria veritate atteſtāte. Ego dabo vobis os et ſapiētiā cui nō poterūt reſiſtere oēs aduerſariȷ̄ vrī fides enim paſſionis xp̄i dedit Stephano ꝙ oēs eius aduerſariȷ̄ q̄uīcūqꝫ ꝓhibiti nō poſſunt reſiſtere ſapientie et ſpūi qui loquebatᷣ ſcꝫ in ore eiꝰ vt pꝫ in actibꝰ Itē de ſmaragdo dicit yſidorꝰ ꝙ a nimia viritate dicitᷣ amarꝰ qꝛ oēs ſatis viride amarꝫ dicitᷣ oēs herbas et frōdes viriditate ſuꝑat aerē etiā vicinū ex repercuſſione vireſcere facit nulla gēma gratior oculis cuius corpꝰ exterſū ſic ſpeculū ymagines reddit:

Angriſes qui corp⁹ pedes et caput habẽt leonum currentes ſuper terram vt leones et alas habent aquile quibus volant in aere auferunt hominibus ſed adimaſcus populus .ſ. vnuz habens oculum pugnans cõtra eos eis aufert hec moraliter eſt. Quarta virtus que dicitur caſtitas vel virginitas q̃ virorum carnis integre ſeruat et in amaritudine penitencie motus malos caſtigat hec eſt gratior angelis et oculis xp̄i quia virgines et caſti ſequuntur agnum quocunq; ierit. Apoc. xiiij. et in ſe portat imaginem angelorum et xp̄i Angriſes .i. demones multuz nituntur auferre ſed mens et intentio indiuiſa a deo reſiſtit et contradicit et eam cuſtodit illeſam. qui enĩ tales ſunt indiuiſi ſunt ſicut dicitur .i. cor. vij. Non eni habẽt duos oculos vnum in terrenis et alium ad deum ſed vnum tantũ et illum figunt in deum dicentes illud p̄s. Sicut oculi ancille in manibus domine ſue ita oculi noſtri ad dñz deũ noſtrum etc̃. Huic articulo nihil addit ſymbolum maius Concordat cum predicto articulo machometus in hoc ꝙ cõcedit ihũ ſum xp̄m ſub poncio pylato fuiſſe condemnatum morti. Diſcordat autem a predicto articulo paſſionis et mortis xp̄i i alchorano azoara. v. et in plurib⁹ alijs locis vbi in ſentencia dicit ꝙ quidam iudei voluerunt xp̄z occidere et ipſe callide ſe ſubtrahens euaſit neſcio quem loco ſui crucifixerunt putãtes eſſe xp̄m Creator aũt leuauit xp̄m ad ſe et eſt ſecum vſq; ad diẽ iudicij tunc .ſ. ſicut alij homines moriturus et reſurrectur⁹. Sed in nullum inconueniens eſt ſarracenis concedere mortem xp̄i cum ipſi teneant ꝙ non ẽ filius dei viui ſicut nec nobis xp̄ianis q̇ ipſum confitemur verum filiuz dei ꝙ ſit mortuus ſecundum humanitatem quia diuinitas mortalis non eſt nec vnq̃ moritur.

De quinto articulo et de proprietatibus ſacerdonicis.

Quintus articulus eſt Deſcendit ad inferos tercia die reſurrexit a mortuis Hunc appoſuit in ſymbolo beat⁹ thomas. Et hic articulus eſt quintũ fundamentum ciuitatis iheruſalẽ ſuperne figuratus per quintum lapidẽ precioſuz qui Sardonicus dicitur cuius ꝯpoſitio ex duobus lapidibus ẽ ſcꝫ ex ſardio et onice et ẽ rube⁹ ex ſardio et albus et niger ad colorẽ vnguis ex onice. Inter ceteras hui⁹ virtutes mirabilis eſt vna potiſſima ꝙ accendit animuz ad gaudiũ quod trahit ex ſardio. Sic et fides huius articuli accendit animos ſanctorum patrũ in limbo cum illuc xp̄s deſcẽdit liberans vinctos de lacu in quo nõ erat aq̃ et hoc in ſãguine teſtamẽti vt p; zacharie ix. Uere magnũ gaudiũ illoꝝ fuit cũ beatificati fuerũt in viſiõe diuinitatis et brã captiuitate ducti a miſerabili captiuitate infernali: accẽdit ẽt aĩos diſcipuloꝝ et ſctãꝝ mulierũ xp̄s reſurgens quia gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino Ioh. xx. Omnes etiam fideles in fide hui⁹ articuli iocundantur contemplãtes poteſtatem inferoꝝ non potuiſſe reſiſtere ſaluatori deſcendenti nec poteſtatem nature eidem reſurgente gaudentq; ſperãtes reſurgere quia xp̄s reſurrexit. Item p̄dictus lapis in colore eſt ſubtus niger medio candidus ſuperius rubeus. Et hic ſolus lapis precioſus in ſignãdo nihil cere auellit. per quod moraliter quinta virtus que eſt ſanctoꝝ paciẽcia figuratur per quam ab inferioribus id eſt a mũdanis hominibus in deſpectu ſunt nigri ſꝫ in medio .ſ. in corde ſuo candore conſciencie ſunt lucidi et ardore martyrij quo citius ad ſuperiora perueniant ſunt rubei. Hec etiã virtus nihil auellit q; ſuis perſecutoribus plene et ex toto corde remittit faciẽs quod dicit dñs Luce. vi. dimittite et dimittet̃ vobis et eccl. xxviij. relinque proximo nocenti te. et tunc deprecante tibi peccata ſoluentur. et hec virt⁹ bene quinta dicitur quia moleſte circa quos eſt virtus paciencie corpus exprimit quod quinq; ſenſibus agitur. huic etiam articulo nihil addit ſymbolũ maius ad eius explicationem veruntamen cũ dicit deſcendit ad inferos intelligẽdũ eſt ſecũdũ animã diuinitati coniũctã corpore in ſepulcro manẽte etiam diuinitati ꝯiuncto quia quod ſemel aſſumpſit nunq̃ dimiſit ſecus eſt de toto reſultante ex corpore et ex anima q; ꝑpter eoꝝ ſeparationem xp̄s in triduo non fuit homo ſecundũ doctorum concordiaz in tercio ſententiaꝝ et quia nullus error circa hoc fuerat exortus. Ideo in cymbolo cum dicit̃ deſcẽdit ad inferos non fuit explicatũ ſcd̃m aĩaz Sed oritur hic difficultas quia nõ videtur hic eſſe articulus fidei cũ iohãnes baptiſta

de hoc dubitauerit dubitare. aũt de articul'
fidei in fidelitas eſt. Cuȝ ergo conſtat ipſuȝ
fuiſſe fidelẽ et ſanctum et de hoc dubitauerit
videtur ꝙ nõ ſit articulus fidei ꝙ autem du
bitauerit patet ꝑ gloſã ſuper illud . Mathei
xi tu es qui ventur⁹ es dicit ibi gloſa cũ ab
herode ſim occidẽdus et ad inferna deſcẽſu-
rus debeo te nũciare inferius ſicut te nũcia-
ui ſuperis an cõueniat filiũ mori an alium
ad hoc ſacramentũ miſſur⁹ es Ad hoc rñdet
Alexander ibi ſupra ꝙ eſt dubitatõ infideli
tatis qua nõ dubitauit iohãnes et ẽ dubita
tio pietatis et ſic dubitauit iohãnes querẽs
ex amore et pietate tu es qui ventur⁹ es licet
nõ dubitaret ſicut mater vidẽs filiũ mortuũ
dicit es ne mortu⁹ fili mi. et hoc ẽ quod dicit
gloſa nõ fide ſed pietate dubitauit Criſoſto
mus ꝙ nõ pro ſe ſȝ ꝓ diſcipul' queſiuit huic
articulo non concordat machomet⁹ quia cũ
nõ cõcedat xp̃m mortuũ fuiſſe ſed aliũ ſibi
ſimilẽ vt dictũ eſt in articulo precedẽti Jdeo
negat eũ deſcẽdiſſe ad inferos et reſurrexiſſe
tercia die.

De vi articulo et de ꝓprietatibus ſardij.

Sext⁹ articulus eſt Aſcẽdit ad ce
lum ſedet ad dexteram dei pr̃is
omnipotentis hũc appoſuit in ſimbolo bea
tus iacob⁹ minor hic artilus fidei eſt ſextũ
fũdamentum ciuitatis iheruſalẽ ſuperne fi
guratus per ſextũ lapidẽ precioſuȝ qui dicit'
Sardi⁹ cuius virtus mirabilis eſt ꝙ gau-
dium accẽdit et pellit timorẽ ac etiam inge-
niũ acuit talis eſt fides hui⁹ articuli qꝛ xp̃i
diſcipuli ex hac fide amore accẽſi timore ex
cuſſo et ingenio illuminato hãc veritatẽ vbi
libet predicauerũt Et ideo ꝑ hunc ſextũ lapi
dem optime figuratur ſexta virtus ſanctorũ
que eſt cõſtancia martirij. Hic eñ lapis ſcd̃ȝ
yſidorum eſt inter gẽmas viliſſima et rubrũ
ſpiſſumq; habet cololorẽ et ideo bene mar-
tyrum cõſtancia per hunc ſignatur quia ipſi
quaſi viliſſimi a mũdo reputatur. Jpſiq; a
deo tan ꝙ infirmi mundi electi queq; fortia
cõfundanda facti rubri fluuio ſanguine lau
reis dicantur bene fulgidis. Et ne mirũ qꝛ
lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni Apo.
vij. Et bene ſexta virtus hec ponit' quia pri
mus homo ſexta die formatus eadẽ die pec
cauit et eadem die de paradiſo eiectus eſt.
et xp̃s ſexta etate venit et ſexta die martyriũ
ſua paſſione cõſecrauit. Huic articulo nihil
addit ſimbolum maius Sed occurrunt hic
tres difficultates quaȝ prima eſt ſcd̃m quã
naturã aſcendit xp̃s in celũ Rñdet' ꝙ ſi li ſm
deſignet conditionem aſcendentis ſic aſcen
dit ſcd̃m ꝙ homo ſiue ſecundũ naturaȝ hu
manã que loco cõtinetur et motui ſubicit ꝑt
nõ aũt aſcendit ſm naturã diuinã que eſt al
tior vniuerſis et ẽ immobilis et illocabilis
Si aũt deſignet cauſam aſcenſionis aſcẽdit
non ſecundũ ꝙ homo ſed ſcd̃ȝ ꝙ deus qui
aſcendit ex virtute diuinitatis ſed non huã
nitatis. Unde Augu. in ſermone de aſcenſi
one de noſtro fuit ꝙ fili⁹ dei in cruce pepẽdit
de ſuo ꝙ aſcendit. Aſcẽdit aũt xp̃s ad ſum
mã partem celi ſupremi qꝛ cum ſit nobiliſſi-
mum locatũ debet eſſe in nobiliſſimo loco
qui eſt ſuperior locus celi ſummi et ſic intel-
ligi debet iſtud p̃s. Aſcendit ſuper celũ celi
et illud ad ephes. iiij. Aſcendit ſuper omnes
celos non tñ aũt aſcendit corpus xp̃i ſuper
omnem creaturã corporalẽ ſed etiam ſuper
omnẽ ſpiritualẽ quia ꝓpter dignitatẽ vnio
nis eas oẽs excellit ad ephe. i. Conſtituit il
lum ſuper omnẽ principatũ et poteſtateȝ et
ſuper omne nomen quod nominat' iu hoc
ſeculo ſiue in futuro põt etiã exponi ꝙ xp̃s
aſcendit in celum ſecundũ glo. ad ephe. iiij.
qui deſcendit ipſe eſt qui aſcẽdit in gloriam
ad equalitatẽ patris ſecunduȝ diuinitatem
nõ in re ſed in noticia. tunc eñ innotuit ho
minibus cuȝ equalẽ eſſe patri Et ſi queras
vtrũ xp̃s ſecundũ ꝙ hõ in loco ſupradicto
reſideat ita ꝙ nunꝙ alibi ad modicũ tẽp⁹
ſe transferat. Dico ꝙ nõ eſt aſſerendũ ſcd̃m
Richardum cum poſt eius aſcenſum narre
tur aliquomodo apparuiſſe aliquib⁹ in hac
vita nec apparet aliqua ratio vrgens ꝙ nũ-
ꝙ ad aliã partem celi ſe transferat. pie etiaȝ
credi poteſt ꝙ xp̃s in celo nullum habeat re
tro ſe ſed omnes electi reſpiciunt in faciẽ ei⁹
Secũda difficultas eſt quid ꝑ dexterã intelli
gitur. Dicendũ ꝙ per dexterã intelligit' glo
ria vel honor deitatis ſecundũ Damaſcenũ
in. iij. vel beatitudo patris ſcd̃m Auguſti-
nũ in libro de ſimbolo ſcd̃ȝ illõ p̃s delectati
ones eius in dexteris vl' iudiciaria poteſtas
ſcd̃m Auguſtinũ in quodã ſermone de ſim
bolo. Seſſio vero ſecundũ Auguſtinũ ibi-
dem deſignat vel habitationem ſiue quietẽ

vel regiam vel iudiciariam poteſtatem. Si igitur ſili ſcōm deſignat ꝯditionē nature ꝯ criſtus ſecundum ꝙ deus ſedet ad dexteram patris .i. in equalitate patris. Secunduꝫ aūt ꝙ homo ſedet ad dexterā patris .i. in potioribus bonis patris pre ceteris creaturis .i. in maiori beatitudine habens iudiciariam poteſtatem. Si vero deſignat vnitatem ſuppoſiti ſic etiam ſcōm ꝙ homo ſedet ad dexteram patris ſecundum equalitatem honoris .ſ. in quantum in eodem honore ꝯuenerātur filiū dei cū natura aſſūpta. Ex predictiſ patet ꝙ quocunqꝫ p̄dictoꝝ modorū ſumaꝛ ſedere ad dexteram ſignificat habere beatitudinem quandā demōſtratiua poteſtate ꝙ nulli alij nec angelo nec homini conuenit niſi ſoli criſto Unde ad hebreos primo Ad quem aliqn̄ dixit angelorum ſede a dextris a dextris meis .i. ſecundū gloriam in potioribus bonis. poteſt tamen dici ꝙ omis ſanctus qui ē in beatitudine eſt conſtitutus ad dexteram dei ſecundū illud Mathi. xxv. ſtatuit oues a dexteris. Tercia difficultas ē vtrum poſſet dici patrem ſedere ad dexteram filij. Reſpondetur ꝙ nō ꝗ ad denotat enim perſonali diſtinctione ordinem originis filius aūt et ſpūs originantur a patre et non eſt econuerſo. ſed et ſpūſſanctus poteſt proprie dici ſedere ad dexteram patris vel filij licet ſecundum quendā appropriationē attribuatur filio cui appropriatur equalitas. Unde auguſtinus dicit ꝙ in patre eſt vnitas in filio equalitas in ſpūſſancto vnitatiſ aqualitatiſqꝫ conectio. Predicto articulo cōcordat machometꝰ qꝛ ꝯcedit ꝙ iheſꝰ criſtus aſcēdit ad celos in corpore et anima vt patꝫ in alchorano azoara .iiij. non eſt rei veritas ꝙ mortuus fuit ſed deus eū aſſumpſit ſibi Sed diſcordat in hoc ſcilicet in ſeſſione ſcilꝫ ad dexteram patris cum aſſerat ipſum collocatum in primo celo et ibi ſedentem in altiori ſede ꝙ iohannes baptiſta. Hos etiam duos narrat ſe vidiſſe in p̄dicto celo primo cum ipſe aſcendit et viſitaret deuꝫ et quomō ſecum locutus eſt vt patet in libro qui dicaꝛ ſcala machometi diſtinctione .xij. de quo dictum eſt ſupra ꝯſideratione .iiij. cum de fundamento legis machometi inquirebatur.

### De vij. articulo et de natura criſoliti.

Septimus articulus eſt. Et inde venturus ē iudicare viuos et mortuos. Hunc appoſuit in ſimbolo beatus philippus. Et hic articulus fidei eſt ſeptimum fundamentū ciuitatis hieruſalem ſuperne figuratus per ſeptimū lapidem p̄cioſum ꝗ dicitur criſolitus. cuiꝰ virtutes inter ceteras mirabiles ſunt ꝙ confortat intellectū et per conſequens naturam humanā diſtinctam ab alijs animalibus per intellectū: vt. dicaꝛ primo metha. et pellit timores nocturnos quia fugit fantaſmata ſic. Et fides huiꝰ articuli confortat intellectū in cognitōne iuſticie diuine finaliter adimplende per xp̄m qꝛ pater omne iudiciū dedit filio iohannis .v. Pellit etiam timores nocturnos quia facit homines paratos ad iudiciū illius diei ſub eundem ne ꝑpter eius ꝯſiderationē pereāt cum fanſtaſmatibus infernalibus quod p̄uidens xp̄s dicit Math. xxiiij. Ideo et vos eſtote parati quia qua hora nō putatis filiꝰ hominis venturus eſt. Et quia p̄dictus lapis auro ſimilis eſt. cū marini coloris ſimilitudine vt dicit yſidorꝰ et ſicut hic dicit gloſa videtur ſcintillas emittere ita vt ſub aqua ad oculum ſolis ſtella aurea. videaꝛ dictus aciſis quod eſt aurū. Ideo optime per cuꝫ pōt intelligi ſeptima virtus ſanctoꝝ qua ſecuri peruenerunt ad iudiciū .ſ. innocencia baptiſmalis. mare ei ſignificat baptiſmū. apo: viij. In cōſpectu eius tanꝗ̄ mare vitreum vbi facti ſumus de cupro vel de plūbo aurū ꝓbatū quia de filijs ire filij gratie ad ephe. ij. ꝗ̄ multi ſanctoꝝ illeſā ſeruātes ſcintiles boni exempli alijs per exortationes bonas emittunt. quibus eos ad amorem dei et ꝓximi accendunt que virtꝰ bene ponitur ſeptimo loco ꝑpter dona ſpūſſancti que collata ſunt in baptiſmo. glo. tū dicit ꝙ per auri fulgoreꝫ cuꝫ ſcintillis ſignificaꝛ predicatio ſanctoꝝ cum miraculis ſapientie. iij. fulgebunt iuſti. ſ. per candoreꝫ baptiſmalis innocentie. et tanꝗ̄ ſcintille in arundineto diſcurrent. Et ſi queras qui ſunt illi viui iudicādi cum dicatur inde venturus eſt iudire viuos et mortuos. Dico ꝙ illi qui in eius aduentu viui reperientur qui in memento morientur et poſtea reſurgent cū eis qui primo erāt mortui. Huic articulo addit ſimbolum mathius Cuius regni non erit finis ſcōꝫ illud luce primo et regni eiꝰ non erit finis Predicto

articulo non concordat machometus quo
ad iudicium viuoꝝ et mortuorũ. negat enĩ
xp̃m iudicem venturũ. Sed dicit in alchora
no azoara. v. ꝙ deus leberauit xp̃m ab in-
credulis et ſuppoſuit eos qui ſecuti ſunt eũ.
eis qui non crediderunt verbo eius vſqꝫ ad
diem publice reſurrectionis et ꝙ tunc deꝰ ad
ſeipſum reddito xp̃i facto controuerſiã ſuã
atqꝫ litẽ diſcutiet. Eſt ergo finis ſue ſenten-
tie ibidem ꝙ iheſus xp̃us circa tempus dei
iudicij eſt moriturꝰ et ſicut alij homines re
ſurrecturus et ꝙ tunc deus diſcutiet ꝯtrouer
ſiam ſuam. ſ. quis veriora de xp̃o dixerit vꝫ
xp̃iani an machometus et ꝙ tunc deus fa-
ciet iudiciũ contra incredulos et dabit bene
ficia fidelibus. Alibi tamẽ in alchorano tra
tando ſupra diẽ mortis. ac ſuper diem qua
viuens miſſurus eſt tenet deũ eſſe venturũ
ante diem iudicij annis. xl.

De octauo articulo et de ꝓprietatibꝰ berilli

O Ctauus articulꝰ fidei eſt. Credo in
ſpiritumſanctũ. Hunc appoſuit in
ſimbolo beatus bartholomeus. Et hic arti
culus eſt octauꝰ fundamentum ciuitatis
iheruſalem ſuperne figuratus per octauum
lapidem ꝑcioſũ qui dicit̃ berillus cuiꝰ vir
tutes mirabiles ſunt ꝙ cõtra lites inuictũ
reddit et mitem facit atqꝫ benignũ ſic et fi-
des huius articuli quis eñi fecit ſanſonem
inuictũ a leone niſi ſpũſſanctus vt patet iu-
dicũ. xiiij. Irruit ſpũs domini in ſanſon. et
lacerauit leonem quis nõ erit victus a dia-
bolo mundo et carne niſi fidem huius arti-
culi habuerit. p̃s. cxxxviij. Quo ibo a ſpiri-
tu tuo et quo a facie tua fugiã quaſi dicat
vbicunqꝫ fuero victus. ero a ſpũſãcto ꝑ fidẽ
diuiſꝰ Quis fecit inuictos apoſtolos agnos
xp̃i ꝯtra innumerabiles lupos iudeos gen-
tiles et tyrannos niſi ſpũſſanctus anteꝙ eñi
acciperent ſpm̃ſanctũ clauſi erant timidi et
quaſi victi. Sed repleti ſpiritußancto ꝑ fidẽ
et amorem effecti ſunt omniũ lupoꝝ iudeo-
rũ gentiliũ tyrannoꝝ victores vt patet ex ac
tibus apoſtoloꝝ et geſtis omniũ martyriũ.
Fides etiã huius articuli facit hominẽ mitẽ
et benignũ qꝛ ſpũſſanctus bonus et ſuauis
eſt atqꝫ benignus vt patet ſapientie primo:
et. xij. tales efficit. et efficit ſpiritußanctꝰ cre-
dentes intantũ vt nõ ſolum mites et benig-
ni aſſerantur ſed etiam filij dei. Unde ad ro
manos. viij. Quicunqꝫ ſpũ dei agunt̃ hij fi
lij dei ſunt. Item predictus lapis gignitur
in india nomẽ habens a lingua gentis ſue.
Similis ſmaragdo ex viriditate ſed cũ pal
lore. politur aũt ab indeis in ſex angulares
formas vt hebitudo coloris repercuſſu an-
guloꝝ excitetur. Aliter politus nõ hꝫ fulgo
rem. et ſignificat octauam virtutem que eſt
ſanctoꝝ vita actiua in qua ſeruatur viror gra
tie ſed tñ cum pallore et hec exerceri nõ põt
ſine aliquo venialium offuſcatione ſed per
ſex opera miſericordie quibus inſudant ex
charitate ſpũſſancti calorem recipiant quia
in fructu recompenſat̃ limpidoſe Gen. xxi
et bene ponit̃ octauo loco quia illi mercedẽ
hic nõ recipiunt ſed expectant in octaua re-
ſurrectione ſcd̃m cõſiliũ domini Luce. xiiij.
Cũ facies cõuiuiũ voca pauperes debiles
claudos cecos et beatus eris quia nõ habẽt
vnde retribuere tibi. retribuet̃ enĩ tibi in re
ſurrectione iuſtoꝝ vel retributione Predictũ
articulum ſcꝫ Credo in ſpm̃ſanctũ exponit
ſimbolũ maius addens dñm et viuifican-
tem qui ex patre et filioqꝫ ꝓcedit qui cũ pr̃e
et filio ſimul adoratur et conglorificatur qui
locutꝰ eſt per ꝓphetas vbi exprimunt̃ hec
de ſpũſancto p̃mo poteſtas ibi dñm ſcd̃o bo
nitas ibi et viuificantem iohãnis. vi. ſpũs
eſt qui viuificat ex quo ſequitur ꝙ qui caret
ſpũſancto mortuus eſt. Et hoc trahitur au-
ctoritas Aug. ſicut anima eſt vita corporis
ita deus eſt vita anime Tercio diſtinctio p-
ſonalis ibi qui ex pr̃e filioqꝫ ꝓcedit Quar-
to eſt qualitas ibi qui cũ patre et filio ſimul
adoratur et conglorificatur. Et per hec. iiij.
ꝑdicta excluduntur hereſis arriaſ et neſcorij
qui dixerunt ſpm̃ſanctum eſſe ſeruũ patris
et filij et ꝙ dicitur filioqꝫ addiderunt latini
ꝓpter errorem grecoꝝ. Quinto exprimit̃ do
ctrina ibi qui locutus eſt per ꝓphetas cõtra
errorem quorũdam qui dixerũt ꝙ ꝓphete
locuti ſunt ſicut phanatici vt montanus et
quidem alij Cum predicto articulo concor
dat machometus in alchorano vbi dicitur
miſit deus ſpiritũſanctũ ſuũ ſuper nuncios
ſuos et ſuper credentes in eum diſcordat tñ
in hoc ꝙ non credit ſpiritumſanctũ eſſe deũ
nec terciam in trinitate perſonaꝫ ſed flatum
dei vt dicitur in quinta conſideratione.

De nono articulo et ꝓprietatibus topaſij.

n Onus articulus fidei eſt. Credo ſanctã eccleſiam catholicã et ẽ ſenſus. Credo in ſpiritũ ſanctũ facientem ſanctã ſiue ſanctificantem eccleſiam catholicã ideſt vniuerſalẽ. Hunc appoſuit in ſimbolo beatus mathe⁹. Et hic articulus eſt nonũ fũdamentum ciuitatis iheruſalem ſupne figuratus per nonũ lapidem p̄cioſum qui dicitur topaſius. Hic lapis valet ꝯtra irã et cõtra lunaticam paſſionem que frequẽter per demones iratos excitant̃ vel augmentant̃. Expertum eſt etiã de eo ꝙ ſi mittatur in aquã bullientem ita eã defluere facit ꝙ ſtatĩ manu in miſſa extrahit̃. Sic fides p̄dicti articuli ardorem furie demonũ et tirannoꝝ hereticorum et quorũcunq; p̄ſecutorũ ſubito extingunt. Ideo dixit xp̄s petro Mathe. xvi. Et porte inferi non p̄ualebunt aduerſ⁹ eam. Portas inferi vocat furias demonum hereticoꝝ tirannoꝝ et quorũcũq; p̄ſecutorũ que p̄ualere non poſſunt ꝯtra fidem eccleſie catholice. Fides huius articuli facit oleũ ardens defluere in tm̃ ꝙ iohãnes euãgeliſta miſſus in doliũ ardentis olei nõ aduſtus ſ; illeſus exiuit. Item hic lapis ſcd̃m yſidorũ eſt omni colore reſplendens. et ſcd̃m gloſã ſupra capitulo. iiij. exo. Quis ſit omniũ coloꝝ maxime tñ eſt aurei et dicit̃ topaſiũ quaſi topaciũ ideſt omniũ coloꝝ a pan quod eſt totum ſecundũ glo. Hic duos maxime habet colores ſc; aureum et ethereum cuĩ ſplẽdore ſolis tangit̃ omniũ gemmarũ claritates ſuperat et in aſpectum ſuũ ſingulariter prouocat aſpicientes quem ſi polis obſcuras ſi vero relinquis nature ſue clarior eſt et nihil clarius ẽ regib⁹ inter diuitias qui quo clarior eſt eo p̄cioſior eſt. Etiam oim gemmarũ ampliſſima eſt per hanc ergo ſignificatur nona virtus ſanctoꝝ que eſt vita ꝯtẽplatiua hec ex caritate eſt aurea et ex dulcedine etherea vbi deus limpidius videt̃ quantum homo ſingularius trahitur et qui tales ſunt ſe honoribus ſeculi poliunt̃ obſcurant̃ qꝛ turbantur erga plurima ſicut Martha. cũ vnũ nõ teneãt quod neceſſariũ eſt ſicut maria Luce. iiij. ꝙ aũt hic lapis omniũ colore reſplendet hoc eſt ꝙ qui tales ſunt omnium virtutũ lucem gerunt ad exemplũ tabernaculi quod eis monſtratũ eſt in monte Exo. xxv omnia fac ſcd̃m exemplũ quod tibi mõſtratum eſt in monte. Hec eſt gemmaꝝ largiſſima qꝛ maxime cor dilatãt et bene nono loco ponit̃ quia qui tales ſunt angelis q̃ ſunt nouem ordines pro modulo ſuo in dei contemplatione aſſimulantur de quib⁹ dicitur. Mathe. xix. Angeli eoꝝ ſemper vidẽt faciẽ patris. Loco predicti articuli ſanctam eccleſiã ſimbolum maius. Et vnã ſanctã catholicã et apoſtolicam eccleſiã vbi ponunt̃ duo effectus generales ſp̄ũſſancti. Primus eſt vnitas intellectum in fide. Secundus eſt affectuum vnitas in caritate que due vnitates notantur cũ dicitur Et vnam ſanctã catholicam. vnã in fide et caritate. catholica enĩ grece idem eſt ꝙ vniuerſalis. apoſtolicam dicit̃. ſuper apoſtoloꝝ fidẽ fundatã. Huic articulo machometus nõ concordat qꝛ cum neget fidem catholicam negabit et vnitatẽ fideliũ in fide et caritate que eſt eccleſia catholica et apoſtolica cui⁹ ſignũ eſt quia affirmauit ſuis ſequacibus principatũ tenere nõ poſſe niſi a xp̄ianoꝝ fide omnino diuerterent vt patuit ſupra ꝯſideratione ſecunda in ſecundo puncto:

De decimo articulo et de proprietatibus criſopraſſi.

o Ecimus articulus eſt. Credo ſanctoꝝ cõmunionem peccatoꝝ remiſſionem. et eſt ſenſus Credo in ſpiritũſanctũ facientem ſanctã ſiue ſanctificantẽ eccleſiã in qua ẽ ꝯmunio ſanctorum et remiſſio peccatorũ. Hunc appoſuit in ſimbolo beatus ſymon chananeus. Et hic articulus eſt decimũ fundamentũ ciuitatis iheruſalẽ ſupne figuratus per decimum lapidẽ precioſũ q̃ dicitur criſopraſſus cuius virtus eſt ꝙ valẽ contra leprã ꝙ non ſolum peccata carnis ſ; etiam anime deſignant ſic et fides huius articuli valet ꝯtra leprã peccatoꝝ carnis et aie que precipue in ſacramentis baptiſmi et penitentie auferũtur. Hic lapis ſecundũ yſidorũ. xvi. ethymolo. ẽ in colore quaſi ſit ex ſucco porri coagulatus habens auri guttas intermicantes ꝓpter quas tale nomen accepit quia criſos aurũ ſonat in greco et multã ſimilitudinẽ habet cũ criſolito. et ſignificat̃ per eã decima virtus ſanctoꝝ que eſt deſiderium celeſtis patrie et hoc per colorẽ. ꝓpꝫio

vero tribulacionum per aurū et quāto plus
ſancti paciūtur ꝓpter deum plus accenditur
et inflamatur eorū deſyderium quia vt dicit
gregorius ꝙ flatus carboni hec tribulacio
cantati. Et bene decimo loco ponitur ꝓpt
obſeruantiā decalogi. vel quia iſti feſtiuant
venire ad decimuꝫ ordinem angelorū qui ē
ex hominibus repādus et dicitur decimus
ordo cecidiſſe non quia fuerunt vn ꝙ decem
ordines ſed quia tot de diuerſis agminibꝰ
ceciderunt ꝙ poſſunt facere vnum ordinem
loco p̄dicti articuli dicit ſymbolum maius
Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem
peccatorum. Johānis iij. Niſi quis renatꝰ
fuerit ex aqua et ſpūſancto non pōt introire
in regnum dei. Nota ꝙ baptiſmus dari pōt
ab omnibus in neceſſitate. Ideo fit magis
mentō dico ꝙ de alio ſacramento in ſymbo
lo fidei quod pertinet ad omnes. nec fit hic
mencio de cōmunione ſanctorum quia ītel/
ligitur per hoc ꝙ ibi dicitur vnaꝫ. Una eīm
eccleſia non tm̄ fide et charitate ſed etiā ſa/
cramentoꝝ participatione que eſt commu/
nio ſancoꝝ. Unde ad hunc articulū reducit
fides de ſacramentis quia in eis ꝯmunicāt
fideles et ſunt inſtrumenta ſanctificandi et
ex ꝯſequēdi peccata remittendi. Itē notāter
dr̄ vnū baptiſma ꝓpter hereticos qui dicūt
quociens homo peccat baptiſmū debere re/
peti cōtra quos apoſtolus ad ephe. iiij. vna
fides vnū baptiſma Huic articulo nō cōcor
dat machometus qꝛ remiſſionē peccatoruꝫ
non ponit per ſacram eccleſie ſed per hoc ꝙ
quis dicit et cōfitetꝰ non eſt deus niſi deꝰ et
machometus eſt eius nūcꝰ. Affirmāt etiā
ſarraceni ſolam corpis ablutioneꝫ per aquā
factā ſufficere ad peccati remiſſioneꝫ ſine cō
tritione et cōfeſſione. negant etiā vnū bap/
tiſma ſed multiplicant baptiſmata ſua vt
dicetur infra.

### De. xi. articulo et ꝓprietatibus iacincti.

Undecimꝰ articulus ē. Credo carnis
reſurrectionē. Hūc appoſuit in ſim
bolo beatus iudas thadeus Et hic articulꝰ
eſt vndecimū fundamentū ciuitatis iheru/
ſalem ſuperne figuratus per vndecimū lapi
dem p̄cioſum qui dicitur iacinctus. cuiꝰ ve/
tus eſt ꝙ dat membris vigorem et ſalutife/
rum facit ſaporem et cōtra peſtiferos regiōes
ꝓuocat etiam ſomnum ꝓpter ſuā frigidam
cōplexioneꝫ et valet ꝯtra toxicū Sic et fides
huius articuli dat membris vigorē cum ꝓ/
pter fidē future reſurrectōnis fortiſſimi facti
milites xp̄i vicerāt regna et crudeliſſima tor
menta quaſi ſuauiſſimos ſapores guſtaue
runt quietuꝫ ſomnū accipientes quem deꝰ
dat dilectis ſuis Ualet etiā ꝯtra omne dya
bolicum toxicū hereticoꝝ aliam vitam et re
ſurrectionem negantiū. Hic lapis ſcd̄m yſi/
dorū ceruleum habet colorem et tūc optimꝰ
eſt qui nec rarus eſt nec denſitate obtuſus ſꝫ
vtroqꝫ temparamento luce purpuraqꝫ reful
gens. Hic aūt nō lucet equaliter ſereno. eniꝫ
ꝑſpicuus gratus eſt nubilo corā oculis eua
neſcit atqꝫ marceſcat in os miſſus frigidus
eſt in ſculpturis duriſſimus nec tm̄ inuictus:
Naꝫ adomāte ſcribitur et ſignatur. et ꝑ hoc
ſignificatur vndecima virtus ſanctoꝝ que ē
coꝝ diſcretio et cōpaſſio qua ſcd̄m deū om/
nibus et in omnibus ſe conformant vt om̄s
lucrifaciāt. Unde paulus p̄dicans fideꝫ re/
ſurrectionis dicit prima ad corinth. ix. omia
omnibus factus ſum vt omnes lucrifacerē.
Et ad romanos. xij. Gaudere cum gauden
tibus flere cū flentibꝰ. ſignificat eīm circūſpe
ctionem p̄dicatoꝝ que attendūt quid et qbꝰ
eſt p̄dicandū vt maioribꝰ maiora et ꝑuulos
lacte potent minoꝝ. Hunc articulū explicat
ſimbolum maius cum dicitur Et expecto re
ſurrectionem mortuoꝝ et ſcd̄m alexandruꝫ
in fine ſui tercij eſt cōgruꝰ ordo. Nam remiſ
ſio peccatoꝝ eſt reſurrectio anime que eſt re/
ſurrectio prima. Ad iſtam vero ſequitur re/
ſurrectio corporis glorioſa in bonis qua eſt
reſurrectio ſecūda ſicut dicitur ad romanos
viij. Samus qm̄ ſi ſpiritus eius qui ſuſcita
uit iheſum inhabitat corpora noſtra reſuſci/
tabit et nos ꝓpter inhabitantem ſpm̄ etc.
tene tm̄ ꝙ dicit apoſtolus prima corint. xv.
omnes quidem reſurgemus etc. Huic arti/
culo concordat machometus Unde dicit in
alchorano deus viuificabit mortuos et con
ſurgent exiſtentes in ſepulcris ſine dubio.
Secunda hora qua venerit qui autē his cō
tradixerint in die iudicij punitōe ignea eos
puniet. Hoc eſt vnum ꝙ in ſua fide magis
roborat vt patet azoara. xuij. ꝙ qui impūg
nauerit dicta ſua in die iudicij deus iudica/
bit eum. ſimiliter dicitur azoara. xxi. qui cuꝫ
aliquo dicta ſua diſputare voluerit ꝙ dicat

deus nouit facta veſtra qui in die iudicij iudicatur⁹ eſt vos. Dicitur etiã azoara .xxiij. ꝙ in die iudicij clamabũt mali dicentes q̇s huius ꝓphete noticiã habuerat in via et iã qui nunꝗ̃ fuiſſet nominat⁹ nec nat⁹ et etiaʒ ꝙ demones acriter punient eos et ꝙ dicet machmet deo iaʒ domine popul⁹ iſte me⁹ recta facie alchoranũ recipere ꝓperauit;

·De .xij. articulo et ꝓprietatibus ametiſti

Uo .decim⁹ et vltimus articulus eſt vitã eternã amẽ. Et eſt ſẽſus. Credo ꝙ deus reſuſcitabit nos et dabit bonis vitã eternam. Hunc appoſuit ſimbolo beatus; Mathias. Et hic articulus eſt .xij. fundamentũ et vltimũ ciuitatis iheruſalem ſupne figuratus per .xij. lapidẽ precioſũ qui dicit̃ ametiſtus. Cuius virtutes mirabiles ſunt ꝙ facit hominẽ vigilem et repellit malã cogitationeʒ et vt dicit aaron ꝙ valet contra ebrietatẽ. Sic et fides hui⁹ articuli facit hominem vigilem vt intremendo iudicio finali de factis dictis et cogitatõibus ſuis poſſit reddere rationem et ſic vita ꝑfrui eterna. Predict⁹ lapis ſcd̃ʒ yſidoꝝ inter purpureas gemmas principatũ tenet purpureus eſt ꝑmixto violato colore et quaſi roſe nitore et leuiter quaſdã flãmulas fundens nõ ex toto igneũ ſʒ vini colorẽ habens et eſt ſculture facilis per hunc ſignificatur duodecima virtus ſanctoꝝ que eſt humilitas et ꝯtemptus mundi. cũ deſiderio m̃ martyrij. ſicut fuit in cõfeſſoribus quoꝝ multi nõ defuerũt martyrio ſed martyriũ defuit eis ſicut legitur de beato martino q̃ ſi martir nõ fuit palmã m̃ martyrij nõ amiſit. et de beato franciſco canit eccleſia O martyr deſiderio. etc̃. Uñ ſancti infundũt flãmulas conſolationis et viſitationis infirmoꝝ viduaꝝ et pupilloꝛuʒ et largitionis elemoſinaꝝ quibus inflãmant alios ad amorẽ xp̃i de primo Eſaie .lxi. vt conſolarer omnes lugentes et ponerem ꝯſolationẽ lugẽtib⁹ ſyõ. de ſcd̃o Jacobi primo religio mũda et immaculata hec eſt viſitare pupillos et viduas in tribulatione earuʒ et immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. De .iij. Luce .xi. Date elemoſinã et omnia munda ſunt vobis. Uel ſcd̃m glo. flãmule ſignificant virtutẽ illã qua pro inimicis oratur que eſt virt⁹ virtutuʒ celoꝝ varietas virtutũ multiplicitas. Math. vi. Orate pro ꝑſequẽtibus et calũniantibus vos. et bene vltimo loco ponitur q̃ humilitas eſt cuſtodia oĩm virtutũ. Dicit eñ gregorius ꝙ qui ceteras virtutes ſine humilitate cõgregat quaſi puluerem in ventũ portat Unde et paulus qui interp̃tatur modicus. ſ. humilis. thronum .xij. meruit poſſidere. ſ. in vita eterna. loco dicti articuli dicit ſimbolũ maius. Et vitã venturi ſeculi. Ex quo deus tanꝗ̃ iuſt⁹ iudex remunerabit bonos vita eterna conſequens eſt ꝙ etiã reprobos puniet pena eterna. Et ideo nõ ponit ſpecialem articulũ de punitõe maloꝝ. Hec eñ eſt natura oppoſitorum vt vno dicto intelligatur reliquũ. Huic articulo ꝯcordat machomet⁹ et diſcordat in hoc q̃ ꝓfitetur bonos ibidem corporales delitias optinere. dicit. n. i alchorano q̇ in me crediderũt in ortos eos pulcherrimos mittã vbi aq̃ decurrũt placide et vbi abſq̃ labore requieſcent. nubent etiã limpidiſſima nuptiõe. Et iterũ dicit ꝙ dabit eis riuos lacteos ſine ſaporis alteratione et clarũ mel vinũq̃ ſapidiſſimũ alibi etiã dicit in alchorano ꝙ ibi pãnis ſericis induantur ornati monilibus aureis atq̃ annulis p̃cioſis Dicit etiã ibi ꝙ habebũt ſedes ꝑpetuas et ꝙ ꝓteget eos arboꝝ vmbra nec frigore affligentur nec calore. oĩm fructuũ omniũ ciboꝝ veſcent̃ generibus quicquid appetit⁹ eoꝝ ſuggeſſerit coram ſe cõfeſtim inueniet. accubabũt in delitijs et angeli pincernaꝝ miniſterio inter eos cũ vaſis aureis et argenteis deambulabũt in aureis lac. in argenteis vinũ afferentes et dicentes comedite et bibite in omni leticia et ꝙ vobis deus ꝓmiſit ecce cõpletũ eſt iungentur virginibus quas nec humanus nec dyabolicus violauit ꝯtactus iacincti coralli que ſplendore formaq̃ ꝑſtantiorib⁹. Hec bona repromittit machometus ſuis credentibus pro vita eterna. Quomõ aũt finalis beatitudo vite eterne nõ conſiſtit in cibo tali nec etiam alijs corporalibus oſtendet̃ infra conſideratione octaua articulo .v. Et notandum hic finaliter eſt cauſa ꝙ quare machometus cõceſſit aliquos articulos fidei xp̃iane et aliquos negauit cum iudeis cautela fuit vt quomodo in aliquibus loq̃retur contra criſtianos hebreoꝝ rationibus iuuaret̃ ſimiliter cum loqueret̃ ꝯtra iudeos iuuaretur argumentis fidei orthodoxe.

### De diſcordia machometi in preceptis

On ſolū in articulis fidei diſcrepat machometus a xpianis ſꝫ etiam in pceptis et cerimonijs. Libet ergo in pſenti libro annotare pcepta machometi et coꝝ naturā vt habita coꝝ clara noticia euidēter pateat cuilibet intelligēti ꝙ irrationaliter ſe obligant ſarraceni obedientie talis legis

### De diſcordia in orōnibus

Rimū preceptū machometi eſt ꝙ quinquies tn̄ in die ſarraceni orēt. Unde aūt habuit hūc numerū orādi quinariū patuit ſupra cōſideratione quarta. In illa fatua viſione ſꝫ tn̄ vt veritatem dicam hoc vtiqꝫ machometus ideo pcepit quia cōſilio doctorum ſuoꝝ mediatricem inter iudeorum et xpianoꝝ legem effici voluit ſuā non pbitatis ſue neqꝫ adiutorio dei. Iudei enī ſcōm legem ter in die orāt. xpiani vero ſepties. ſed iſte nec ter nec ſepties ſꝫ quinquies orādo terminū inter vtrūqꝫ poſuit.

### De pcepto machometi in locutionibus ſuis anteꝙ orent.

ſ Ecandū preceptū machometi ē ꝙ anteꝙ orant vt pfectā mūdiciā habent culū verētrū manus brachia os aures nares oculos capillos decentiſſime ad vltimū pedes lauant quod pcipit fieri poſt coitum et egeſtionē niſi fuerint egroti vel in itinere. Et ſi forte ſit eis impoſſibile aquā reperire tunc pcipit eos mūdare puluere terre munde quaſi aqua tergendo quam ablutionem pcipit etiā fieri modo verſo ſꝫ talis ablutio membroꝝ nō ptinet ad orōnem. Ad orōnem quidem pertinet mūdari intrinſecus non extrinſecus. Mundicia aūt de ablutiōe membroꝝ pertinebat cultoribus ſtelle veneris qui volentes eā orare ad modū femine ſe aptabant ora et oculos tingentes qꝛ vero punctus ſtelle veneris rex effectus eſt ideo pcipit hoc. Diſcordat aūt hec ablutio a baptiſmate xpianoꝝ multipliciter. Primo quia baptiſma xpianoꝝ ſolū ſemel fit. Una ē enī fides et vnū baptiſma ſcōm apl'm. Baptiſma vero ſarracenoꝝ multiplicatur. Secundo qꝛ baptiſma xpianoꝝ nō ſolū mūdat corpus ſed etiā animā cum ſit aqua ſpūſſācti. Baptiſma vero ſarracenoꝝ ſolū ſe extēdit ad ablutionē membroꝝ ppter immūdiciā coꝝ ex coitu vel egeſtiōe. vt pꝫ in alcorano.

### De tercio pcepto machometi in pconiſione alte vocis.

Erciū preceptum machometi eſt ꝙ facta pdicta ablutione publica voce pconizentur vnū cōfitentes deū qui nullū vel ſilē habeat vel equalē eiuſqꝫ machometum eſſe pphetā talē. pconizationē precepit nō ideo quia cōueniebat orōni. ſꝫ qꝛ aliud nouū nequiuit imponere ſignū.

### De pcepto machometi in ieiunijs.

Uartum pceptū machometi eſt ꝙ ſarraceni in quolibet anno menſē integrū et amadē ieiunēt in quo alcoranū datū celitus aſſerit machometus ieiunātes aūt tēpore nocturno comedāt diurno abſtineant ita vt ab ea diei hora qua nigrum ab albo diſtinguere per viſuꝫ poterūt filū vſqꝫ ad ſolis occaſuꝫ nemo comedere bibere aut vxoris cōmixtione ſe pſumat fedare. Poſt ſolis aūt occaſum donec ad ſequentis diei crepuſculū ſp eis cibo et potu ppriiſqꝫ vxoribus put cuilibet liceat vti. Si aūt infirmitatis quis fuerit pgrauatus aut in via erit ꝙdiu aut lāgoris aut itineris durauerit tēpus cōceditur eis quibuſcūqꝫ voluerint et veſci ſimul et vti. Sic tn̄ vt ꝙ vel egritudinis vel vie vel neceſſitate minus impleuerit poſtea emendū quomō licuerit et dicunt ſarraceni ꝙ iſtud ieiuniū eſt ad reſtringendū vicia carnis pceptum qd̄ eſt initium penitencie. Sꝫ quid pdeſt per diem ieiunare et nocte ter vl quater comedere et bonis carnibus optimiſqꝫ frui et mulieribus vti hec non debilitant ſed potius corroborant carnē et incendunt ad illicitos motus et actus.

### De pcepto machometi in obſeruatiōe paſce

Uintum pceptū machometi eſt ꝙ obſeruent paſca. Notandū vero ꝙ ſicut hebrei ita et iſti menſes ſcōm lunā cōputāt Unde et paſca coꝝ quod ipſi poſt ieiuniū faciunt nō ſemper vno tempore cōtingit paſca aūt ſuū quod dicunt nihil aliud

eſt ꝙ̄ quedā memoria vel celebratio noctis
cuiuſdā que eſt in ipſo menſe in qua alcho
ranū deſcendiſſe dicūt In ea quippe nocte
vigilantes per eccleſias ſuas quas vocant
meſquitas garriūt ſaliunt bibūt et inſaniūt
diſcordant aūt a xpianis et iudeis quia in
lege moyſi p̄ceptū eſt obſeruari paſca in me
moriam exitus de egypto. In lege aūt xpi
p̄ceptum eſt obſeruare paſca in memoriam
reſurrectionis xpi Machometus aūt paſca
celebrari iniunxit in memoria arietis oſten
ſi abrahe in ſacrificiū celebrādi loco filij ſui
et cum eoꝝ rex celebrat iſtud paſca p̄cinctus
lintheo mittit gladiū per guttur̄ arietis et ſta-
tim ſup aliquod iumentū deducit̄ ad regi-
nam. et ſi regina cum videt anteꝙ̄ moriat̄
aſſerunt ſe bonā fortunā ꝯſecuturos anno
illo qui preſens fuit et ꝓprijs oculis vidit
mihi narrauit. Sed et ꝓ expeditione paſche
eorū faciūt aliā ſuperſtitionē qm̄ milites cū
rege equitantes veniunt in cāpū magnū et
ibi facta quadā fouea currentes ꝑcutiūt cū
lanceis ſuis intra illā foueā et ſic expediūt
ſuum paſca.

## De precepto machometi in ꝑegrinatione ad mecham

Sextū preceptū machōeti eſt ꝙ oēs
ſarraceni ꝑ ſingulos annos ſemel
vadūt ad domū dei que eſt in mequa vidē
da ꝓpter ſolā recognitionē et ibi p̄cipiūt
adorare eā que in ꝯſutilibus tegumentis
inducti circuire et lapides ſicut lex p̄cipit ꝑ
media ſcʒ fimbria iacere retro pro lapidan-
do diabolo hanc domū dicūt adā cum de
paradiſo exulaſſet domū extruxiſſe et om-
nib⁹ filijs eius donec abrahā aduenit locū
orōis fuiſſe abrahā aūt dei ſeruus eā robo
rauit et inſtaurauit et in ea dn̄o vota vouit
et ſacrificia obtulit filioq; ſuo nomine iſ-
maheli poſt mortem reliquit eiq; et omib⁹
filijs eius per multa annoꝝ curricula donec
machometus natus eſt orandi domus per
manſit. quo nato eandem deus ſibi cunctiſ
q; generatiōibus ſuis hereditariā vt ipſi pi
hēt ꝓmiſit. ſʒ hec ſarraceni nō ex auctoritate
hn̄t. Sʒ quaſi cōmentū aliqd̄ fingunt an-
teꝙ̄ .n. legem p̄dicaſſet dom⁹ hec ydolis ple
na erat. et volenti ſcire qualis erat dom⁹ il-
la et ꝙ ibi ſecretū ineſſet. et cur illuc macho-
metus ire et que in lege inueniunt̄ iuſſit fa-
cere venerabilis petr⁹ alfonſi in ſuo dyalo-
go titulo quinto declarat dicens. Duo filij
loth. ſ. amon et moab hanc domū honora-
bant et duo ydola ab eiſdem ibi colebant̄
alterū ex albo alterū ex nigro lapide patra-
tum nomē quidē illius qd̄ eſt in nigro lapi
de erat merculicius. dicebat̄ nomē vero al-
terius chamos. Alterū ꝙ ex nigro erat lapi
pide in honore ſaturni alterū ex albo in ho
nore martis erat edificatū bis in āno culto
res eoꝝ ad ipſa aſcendebant adoranda ad
martem quidē qn̄ ſol in primū gradū arie-
tis intrat. qꝛ aries honor eſt martis in cui⁹
diſceſſione ſicut mos erat lapides iacebant̄
Ad ſaturnū vero quō ſol primū gradum li
bre intrat qꝛ libra honor ſaturni eſt ꝙ thuri
ficabāt nudi tonſiſq; capitibus que vſq; in
hodiernū diem in iudea celebrantur vt dixi
Arabes vero cū amō et moab ydola ado
rabant. Machometus aūt poſt longū tem-
pus veniens priſtinā ꝯſuetudinē nequiuit
afferre. Sed quaſi quodāmodo more inuſi
tato in ꝯſutilibus tegumentis coopertos
domū circuire ꝑmiſit. Sed ne videret̄ p̄cci
pere ydolis ſacrificare ſimulacrū ſaturni cō-
ſtruxit in pariete in āgulo dom⁹ et ne facies
appareret dorſum erat tm̄ exterius poſitū al
terū martis. ſcʒ ydolū. quia ſculptū vndiq;
erat ſubt⁹ terrā et lapidē ſupra poſitū iuſſit
hominib⁹ vero q̄ ad adorādū ibi cōueniūt
lapides iſtos oſculari p̄cipit et humilians
tonſiſq; capitibus inter crura lapides retro
iactare qui humiliantes dorſa denudāt qd̄
eſt ſignū legis priſtine Ecce qua intentione
p̄cepit ſupdicta machōet⁹. In libris quoq;
illoꝝ ſcriptū ē ꝙ homar qdē ex. x. ſocijs ma
chometi more ſolito lapides deoſculās ſic
exorſus eſt vobis in-iuit lapidibus, dico ꝙ
nec adiuuare nec nocere poteſtis ſyon. Sed
quia machomet⁹ fecit illi⁹ morem exequor.
ꝙ aūt dicūt lapidibus iacidis demones eſſe
fugare nō ꝯſequens ratio videt̄ eſſe q̄a qd̄
non aliquo ꝑcipit̄ ſenſu corporeo effugare
leuiter nequa ꝙ̄ pōt nomine vero dn̄i fugan
tur demones. Et ſi dicant ſarraceni audiuiſ
ſe aliquos dicentes demonia ſe vidiſſe et
ea audiſſe et colloqui⁹ fuiſſe et ſic pn̄t ſenſu
ꝑcipi corꝑali Dicendū ꝙ lʒ angeli corporeo
ſenſu nō poſſint ꝑcipi illis tn̄ qui ſcd̄ʒ man
data dei incedūt viſibiles fiūt ſimiliter dia-

bolus amicis ſuis viſibilis apparet;

De p:ecepto machometi in p̄dationibus captiuationibus et occaſionibus ꝯtrariorū

Eptimū p̄ceptū machometi eſt ꝙ
aduerſarios eius et eoꝝ ꝓphetas
p̄dentur captiuent interficiāt et omnib⁹ mo
dis pſequant̄ atq̧ deleant niſi reſipiſcant et
ad eoꝝ fidem conuerti voluerint aut ſeruitutē
indictū cenſum pſoluerint. et ptꝫ manifeſte
ꝙ hoc p̄ceptum nō eſt ex dei operibus neq̧
ꝓphetarū quib⁹ nunꝗ̄ iuſſit cogere aliquē
credere. Sed machomet⁹ hoc cupiditate pre
cepit pecunie. vt inimicos ſuos deſtrueret.
et talis coactio nō dꝫ fieri. ymmo ſi quis ali
quem conuertere velit nō per violentiā ſꝫ dili
genter et dulciter hoc facere dꝫ ſicut ipſe ma/
chomet⁹ in ſuo teſtat̄ alchorano ſub pſona
dn̄i ita ad ipſum dicētis. Si vellet domin⁹
de⁹ tuus et totius ſeculi gentes crederēt. cur
ergo vt credant cogis quia null⁹ niſi volun
tate dei credit et in alio loco. vobis inq̄t gē
tibus veritas dei iaꝫ venit qui crediderit ꝓ
ſemetipſo fecerit qui vero errauerit ꝓ ſemet
ipſo et ego nō ſum ſupra vos baiulus ſeq̄re
vero de⁹ inquit qd̄ reuelatur tibi et expecta
donec iudicet de⁹ qui ſuper oēs iudex ē Itē
in eodem dn̄s inquit de⁹ tuus ſub vna lege
ſi vellet cūctos ſine diſcordia poneret fingit
Itē in alio loco tanꝗ̄ ſibi de⁹ loq̄r̄ nō inq̄t
violētia i lege dꝫ eē iā iuſticia et veritas ap
paret q̇ voluerit ſpōte ſua credat itē in alcho
rano vos icreduli .n̄ ꝙ oro oratis. nec quē
oratis oro et quē adoratis nō adoro mihi
lex vobis q̄ diſcors: et in alio loco ait. non
altricetis cū alterius legis gentib⁹ niſi mol
libus verbis quare ergo p̄dicari captiuari
et gētes vi cogere ad credendū iuſſit hec oīa
ſeminas dei eē fatet̄. Cū ergo hec lex ſibipſi
ꝯtradicat nulli⁹ eſt firmitatis vel momenti
Sꝫ ideo machometus predari captiuare et
gentes interficere iuſſit vt arabes qui deum
ignorātes in deſerto manebūt in p̄dicatiō
bus delectarētur et vt maxime illi crederēt

De p̄cepto machōeti in licētia comeſtibiliū

Ctauū preceptū machometi eſt ꝙ
ſarraceni edāt abſolute de oīb⁹ car
nibus p̄ter carnem porci et ſanguinē necnon
morticinū. Unð dicit in alchorano vos ere
dentes edatis quicquid veſtre fuerit volun
tatis ex bona pte ſequitur. a morticinis ve/
ro et porco et ſanguine et ab animali quoli
bet pempto nō in creatoris nomine vos ab
ſtinete de ſuffocatis et ꝯbuſtis et interfectis
per lupos niſi vos mandaueritis vel vt dn̄e
fuerint iugulate minime comedatis quod
fecit machometus vt in hoc a lege ſua nō ſo
lū iudei ſꝫ et nos xp̄iani deferremus quō
iudeis carnes ſuille ac leporine aliorumq̧
animaliū nō ruminātiū ſunt ꝓhibite et ſi/
militer piſces abſq̧ ſquamis lex vero xp̄i xp̄i
anis in eſum humanū oīa ꝯcedit abſolute.

De p̄cepto machōeti circa pluralitatē vxorū

Onū preceptū machometi eſt circa
vxores. Unde conceſſit ſarracenis
ꝙ eodē tempore iiij· legitimas poſſunt ha/
bere vxores et qualibet repudiata aliā ſemp
accipere ita tn̄ quod nunꝗ̄ quat[illegible] rnariū nu/
merū traſcēdat. In repudio quoq̧ p̄cepit ob
ſeruari vt vſq̧ tres et quālibet repudiare eā
dem rurſus recipere liceat ſed taliter tertio re
licte ſpe[?]re nequaꝗ̄ vſquequo maritis aliiſ
nupſerint et ab illis relicte fuerint recipe mā
dat. tunc eūt ipſe volentes prioribus mari/
tis ante bene recōciliētur et [illegible]. De
emptitijs vero atq̧ captiu[illegible] volue
rint hr̄e dicit eis licitū eē et eas [illegible] vēdēdi de
nuoq̧ emēdi liberā ptātē habeant ſic tn̄ vt
poſtꝗ̄ grauidā ſemel fecerit nequaꝗ̄ eā al/
teri⁹ ſeruitutis iugo ꝯſtringere poſſint Sꝫ ꝙ
liceat capere iiij: vxores et qualibet repudi/
ata aliā ducere hoc nulla quidem p̄capit̄ ra/
tione. neq̧ eīn̄ niſi cauſa filios ꝓcreādi pre/
ceptū eſt vxorē recipere ꝙ aūt emptitias et
captiuas quotlibet poſſūt habere hoc qui
dam ꝯ̄tuꝫ ad ſarracenos adulteriū qꝛ mul/
tociens emit aliquā ſtupratā a filio et eō
tra fili⁹ vel frater a patre corruptaꝫ vel a fra
tre et ſic pꝫ diſcuſſio inter p̄cepta machometi
quare aūt machōet⁹ talia imūda fieri iuſſit
cauſa fuit. qꝛ ipe valde feias diligebat et p
nimiū luxurioſ⁹ erat et ſicut ipſemet ꝓfeſſ⁹
eſt vis luxurie hoīꝫ .xl. in eo manebat et ma
xime qꝛ arabes valde luxurioſi erāt volūta
ti eoꝝ ſatiſfecit vt crederēt. in hoc p̄cepto vo
luit machōet⁹ ponere differētiā int̄ legē ſuā
et legē moyſi qꝛ. lex moſaica mādauit viros
poſſe libellū repudij dare mulieribus ſuis

quo recepto ſi ipa nupſiſſʒ alteri viro ꝙ pmꝰ
maritus iam non poſſet eam ducere in vxo/
rem. Oppoſitum mandauit machometꝰ vt
patuit. Diſcordat etiam a lege xpi que ꝓhi
bet vxore viuente marito alteri nubere qꝛ q̇
ipaʒ duxerit mechatur oppoſitum dicit ma/
chometus vt viſum eſt.

De precepto machometi circa ꝓhibitionē
aliquaꝝ mulierum de ꝓpria cognatione.

D Ecimum preceptum macho/
meti eſt ꝙ ſaraceni non recipi/
ant in vxores conſobrinas nec nutrices la/
cte nec germanas lactis. Unde dicit i alcho/
rano omnes he mulieres vobis interdicte ſūt
et illicite veſtre. ſ. matres et filie ſorores et ne
ptes atqꝫ matertere nutrices atqꝫ germanas
collectanee matres et filie mulierum veſtraꝝ
ſi a vobis tacte fuerint ſin autem licite ſunt
hoc autem fecit machometus vt a lege ſua
differret lex moyſi in qua iniungitur non ac
cedere ad certas feminas et poſſe nubi cum
cōſobrinis feminis germani vel germane fi
lijs et vt etiā a lege ſua differret lex xpi i qua
vſqꝫ ad quartum gradum ꝓhibitio facta eſt
Sed ex quo tantā voluntatē voluit oſtēdere
in hoc p̄cepto bonum fuiſſe non vti alteri/
trum ſodomia nec iniungere per mandatum
ſicut ipſe facit in alchorano i capitulo de vac
ca Alibi m̄ mandat de ꝓpria cognatione ha
bere vxores vt ſanguis ꝓles accreſcat et for/
tius inter eoſ amiſiſſe vinculum vigeat ſecun
dum ꝙ mos erant omnibuſ tunc temporis.

De precepto machometi circa obſerua
tionem die veneris.

Undecimum preceptum machome/
ti eſt ꝙ ſarraceni obſeruent inquietē
diem veneris quod ipſe fecit ꝓpter duo Pri
mū eſt quia ipſe puncto ſtelle veneris rex ef
fectus fuit vt ſupra patuit p̄cepto ſecundo:
Secundū vero eſt vt a lege ſua differret lex
moyſi que p̄cepit ſabbatū obſeruari et lex
xpi que precepit diem dominicam:

De p̄cepto machometi in orādo verſꝰ meri/
diem:

Duodecimū preceptū machometi ē
ꝙ ſarraceni faciūt orōēs verſus meridiē vbi
eſt mecha. Unde dicit in alchorano in pſona
dei ſibi alloquentis et ſuis credentibus tibi
m̄. Nunc huc illuc aſpicienti tuiſqꝫ ad meoꝝ
ꝓprioꝝ noticiā que ſue ſunt mediatores gē
tiū teſtes ſuū ꝓphetam ꝓprium teſtem ha/
bentes orōnis locū veracem et ydoneū deo
teſtificante vʒ verſus mecquā tēplūqꝫ ſui me
diū quod abrahā primo fundauit firmabo
qꝫ ſp vbicunqꝫ fuerit faciem tuā orando ver
tas talē locū orandi inſtituit machometus
vt differret a iudeis qui orant verſus occidē
teʒ. et a nobis xpianis qui oramꝰ verſꝰ oriē
tem. quia ad orientē crucifixus eſt xps et ad
orientē aſcendit in celū. Et enim voluit eſſe
diſcordes a xpianis ꝙ in nullo penitꝰ vellet
ꝯfirmari. vn̄ nos ſedēteſ honorifice ſup mē/
ſas māducamꝰ ipſi vero ſup trā iacēteſ noſ
cū mappis ipi ſine mappis. nos ſardinaſ p
caudā accipientes mittimus in ignē ipi ve/
ro per caput eaſ accipiunt et caudas aduerſꝰ
ignē mittūt et ſic de alijs innumeris que ſe/
cum cōuerſantes experimento cognoſcunt
De p̄cepto machometi circa iudicialia:

Tredecimū p̄ceptū machometi ē
ꝙ i poſſeſſionibꝰ repetēdis petituʒ
teſtibꝰ ꝓprobʒ et negator iuramēto ſemet ex
purget. teſtes aūt nulloſ niſi valde ydoneoſ
ꝓbataſqꝫ pſonaſ et quibꝰ ſine iuramēto cre
dere poſſint ꝓducant. In quibuſdā etiam
alijs moſaice legis morē cuſtodiūt vt q̇ ho
minis ſanguinē fuderit eadē pena plectatur
et quiſq̇s in adulterio dep̄henſus fuerit cuʒ
adultera pariter lapidetur. Qui aūt cū qua/
libet alia fornicatus fuerit octingēta flagel
lis ſubiacebit furi talis indicta ē pena vt pri
ma et ſcda vice octoginta flagella ſuſtineat
Tercia manū. Quarta pedē amittet et q̇ cui
libet hominū membrū abſtulerit digno pre
cio redimat. Et ſic patet ꝙ in iudicijs face
dis quo ad aliqua moyſi conſentiunt legi:
In quibuſdam vero diſſentiunt qđ et ma/
chometus fecit vt in hoc etiam aliquantulū
diuerſa eſſet lex ſua a lege moyſi:

De p̄cepto machometi et abſtinētia a vino

Q Uartūdecimum preceptum ma/
chometi eſt ꝙ ſarraceni abſtineant
a vino quoniam vomes eſt et ſeminarium

hominis peccati et illud bibere dicit maxi-
mū peccatū eſſe vnces tñ comedere et multū
potare etiā in apparatu licet. Et licet ſarra-
cenis vinū ſit ꝓhibitū ipſi tñ in occulto im-
moderate bibūt et inebriant. Cauſa autē
ꝑncipua quare a vino ſemper abſtinere iubē-
tur eſt ne forte ſocij inebriati patefacerent
ruinam populi. Et ſi tñ peccatū eſt vſ⁹ vini
cur ergo in ſuo paradiſo ꝓmittit riuū vini
ſicut ſupra patuit conſideratione. iiij. et. v.
articulo. xij. Alia cauſa fuit ſuperi⁹ aſſigna
ta cōſideratiōe tercia in tercio paſſu vide ibi

De ꝓcepto machometi circa modū here-
dandi.

Vintumdecimū ꝓceptū machometi ē
ꝙ in hereditate due filie vnico filio
coequentur qd̄ fecit vt poneret differenciā
legis ſue a lege Moyſi et xp̄i qm̄ lex moyſi
iniungit ꝙ filie cum filijs non ſint heredes
xp̄s aūt in hereditate eos equales fecit.

De ꝓcepto machometi circa teſtimonia:

Decimūſextū preceptum machome
ti eſt circa teſtimonia. Unde ꝓcipit
in alchorano ꝙ duarū mulierū teſtimoniū
ꝑualeat teſtimonio vni⁹ viri in quo differt
a lege moyſi in qua iniūctū eſt ꝙ nullo mō
mulierū teſtimonia acceptentur. et a lege cri
ſtianorū in qua in certis caſib⁹ earū teſtimo-
nia capiuntur.

De ꝓcepto machometi circa ꝓhibitionē
diſputatōis cū quocūqz extraneo a lege ſua

Decimūſeptimū preceptum macho-
meti eſt ꝙ null⁹ ſarracen⁹ preſumat
in lege ſua cū aliquo diſputare vel diſcute
re qd̄ fecit machomet⁹ ne falſitas ſue legis
in publicū veniret ſimilis noctue fugiēti lu
cē. et oculis egris qb⁹ odioſa ē lux. In quo
oſtēſa nebuloſa cecitate ſue legis excellenciā
claritatis legis xp̄i manifeſtauit quā ꝓce-
pit xp̄s ſup tecta ꝑdicari qr ip̄e palā locut⁹ ē
mundo et in occulto nihil ſicut ſupra patuit
libro primo. ꝯſideratōe. iij. articulo primo

De ꝓcepto machometi circa circūciſionē·
Decimūoctauū preceptū ſarraceno-
rum eſt ꝙ circumcidunt pueros Iſtud
aūt nō hñt ex ꝓcepto machometi cū nulli-
bi repiatur in alchorano ſicut infra declara-
bitur octaua conſideratione articulo primo
Diſcordat etiā in circunciſione a iudeis· qa
ipſi circūciduntur die octauo ſarraceni vero
omni tēpore. Judei vero etiā faciūt reuerſi
onē in templū et ſugūt caput veretri ſarrace
ni vero nō. Quomō aūt ceſſauerat ſacramē
tum circūciſionis dictū eſt ſupra li. i. cōſide-
ratione tercia. arti. vi. pūcto primo. Hec ſūt
ꝑncipua legis machometi mādata ab omni
ſarracenorū gente maxima celebratione ha-
bita. Alia vero plurima ſunt que enumera
re longū requireret ſermonē et in tantā demē
tiam: hic dyabolicus machomet⁹ venit vt
auſus fuit affirmare ꝙ quātiſcunqz peccatis
quiſqz obligatus fuerit et in die mortis ſue
deo et ſibi crediderit. dicit ꝙ ī die iudicij ip
ſo interueniente ſaluus erit vſqꝫ tūc ergo ma
neāt ſui credentes in inferno expectātes re-
dēptionē vbi nulla eſt redēptio.

Tractat de viliſſima morte machometi.

Sexta ꝯſideratio huius libri eſt de
morte machometi· dignū eīm erat
vt finis eius oſtenderet qualis ipſe fuerat
in vita et doctrina. Unū cum implerentur. x.
anni regni ſui ab illo. ſ. anno quo fuit eleua
tus in regē in damaſco cōputando. quidā
diſcipul⁹ eius cui⁹ nomen albunor voluit
experiri ſi reſurgeret machometus die tercia
a morte ad vitā ſicut ip̄e ꝑdixerat Dixerat ei
ꝙ poſtqꝫ decē anni ſui regni eſſent ipleti ꝙ
debebat mori et reſurgere tercia die corpus
qꝫ ſuū ea die deferēdū ad celū. Et ideo ꝙ
nō crederēt ſepulture quare ꝑdictus diſcipu
lus ei⁹ diſtemperato quodā veneno tradi-
dit ei ad bibendū occultiſſime Machome-
tus āt ſtatī vt bibit mutat⁹ eſt omis color
ei⁹. et iō intellexit ꝙ mors ſua appropinque
rat. et dicit ill' ſarracenis q̄ ibi erāt cū eo ꝙ
p aquā ſaluarent et veniā inuenirēt quo di
cto ſubito dedit aīā diabolo magiſtro ſuo
diſcipuli autē ſui diligenter ſeruauerunt cor
pus expectādo ꝙ reſurgeret die tercia vt dic
tum eſt Sed poſtqꝫ ipſi viderent ꝙ nō reſur-
gebat vt predixerat et fetorem eius tolerare
non poſſent relicto corpore inhumato ma-
xima pars receſſit et poſt. xi. dies mortis
eius venit predic⁹ diſcipulus eius albuno

vt videret quomodo iacebat et ſcḋm q̄ nar
rat lucas tudenſis in cronica ſua inuenit cor
pus a canibus comeſtuꝫ corroſis oſſibus.
Tunc albunor colectis oſſibus ſepeliuit in
ciuitate quadam que dicitur arabice medui
araziel Sic ergo qui inter eos prudentiores
fuerunt deprehenſa ſeductoris falſitate om̄ia
que cūq̄ʒ dixerat falſa et irrita eſtimantes cō
ſiderātes etiā quō indignā vitā digna mor
te terminaſſet ab eius lege diſceſſerūt.

## De ſucceſſoribus machometi.

Eptima cōſideratio eſt de ſucceſſo-
ribus machometi lꝫ eni turpiſſima
eius mors et falſitas ſue ꝓphetie clariſſime
iudicauerūt falſitatē ſue doctrine et immū
diciā ſue doctrine verūtamē occulto dei iu-
dicio et diabolo ꝓcurante incrementū acce-
pit Quatuor ergo pūcta in pn̄ti ꝯſideratiōe
occurrūt ꝑtractanda. Primus punct⁹ eſt
de aſtutia diaboli poſt mortem machometi
ne eius doctrina periret. Secundus vero erit
de ſucceſſoribus ei⁹ Caliphis egyptio orē
tali et mirāmo molino occidentali. Ter-
tius de diuerſitate gentiū qui sectā macho-
meti ſuſcipere noluerūt. Quartus de diuer
ſitate paganoꝝ qui in aliquibus imitantur
ſarracenos et in aliis differunt.

## De aſtutia diaboli ne periret ſecta machōeti.

Rimus punctus huius conſidera-
tionis eſt de aſtutia dyaboli poſt
mortē machometi ne periret eius doctrina. vn̄
cum ad exemplū predictoꝝ viroꝝ prudētiū
diſcedentiū a lege machometi quia ip̄m mē
dacem et immūdū in vita cognouerāt vt di
ctum eſt in p̄cedenti conſideratione omnes
fere alij vellent diſcedere tunc cognati ma-
chometi et ſocij qui prius in honore et reue
rentia apud populum habantur occaſio-
nem legis multa lucrabantur meſti et ꝯfuſi
cum multis blandicijs et ꝓmiſſionibus ce-
perūt omnibus modis ſimplices attrahere
et a ſectaꝫ p̄dictā coꝝ animos inclinare ſpe
cialiter aūt diabol⁹ aſtutia ſua vſus eſt q̄ſi
quodā inſtrumento. ſ. quodā ſarraceno peſ
ſimo qui dicebatur balij. Hic erat filius ha
bitari vnus ex decem machometi ſocijs qui
poſt morteꝫ ipſius regnū adeptus eſt q̄ blā
de p̄dicauit et callide ammonuit ad creden-
dum gentes et dixit illos nō bene intellige-
re machometi ſermonem machomet⁹ inq̄t
non dixit q̄ ante ſepulturam vel videntib⁹
hominib⁹ ſubleuaret̄ in celum. Dixit quip-
pe q̄ poſt ſepulturā corporis angeli cū neſ
cientibus cunctis delatum eſſent in celuꝫ Vn̄
quia ſtatim cum nō ſepelierūt. Idcirco fete
re cepit vt ſtatim ſepeliretur. hac igitur cauſa
gentem in errore p̄ſtino parūp detinuit duo
vero fratres ſcriptoꝝ machometi filij nomie
haſan et hozam ieiunijs et vigilijs fortiter
corpora macerantes pene ad mortē deuene
runt pater vero coꝝ ſepe filios ammonebat
ne per tam longam macerationem ſua fati-
garent corpora. Ipſe aūt videns illos ſtul-
tos eſſe et ad mortis hoſtiū pre nimio labo
re iam deueniſſe de machometo vti erat rez
patefecit. Cognita aūt nequitia illius a p̄re
ceperunt comedere et bibere vinū. et ſicut in
ſua lege fortiter ātea perſtabant ita deniq̄ʒ
legē q̄uis non ex toto dimittere ceperūt ſed
et quedam pars gentis iſtos in conſuetudi
ne inſecute ſunt.

## De ſucceſſoribus machometi in oriente et occidente.

Ecundus punctus eſt de ſucceſſori
bus machōeti ſm̄ q̄ narrat Acon.
ep̄s in libro de rebus et ſtatu terre orienta-
lium poſt mortē machometi Sarraceni quē
dā ex diſcipulis machōeti loco ei⁹ elegerūt
quē vocauerūt calephā q̄ſi ſucceſſorem ſiue
heredem eo q̄ dignitatis et principat⁹ ma
chometi ſucceſſor exiſteret qui dignitateꝫ et
poteſtatem adeptus cepit p̄tē blādicijs ꝑtiꝫ
ꝯminatiōe et metu p̄plos ad ſe reuocare et
multitudinē hoīꝫ cōgregare Sꝫ q̄dā Aſca
li nomine ꝯtra p̄dictū calephā inuidia cōci
tat⁹ et idignatiōe ꝯmot⁹ ꝯcupiſcētia lucri et
ambitione ſecularis dignitatis tractus mo
dis quibus potuit per ſe et ſuos eideꝫ ſe op
poſuit et multipliciter expugnans non ceſſa
uit donec ipſuꝫ a principatu remouit. Poſt
hunc ergo quidā patruelis machometi no-
mine balij cū obtinuiſſꝫ pricipatū vehemē
ter cōmoueri cepit et indignari q̄ ſucceſſor
machometi vocaretur cū ſe digniorem ipſo
machometo reputaret et ꝓpheta eximiū cui
dn̄s familiarius q̄ machomet⁹ fuiſſet locu
tus ſe vellet ab omnibus exiſtimari hic eriḡ
et complices eius legi machometi maxime

detrahebãt et in ipſum multa maledicta ꝓ
ferebãt. Alios ritus et alias inſtitutõnes et
aliũ orandi moduꝫ quã tradidiſſet macho
metus predicantes. Illi aũt qui legem ma
chometi tenere voluerũt in partibꝰ oriẽtis
Calepham baldeſenſem ſtatuerunt qui in
tanto honore et reuerentia a ſuis habetur ꝙ
niſi mãdato auctoritate eius nullus quan
tumcunꝗ potens aut nobilis appellaretur
ſoldanus. et oẽs eius ſubditi tam reges ꝙ
alij. pedes eius ad terrã vſqꝫ ꝓſtrati reuerẽ
ter oſculantur. Succeſſores aũt balij de quo
ſupra fecimus mentionem cõtra ſingulareꝫ
orientis calephã. ſedem ſuã erexerunt in ter
ra egypti innumeris diuitijs et delicijs af
fluentes. Unde inter egyptios et oriẽtales
populos magna ſꝑ extunc fuit diſſenſio et
odiũ implacabile. et in lege diſcordia et cõ
tradictio ſarracenorũ populis in duas ꝑtes
diuiſis. quadã ꝑte balij et eiꝰ ſucceſſoribꝰ
adherente. maiori tñ parte conſentiente ma
chomete et ſucceſſoribus eius. poſt ꝙ vero
ſoldanus tpalem adminiſtrationeꝫ egypti
ſub dño ſuo calepha egyptio adeptus eſt. ti
mens ſibi eo ꝙ calephe non in merito mul
tis accuſantibus erat ſuſpectꝰ vt ipſe ſaladi
nus ad vllum ſuperiorem haberet reſpectuꝫ
ſed ipſi ſibi et ſoldanus eſſet. ac calepha ac
ceſſit ad dñm ſuum calephã egyptiũ tanꝙ
ei debitã et ſolitam vellet exhibere reueren
tiam. et claua ferrea quã geſtabat in mani
bus ex improuiſo ipſum ad terram ꝓſtra
tum eiecit. et per ꝓditionem occidit. omnes
aũt filios eius et cognatos et ſpeciales ami
cos vel interficere iuſſit. vl' carceri in ꝑpetuo
mancipari. extunc ſoldanus baldañ. ſolus
monarchiã et dignitatẽ taꝫ ſuper egyptios
ꝙ ſuper omnes alios orientales obtinuit
ſaladino compellẽte egyptios vt ei concor
diter obedirent et nullũ calephã alium inſti
tuere pſumerent. nec ritus alios ꝙ alij oriẽ
tales obſeruarent. Princeps aũt orientaliũ
ſarracenorũ omniũ qui legem machometi
obſeruãt potiſſimus qui caput impij ſui ci
dignitatem et regni ſui ſolium in ciuitatem
marchque quõdã carthago dicebatur collo
cauit. et nõ ſolum ethyopie et affrice ſꝫ etiã
hyſpanie in magna ꝑte dominatur. orienta
li calephe cũ vniuerſo populo ſuo ſubiectꝰ
eſſe recuſauit. Sed et ipm regem et calephã
reputans miramamolim id eſt regẽ gentiuꝫ
ſe et omnes ſucceſſores ꝑcepit appellari. lin
gua enĩ coꝝ mira idem eſt ꝙ rex mamolini
aũt gentium interptatur. Unde inter orien
tales et occidentales ſarracenos magnum
eſt ſciſma. et diſſenſionis ꝯplurimũ valeſ
xpianis. eo ꝙ iſti illis in ꝑlijs et expeditio
nibus ꝯtra nos renuũt pſtare ſubſidiũ reg
no ipſoꝝ in ſeipſo diuiſo et ex magna parte
diſſoluto.

De diuerſitate gentiũ que legem macho
meti ſuſcipere noluerunt.

t Ercıꝰ punctꝰ eſt de diuerſitate gen
tiũ qui legẽ machometi ſuſcipere
noluerũt Narrat ſupdictꝰ doctor libro quo
ſupra ꝙ multitudo gentiliũ et idolatraꝝ co
pioſa et maxime hij q̃ ſeptẽtrionalẽ inhabi
tant regionẽ circa paludes methidas et inꝑ
tibꝰ vulgarie et cormanie vſqꝫ ad fines hõ
garie et q̃ in cõfinio regni dacie et alijs pti
bꝰ adiacẽtibꝰ cõmorant̃ machometi legem
recipe noluerũt et qꝛ ab alijs ſarracenis ori
entalibꝰ et occidẽtalibꝰ valde remoti ſunt ꝑ
metũ vel violentiã nõ potuerũt ꝯpelli vñ vſ
qꝫ hodie q̃dã coꝝ errorẽ vetuſtũ retinentes
ydola colũt venerant̃ adorãt. Alij ãt more
pecudis nec legẽ nec ſcripturã nec lr̃as vllaſ
habẽtes arbores et arbuſta et pecudes et ge
neraliter q̃cq̃d in mane caſu aliquo primuꝫ
eis occurrit illud ꝓ deo reputãtes ꝑ totum
diẽ colũt et adorãt Quidã aũt ex eis ſe veꝝ
et ſummũ deũ ignorare cõfitentes. putãtes
deũ tñ ignotum aliquo placare ſacrificio et
obſequio venerari carnes vel panẽ ſeu aliã
huiuſmõi oblationẽ in altũ ꝓiciũt in hono
rẽ illiuſq̃ deꝰ ẽ et habitat in excelſis clamã
tes et dicẽtes eiꝰ ſit oblatio hecq̃ ſuꝑ oẽs ẽ
et ſũme diuitatiſ int̃ alioſ obtinet pricipatũ

De diuerſitate paganoꝝ in ꝑte ſarracenos
imitantium.

Uartꝰ pũctꝰ eſt de diuerſitate gen
tium q̃ in aliquo imitant̃ ſarrace
noꝝ legẽ differunt et in alijs. et primi dicũt̃
torcomani qui in terra turcoꝝ inhabitant
hij traxiſſe credunt̃ originẽ ſeptẽtrionalibꝰ
ſarracenis ſupradictis. Unde nomine ꝯpo
ſito a thurcis et comanis appellant̃ turco
mani De turcis ſiq̃dem ex antiquis orienta
liũ hiſtorijs certũ habemus ꝙ ex ſeptentri
onali regione exeũtes ꝑſaꝝ fines ingreſſi nõ
ſolũ regionẽ illã ſꝫ vniuerſas fere oriẽtales
ꝓuincias armato manu occupauerũt violẽt

extunc aũt gens illa prius rudis et inculta:
nec habent certam manſionem ſed paſſim
cum vxoribus et filijs et pecoribus vagãs
et paſcuarũ cõmoditatẽ ſectans regem ſibi
prefecit ciuitates et opida poſſidere incipiẽſ
agriculture dans operaꝫ que prius depec: alio
tamen viuebat acciura ſibi ciuilia conſtitu
ens hi autem qui ſua raditate permanentes
priorem viuendi modum deſerere noluerũt
appelati ſunt turcomani. In multis autem
imitantur illos ſaracenos qui bedumi dicũ
tur. Iſti beduini ex arabum gente principa
liter ceperunt originem de quorum ſtirpe di/
cunt deſcendiſſe machometum. Hi autẽ dog
matizantes ꝙ diem mortis a deo ſibi cõſti/
tutũ nec punire poſſunt nec preterire. nunꝙ̃
ad pugnam armati ꝓcedunt ſed ſolũmodo
camiſiati populis more feminarũ capita in
uoluentes lanceis et enſibus tantummodo
vtentes et lꝫ leuiter et de facili conuertantur
in fugã alios tãtũ ſarracenos timidos et ig
naros reputant qui ſpicula et ſagittas alon
ge iaculantur ſunt aũt non ſolum xp̃ianoꝝ
ſed et etiam ſarracenoꝝ et ꝓditores menda
ces et cõſtantes et amici fortune et dupli
via gradientes his quos cernunt preualere
libenter adherentes. Portant etiã in capitu
lo pilleos rubeos cũ pepulis in tentoriis de
pellib⁹ animalũ habitantes. omnis etiam
pellibus et caprinis pleruꝗ veſtiunt᷑ nullã
aũt habentẽ certaꝫ manſionẽ in campeſtrib⁹
et paſcuis turmatim ꝑtibus incedentes va
gi habitant paſcuũ᷑ vbertatẽ ſectãtes diuer/
ſa regiones circuiũt lacte viuentes et anima
lium copioſaꝫ multitudinẽ ſecũ trahentes.
Ipſi aũt penitus ocioſi tam equoꝝ ꝙ̃ peco
rum vxoribus ſuis ꝓcurationẽ relinquunt.
Sunt et alie gentes ex orientalibus ꝑtibus
q̃ legẽ machometi cuſtodiũt excepto ꝙ mo/
re xp̃ianoꝝ ad ortũ ſolis adorant eo ꝙ pa/
tres eoꝝ qui xp̃iani fuerũt hunc modũ orã/
di cis relinquerunt ab alijs ſarracenis here
tici et ꝓphani reputant᷑ ex quib⁹ nõnulli ip
ſum ſolũ deũ ſummum reputant eo ꝙ inter
omnes creaturas viſibiles ꝑcellenteꝫ habet
pulcritudinẽ. Sunt aũt quidã alij miſerabi
les homines in mõtanis circa iuga libani
in ꝑtib⁹ tripolitanis cõmorãteſ qui lꝫ ex ꝑte
legem machometi obſeruẽt. dicũt tñ ſe legẽ
alterã occultã habere quã nõ licet alicui reue
lare niſi filijs eoꝝ cum iã adulte ſint etatis
vt ſecreta pueriliter nõ reuelẽt vel mortis ar
ticulo imminente cũ patres in extremis la/
borantes ſpẽ euadendi nõ habent. Vxores
aũt eoꝝ et filie in lege maritorũ et parentuꝫ
ſuoꝝ ignorantes legẽ illã dicũt ſe credere ꝙ
ſi forte filius leuitate illã legẽ quaꝫ vocant
occultã matri ſue reuelant. vxor a marito et
filius a patre abſꝗ vlla retractione necaren
tur. Hi aũt ꝑter morem alioꝝ paganoꝝ vi/
nũ bibunt et carnes porcinas edũt ab oib⁹
alijs tanꝙ̃ heretici legiſ reprobant᷑. Ipi etiã
peſſima et abbominabilia et ſexui feminee
ↄtraria in occulto turpiter operant᷑ ſicut illis
narrantibus qui ab illis receſſerũt cognitũ
eſt timen ne vxores eoꝝ eos relinquerẽt vel
contemptui haberent ſi execrabiles rit⁹ eo/
rũ et immũdicias ſecte plenariſſime cognoſ/
cerent. Eſt etiã in ꝓuincia fenicis circa fineſ
ciuitatis Entbadeſis qui hodie vulgariter
appellat᷑ tortaza quidã populus ſcopulis et
montib⁹ vndiꝗ circũcluſus inhabitans ha
bẽſ caſtella. x. fortiſſima. et ꝓpter viaꝝ angu
ſtias et rupes inacceſſibiles. inexpugnabi/
lia cum ſuburbanis et vallib⁹ oim̃ fructuuꝫ
et frugũ fertilitate fecũdiſſimis et amenita/
te iocũdiſ. hoꝝ aũt hoiꝫ q aziſini nũcupãt᷑
multitudo numerum. xl. M. excedere dicit᷑
Preficiunt autem ſibi capitanium non ſuc/
ceſſione hereditaria ſed prerogatiua merito
rum quem ipſi veterem ſeu ſenem appellãt
non tam prouecte etatis ratione. ꝙ̃ pruden
tia dignitatis preeminentia. Primus autẽ
et ſummus in tauſte religionis eorum ab/
has et locus vnde principium habuerũt in
partibus eſt orientaliuꝫ valde remotis ver
ſus ciuitatem baldorenſem et partes perſi/
dis ꝓuincie. Hi autem vogula nõ ſindẽtes
neꝗ ſanctum a prophano diſcernentes om
nem indifferẽter obedienciam ſuperiori ſuo
exhibitam ſibi credũt eſſe vite eterne merito
riam. Unde tante ſubiectionis et obedien/
tie vinculo magiſtro ſuo quem ſenem nomi
nant aſtringunt ꝙ nil ita ꝑiculoſum eſt aut
difficile ꝙ ad mandatum domini ſui hilari
animo et ardẽti volũtate amplecti et ꝑficere
vereant᷑. Senex autẽ dñs eorum pueros de
populo ſuo in locis ſecretis et delectatiõib⁹
facit nutriri et diuerſis ideomatuꝫ generib⁹
diligenter imbutos et inſtructos ad varias
ꝓuincias mittcum cultellis vt potentes ho
mines taꝫ ex xp̃ianis ꝙ̃ ex ſarracenis vl' quia

et aliqua cauſa habet eos odio vel ad p̄ces
amicorum ſuoꝝ ſeu etiam ꝓpter immẽſe pe
cunie precium ſibi datum mandat occidi ꝓ
mittens ꝓpter huiuſmodi mandati executi
oneꝫ longe maiores delicias habituros in
paradyſo ſine fine poſt mortem ꝙ̄ fuerit ille
in quib⁹ fuerãt nutriti ꝙ ſi ꝓpter huiuſmõi
obedientiã eos mori contigerit martyres a
ſuis iudicanꝫ et inter ſanctos ab illo popu/
lo deputati in ſumma habentur reuerentia
Parentes vero coꝝ a magiſtro qui ſenex di
citur multis muneꝛib⁹ ditanꝫ. et ſi ſerui erãt
decetero liberi dimittunꝫ. Unde miſeri ad/
oleſcentes ſeducti de conuento p̄dictoꝝ fra/
trum ad varias ptes mũdi tranſmiſſi cũ tã/
to gaudio et deſiderio legationẽ mortiferaꝫ
ſuſcipiunt et cum tanta diligentia et ſollici/
tudine ꝑficiunt ſeſe varijs modis tranſfigu
rantes et aliarũ nationũ ritus et habitũ ſibi
aſſumentes. aliquando in ſpecie mercato/
rum quandoqꝫ in ſpecie deriorum ſeu mo/
nachorum et infinitis alijs modis ſeſe o/
cultantes ꝙ vix aliquis in vniuerſo mũdo
a deo caut⁹ eſt q̄ ſibi poſſit ab coꝝ inſidijs
precauere contra inferiores pſonas aliquid
machinari dedignanꝫ Potentes aũt quib⁹
ipſi aduerſanꝫ vel p̄cio magno ſe redimunt
vel armati incedentes cuꝫ caterua ſatelli/
tum cum ſuſpitione et metu mortis ſemper
incedunt. Hi aũt ſuper omnes alios ſarra/
cenos legem machometi et eius inſtituta di
ligenter et artiſſime ſeruauerunt vſqꝫ ad tẽ/
pora cuiuſdam magiſtri ſui qui naturali p̄/
ditus ingenio diuerſarũ ſcripturaꝝ excitat⁹
ſtudio xp̄ianoꝝ legem et xp̄i euãgelia cepit
cum omni diligentia legere et pſcrutari ãmi
rans criſti miraculoꝝ virtutẽ et doctrine ſan
ctitatem ex quoꝝ compaſſione et irrationa/
bilem cepit abhominari machometi doctri
nam. et tandem cognita veritate ſubditos
ſuos artes maledicte legis ſtuduit paulatiꝫ
reuocare Unde exortatus eſt eos et manda
uit ꝙ vinũ cuꝫ modeſtia biberent et carnes
porcinas manducarent. Tandem vero poſt
multas amonicõões et varias doctoris ſue
p̄dicationes in hoc oẽs ꝯcorditer ꝯſenſerũt
ꝙ relicta machometi pfidia percepta baptiſ
matis gratia efficerentur criſtiani. Ita tñ ꝙ
eiuſdem ꝯditionis eſſent et libertatis vt alij
xp̄ianoꝝ lege ſubiecti iſti erant tunc tempo
ris fratribus milicie tẽpli tributarij duo
milia biſancioꝝ eiſdem annuatim pſoluen
tes ꝓ ſecuritate cuiuſdam terre ſue que in cõ
finio terre p̄dictoꝝ fratrum ſita erat qui mul
tas eis moleſtias occaſione ciuitatis infer/
re cõſueuerant. Prefatus aũt aziſimoꝝ ma
giſter vnum de familiaribus ſuis virũ elo/
quentem prudentẽ et ſtrenuũ de quo pluri/
mũ ꝯfidebat miſit ad regem iheroſolomita
nũ Rex aũt intellecta cauſa legationis pro
tanti populi viſitatiõe et animaꝝ a laqueis
diaboli liberatione deo gratias agens. Nũ
cium ſenis cum ſummo honore et gaudio
magnifico recepit et ipm̃ ad ꝓpria reuertẽtẽ
vt domino ſuo bonã regis et xp̄ianoꝝ volũ
tatem et magnum deſideriũ denunciaret et
vſqꝫ ad fines terre ſue deduci p̄cepit que dũ
fines ſuos iã fere ingreſſurus tripolim per/
tranſiſſet quidam ex noſtris vir belial et ini
quus dei timoreꝫ añ oculos ſuos nõ appo
nẽs hominem de regio ducatu et fidei xp̄i/
anoꝝ ſinceritate cõfidentem improuiſã nil
añ ſibi metuentem in detrimentũ xp̄iani no
minis et maxime eccleſie orientalis occidit
Unde popul⁹ ille qui tanꝙ̄ planta nouella
nondũ radicatus erat in fide cuꝫ ira magna
et indignatiõe fidẽ nr̃aꝫ reſpuens et nr̃oꝝ cõ
ſorciũ ſuſpectũ hñs a tã ſcõ et honeſto ꝓpo
ſito reſiliuit et vſqꝫ ad tempus pñs xp̄ianoſ
et dei eccleſiã pſequi et infeſtare nõ preter/
miſit. In vno igitur corpali homicidio pre
dictus ille proditor animas innumeras in
terfecit. Hijs igitur et alijs innumeris mon
ſtruoſis hominib⁹ miſerabilis regio orien
talis corrupta eſt et alie ꝙ̄ plures eius pni/
cioſo exemplo ſunt coinquinate cõtagio.

De bello ſarracenoꝝ per argumenta contra
fidei fortalicium.

Ctaua ꝯſideratio hui⁹ libri eſt de
bello ſarracenorũ per rõces ꝯtra no/
ſtrũ fidei fortaliciũ ſuo ceco iudicõ
nimium efficaces non atendentes ꝙ eſt tur
ris fortitudiniſ a facie inimici et vt collige
re potui ex diuerſis libris. x. ſunt argumẽta
quibus inſultant ꝯtra nos. Primum ꝯtra
Triceſimum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa annum domini ſeptingenteſimũ octuageſimũ ſeptimum regnãte in regno caſtelle alfõſo ſecundo filio regis fruela qui dictus fuit caſtus eo ꝙ ſemp caſtitatem ſeruauerit licet habuit vxorem que ſcḋm aliquos fuit ſoror karoli magni ſupra dicti. Tunc quidã potens ſarracenus cui' nomẽ mechaij cũ multitudine graui intrauit aſturias et incepit deſtruere totam terram contra quẽ predictus rex alfõſus caſtus collecto exercitu chriſtianorũ ſeceriter iuit bellauitq; cum eo in quodam loco qui dicitur ledos et deuicit eum ac occidit et perierunt in bello .lx. milia ſarracenorũ multa alia bella vicit et loca plurima obtinuit ſicut infra dicetur et abſtulit timorem a cordibus chriſtianorũ contra ſarracenos et regnauit .lii. annis dilectus a deo et hominibus ſepultus eſt apud ouetum in eccleſia ſancte marie.

Uincunt ſarraceni et portant ſarracenorũ terram narbona vſq; ad ciuitatem cordubẽſeꝫ. ꝓ meſquita ſarracenorũ conſtruẽda.

Triceſimũ primum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa annum domini ſeptingenteſimũ nonageſimum primum. Tunc item amiramamoliꝫ miſit vnum potentem ſarracenum cuius nomen erat abdemalich cum exercitu magno vt deſtrueret terram chriſtianorũ. Jlle ergo direxit iter ſuum contra ciuitates gerundã et narbonam quas cum obſediſſet poſt multa certamina obtinuit eas et multa alia loca circũquaq; poſuitq; eas ſub ditiõe ſui domini item et tot fuerũt ſpolia que habuit ꝙ quinta pars deputata item amiramamolim fuit .xlv. mille duplarum auri et cum his diuitijs perfecit predictus item meſquitam cordubeñ. quem ſuus pater inchoauerat que nunc eſt eccleſia maior ibidem. et intantum predictus abdemelech oppreſſit chriſtianos illius patrie ꝙ fecit memoriã illius facti et dominij ꝙ deducerẽt in curribus in ꝑdicta ciuitate narbone vſq; ad ciuitatem cordubẽſem tantam multitudinem terre ꝙ ex ea predictus item fecit fieri vnam meſquitam infra fortalicium predicte ciuitatis cordubenſ pluresq; alias meſquitas renouauit et de nouo fecit.

Uincunt chriſtiani et capitur narbinona a karolo magno.

Triceſimum ſecundum belluꝫ inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa annuꝫ domini ſeptingẽteſimũ nonageſimumquartum. Tunc karolus magnus rex francorum de quo ſupra dictum eſt in bellis .xxviij. et .xxix. congregauit magnum exercitum et venit contra ciuitatem barchinoneñ.

quia ſarraceni eam violenter ceperant cum eſſet ſub eius dominio bellauitq; cu; eis et obtinuit ciuitatem ſed paucis elapſis diebus perdidit eam.

Vincunt chriſtiani et perimuntur duo duces exercit⁹ ſarracenorum ſub rege alfonſo caſto.

t Riceſimumtercium bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa annū dñi octingenteſimūdecimū tēpore ſupradicti regis alfonſi caſti. Tunc duo exercitus ſarracenorum intrauerunt galeciam dux vnius exercitus dicebat abodales dux vero alterius melchi. Sed ſicut ipſi intrauerunt animoſe ſic fuerunt expulſi viriliter q2 poteſtas predicti regis alfonſi caſti pugnauit cū eis victiq; ſunt ſarraceni et multi eo2 mortui. Alij vero fugierunt ſed chriſtiani inſequentes eos occiderunt vnum ducem eorum in loco qui dicitur naron. Alterū vero ducem perimerunt in flumine qui dicitur cepba.

Vincunt chriſtiani et perimitur ozes rex mende per regem alfonſum.

Riceſimumquartum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini octingenteſimovndecimo. Tūc enim rex ozes mende congregauit magnu; exercitum et venit vt percurreret terra; regis alfonſi fixitq; ſua tentoria ſuper benauentū quod cu; ſciuit predictus rex alfonſus caſt⁹ venit ſceleriter cōtra eum bellauitq; cum eo et occidit eum plurimiq; de exercitu ſarracenorum ibi perierunt. In quo bello oſtenſa eſt fortitudo bernardi filij comitis ſauxij didaci quia multos ex ſarracenis perimit

Vincunt chriſtiani et occiditur rex badayos per regem alfonſum caſtum.

Riceſimumquintum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini octingenteſimoduodecimo. Tunc altaman rex paſcenſis que vulgariter dicitur badayos congregato magno exercitu venit ſuper ſamorā et obſedit eam. Rex autem alfonſus caſtus predictus preparauit ſe potentiſſime et venit contra eum bellauitq; cum eo et occidit eum ac plurimos ſarracenos cū eo et q̇ potuerunt euadere fugierunt ſed rex alfonſus inſecutus eſt fugiētes viriliter et multos eoru; interfecit ſic ꝙ pauciſſimi fuerunt qui euadere per fugam potuerunt

Vincunt chriſtiani et perimuntur vltra xij milia ſarracenorum per regem alfonſu; caſtum.

Riceſimumſextum bellu; inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno ſequenti ſcilicet octingēteſimotredecimo Tunc intrauit vnus magnus exercitus ſarracenorum in terram ſupradicti regis alfonſi caſti. Et cu; ſarraceni gloriarentur in multitudine ſua diuiſi fuerunt in duas partes quarum vna iuit contra locū illum vbi erat predictus rex alfonſus Cum ergo ſciuit rex alfonſus caſtus audacter iuit contra poluezeram. Altera vero contra eos cum exercitu ſuo et fecit ſimiliter duas partes ſui exercit⁹ et cum vna miſit bernardum de quo ſupradiximus contra illos ſarracenos qui ibant verſus poluczeram. et ipſe iuit cum altera ꝑte contra alios venientes ad ſe. Bernardus vero inuenit ſe cum parte ſua et habuit pliū magnum cum illis ſarracenis in loco qui dicitur valde moro qui eſt in fontana portugalie et deuicit eos et plurimos ex illis interfecit. Sed rex alfonſus inuenit ſe cum altera parte que ibat contra eum et pugnauit cum illis prope flumen de orneſo et interfecit ibi. xij. milia ſarracenorum et deinde inſequens eos tot fuerunt occiſi ꝙ pauciſſimi euaſerunt. et tunc rex alfonſus redijt de illo bello ditiſſimus ex ſpolijs ſarracenorum

Vincunt chriſtiani et perimitur proditor machometus et caſtrum ſancte criſtine capitur per regem alfonſum caſtum.

Riceſimumſeptimum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini octingenteſimodecimooctauo. Tunc ſarracenus quidam nomine machometus qui cum multitudine magna ſaracenorum venerat de menda ad rege; alfonſu;

vt viueret cum eo predictus rex benigne cuꝫ
recepit in vaſallum et iurauit illi ſarracenus
ꝙ pro ſemper eſſet fidelis regi alfonſo pro⸗
pter quod ꝑdictus rex ꝑcepit ꝙ habitaret cū
multitudine ſua in galetia. Sed qꝛ predictꝰ
ſarracenus erat proditor ſicut bellauit cōtra
abdarramen filiuꝫ albarcaramoſi regis cor
duben̄. et videns ꝙ non poterat eum occide
re ex timore cōcepto venit ad predictum re⸗
gē alfonſum ſic trāſactis duobꝰ annis poſt
ꝙ fuit in galetia aſſumpſit euꝫ diabolus et
eleuatus in ſuperbiam voluit ſimiliter face
re proditionem contra regem alfonſuꝫ q̄obrem
congregauit magnum exercitum ſar⸗
racenorum et incepit percurrere et deſtruere
totam terram. ꝙ cum rex alfonſus caſtus co
gnouit congregato exercitu ſuo venit ſuper
illum ſarracenum et licet ipſe nimium confi
deret in multitudie militie ſue quādo ſciuit
ꝙ rex alfonſus veniebat ſuper eum ꝑdidit
cor et concepto grandi timore eleuauit ſe cuꝫ
ſuis in quodam caſtro quod dicitur ſancta
xp̄iana et rex alfonſus obſedit eum ibidem
et fecit fieri multas foueas circūquaqꝫ et per
forauerunt caſtruꝫ in multis locis. Cū ergo
ille ſarracenus vidit ꝙ tantum anguſtiabā
tur et ꝙ nihil aliud reſtabat ſibi niſi mors
cum multitudine ſarracenorum haberet re⸗
ſumpto corde exiuit extra caſtrum et pugna⸗
uit cum rege alfonſo ſed in fine fuit victus
ſarracenus ille cuꝫ omnibus ſuis et ip̄e fuit
captus et caput eius abſciſum eſt. Sꝫ et rex
ſtatim caſtrum illum cepit et mortui ſunt in
bello illo vltra. l. milia ſarracenorum et plu
res eorum deduxit captiuos. Et ſic reuerſꝰ
eſt rex alfonſus onuſtum magnis cum diui⸗
tijs et honore. Predictus rex alfonſus caſtꝰ
regnauit. xli. annis et mortuus eſt Succeſſit
ei in regno Ramirus primus filius regis
bermudi.

Vincunt chriſtiani et capitur iterum ciui
tas barchinone

Viceſimumoctauum bellum inter
ſarracenos et chriſtianos accidit
anno domini octingenteſimodecimonono
Tunc multitudo chriſtianorum venit ſuper
ciuitatem barchinone quam ceperant ſarra
ceni. Poſtꝙ karolus magnus ipſam conq̄
ſtauit. Cum ergo predicta multitudo chriſti
anorum venit obſedit ciuitateꝫ et poſt mul⸗
ta certamina capta ē ciuitas a chriſtianis et
tota terra circūquaqꝫ. mortuiqꝫ ſunt ibi plu⸗
rimi ſarraceni. Albaca vero amiramamo⸗
lim cum exiuit congregauit exercitum ſuuꝫ
vt veniret ad recuperandum terram perditā
et cum ſe prepararet ad viam percuſſus eſt
quadam infirmitate de qua mortuus eſt et
ſic ceſſauit tempeſtas illa.

Vincunt chriſtiani occiſis. lxx. milibus
ſarracenorum.

Viceſimumnonum belluꝫ inter ſar
racenos et chriſtianos accidit anno
domini octingenteſimoviceſimoſecūdo im
perante Ludouico karoli magni filio et ſe⸗
dente in cathedra petri Eugenio papa. Ac
regnante in regno legiōis ramiro rege filio
regis Barremudi. Hic autem rex ramirus
ſucceſſit in regno regi alfonſo caſto ex eius ꝑ
cepto in morte. Cum ergo audierint ſarra⸗
ceni ꝙ iſte regnabat miſerunt ſibi nuncios
ꝙ ſi volebat habere pacem et amorem cum
eis ꝙ daret eis quolibet anno centum do⸗
micellas chriſtianas quibus matrimonio
copularentur ſicut fecerat oliꝫ rex maurega⸗
tus et ꝙ quinquaginta illarum eſſent filie
nobilium. Alie vero quinquaginta filie ci⸗
uium et burgenſium quam ambaſiatam cū
rex ramirus audiuit non modicum diſpli⸗
cuit ſibi quia rem tāinhoneſtam et excomu⸗
tam ſibi nunciabant et propterea congrega⸗
uit ſtatim magnum exercitum et fuit ad per
currendum ſubito terram ſarracenorum per
ueniteqꝫ vſqꝫ ad naijaram deſtruendo et cō⸗
burendo villas et caſtra et quicquid inuenie
bat ꝙ cum peruenit ad noticiam ſarraceno
rum congregati ſunt omnes ſimul in vnum
contra eū quaſi innumerabiles et habuerūt
prelium cuꝫ eo in quodam loco qui dicitur
alnella et chriſtiani fuerunt in bello illo q̄ſi
victi et retro ceſſerunt paulatim retrahendo
ſe a ſarracenis quouſqꝫ peruenerunt ad col⸗
lem vnuꝫ qui dicitur clauno et nox tenebro
ſa cepit eos ibi propter quod diuiſi fuerunt
exercitus abinuicem. Cum ergo chriſtiani
eſſent congregati in colle illo multis lachri
mis orationes fundebant ad deū ne eos re
linqueret ſed ſuccurreret et iuuaret contra il
los inimicos ſuos permanentibꝰ ergo illis
in orationibus aſſiduis vt dictum eſt. Rex
ramirꝰ ſōno grauatꝰ obdormiuit et in ſōno
illo apparuit ei apoſtolꝰ iacobꝰ dixitqꝫ ſibi

Sciaſ rex ramire ꝙ cum dominus noſter
ihesus christus diuiſit omnibus fratribus
meis apoſtolis omnes terre prouincias mi
bi ſoli dedit in cuſtodiam totam hyſpaniaꝫ
vt eam cuſtodirem a manibus inimicorum
fidei et poſtꝙ hec dixit ſibi appropiquauit
eidem et accepit eum per manum dixitqꝫ ei
ſis fortis animo et bene firmus quia ego ſū
apoſtolus christi iacobus et ſcias ꝙ venio
ad te iuuandum contra inimicos tuos et in
veritate certitudinaliter ſcias ꝙ deuinces eoſ
cum adiutorio dei. Dico etiam tibi ꝙ multi
de tuis quibus preparata eſt eterna quies
recipient ibi mortem et vt in nullo iſtorum
que tibi dico dubites videbis me tu in bel/
lo ambulantem in equo albo magnum ve
xillum geſtantem. tu ergo ſtatim cum omni
bus tuis valde mane confitebimini de om
nibus peccatis veſtris et recipiatis corpus
et ſanguinē domini noſtri ihesu christi que
poſtꝙ feceritis in nullo dubitetis intrare p̄
lium barbarorūꝫ vulnerando illos et inuo
cando nomen dei et meuꝫ quia certitudina
liter ſcies ꝙ om̄s deuinces quibus dictis
apoſtolus dei diſparuit ante eum. Rex
autem ramirus excitatus a ſomno ſurrexit
precepit ꝙ vocarentur epiſcopi et abbates
et omnes alij nobiles ſui palacij qui cū ipo
erant et narrauit eis omnia que viderat et
audiuerat que ei dixerat apoſtolus iacob⁹
perceptis ergo diuinis ſacramentis ingreſſi
ſunt prelium in dei nomine et apoſtoli iaco
bi ante ſe et ſtatim cum ingrederentur preliū
apparuit eis apoſtolus iacobus ſicut pmi/
ſerat confortans eos ad bellum ſed et ipſe
terribiliter percutiebat ſarracenos. chriſtiani
autem cum viderunt apoſtolum iacobum
eos confortantem et magnam cedem in ſar
racenos facientem irruerunt viribus virilit
in hoſtes confidentes in adiutorio dei et a
poſtoli iacobi magnis vocibus acclaman/
tes et dicentes deus adiuua et ſancte iacobe
et ſtatim ſarraceni fuerunt victi et mortui
ſunt ex eis ſeptem milia et qui euadere po/
tuerunt per fugam liberati ſunt. Tunc cepit
rex ramirus calagurrā et plura alia caſtra et
deinde redijt legionem diues et honoratus
et ex illo die habuerunt chriſtiani in conſue
tudine cum ingrediuntur bella cum ſarrace/
nis inuocare dicendo deus adiuua et ſācte
iacobe. et tempore iſtius regis incepit ordo
ſancti Jacobi. Unde ſarracenis inſecuta eſt
infelicitas ex illo etiam tunc nunꝙ fuerunt
auſi petere a chriſtianis reddit⁹ neqꝫ parias
domicellarū cum nimiū opprimeret eos p̄/
dictus rex ramirus in fortitudine dei et apo
ſtoli iacobi. Predictus rex ramirus fuit mi/
tis et pius bonis. ſed terribilis et fortis ma
lis quia latronibus extrahebat oculos diui
natores et incantatores ignib⁹ comburebat

Vincunt chriſtiani ſolutis ſeptuaginta
nauibus igne.

Quadrageſimū bellum inter ſarrace
nos et chriſtianos accidit āno dn̄i
octingenteſimouiceſimoquarto. imperante
predicto Ludouico et ſedēte in cathedra pe
tri valentino papa. Tunc applicuerunt ad
portum galetie normanni qui erant gentes
crudeliſſime et pagane neqꝫ vnꝙ fuerūt vi/
ſe in terra illa. Et venerunt ibi in multitudi/
ne magna non ſolum hominū ſed etiam na
uium. ꝙ cum predictus rex ramirus audi/
uit ſtatim congregato ſuo exercitu iuit illuc
contra eos et pugnauit cū eis in loco qui di
citur delpharo. Sed licet normāni eſſent gē
tes aſpere et fortes victi tamē fuerūt et mul/
ti ibi perierunt et qui euadere potuerunt per
mare fugerūt et perdiderunt ibi. lxx. naues
quas ignibus cōcremauit rex ramirus. Lu
cratiqꝫ ſunt ibi chriſtiani magnas diuitias
et reuerſus eſt predictus rex in ciuitatem le/
gionenſem cum magnis diuitijs et honore
Regnauit autem ſex annis et mortuus ē fe
liciter ac ſepultus ē in ciuitate ouetē. et ſuc/
ceſſit ei in regno ordoneus ei⁹ prim⁹ filius:

Vincunt chriſtiani occiſa plurima ſarrace
norum multitudine.

Quadrageſimumprimum bellum
inter ſarracenos et chriſtianos acci
dit anno domini octigenteſimovi/
ceſimoſexto imperante ſupradicto Ludoui
co et ſedente in cathedra petri gregorio. iiij.
ac regnāte in regno legiōis ordoneo ſupra/
dicti regis ramiri filio. Cum predictus rex
rediret de vaſconiaꝗ ei rebellauerat in prici
pio regni ſui et p⁹ occaſiōeꝫ pluriū illoꝝ illā
ſubiugaſſꝫ nūciatū ē ei quō magn⁹ exercit⁹

ſarracenorum veniebat ꝯtra eum quo audi
to animoſe venit contra eos pugnauitqꝫ cū
eis et deuicit eos plurimis eorum trucida-
tis reliqui vero fugierunt et reuerſus eſt cū
victoria et honore ac cum plurimis diuitijs
et multitudine captiuorum. Iſte rex fuit mi
tis et piꝰ executor iuſticie et populauit mul
tas ciuitates exquibus rex alfonſus caſtꝰ
expulerat ſarracenos et extūc māſerūt deſte

Vincunt chriſtiani captis duobus duci-
bus ſarracenoꝝ.

Quadrageſimumſecundum bellum
inter ſarracenos et chriſtianos acci
dit anno ſequenti ſcilicet octingenteſimovi
ceſimoſeptimo. Tunc enim dux quidam ſa
racenus noīe muca ab eucatin cū multitudi
ne magna venit incathaloniā vbi fecit plu
rima damna deinde tranſiuit in prouinciā
et frāciam percurrēs et deſtruēs quicquid
inuenire poterat vbi plurimos xpianos in
bello occidit et cepit duos xpianorum du-
ces quoꝝ vnus dicebatur ſaucius Aliusve
ro petrus et oneratos ferro carceribus man
cipauit.

Vincunt chriſtiani peremptis innumera-
bilibus ſarracenis.

Quadrageſimumterciū bellū inter
ſarracenos et chriſtianos accidit an
no domini octingenteſimouiceſimonono.
Tunc predictus muca ſarracenus eleuatus
in ſuperbiam cum exercitu magno venit vt
percurreret terrā regis ordonei predicti et ce
pit vnū locum qui dicebatur albaida et cir-
cundedit eam muro forti et turribus pluri-
mis quod cum ſciuit predictus rex ordoneꝰ
congregato exercitu ſuo venit velociter et ob
ſedit predictum caſtrum tūc predictus muca
non erat ibi ſed ſtatim cum audiuit ꝙ vene
rat rex ordoneus et obſederat caſtrum al-
baide venit citius quo potuit vt ſuccurreret
caſtro et cum peruenit ad montem qui dicit
gardulſio fixit ibi tentoria ſua. Rex autem
ordoneus cum cognouit hec diuiſit exerci-
tum ſuum in duas partes quarum vnā di
uiſit in obſidione caſtri. et cum altera occur-
rit predicto muce ſarraceno. bellauitqꝫ cum
eo et perempti ſunt ibi gladio xpianorum
vltra duodecim milia de militibus ſarrace-
norū exceptis peditibus quorū cedes fuit
quaſi innumerabilis mortuus eſt etiam ibi
quidam gener muce qui dicebatur dan. Sꝫ
et ipſe muca tribus vulneribus lancearum
percuſſus cum paucis que remāſerunt fugit
a bello dimiſit i bello quecūqꝫ habebat col
ligerunt ergo xpiani ſpolia campi et inuene
runt diuitias vltra modum et regreſſi ſunt
cum rege ordoneo in caſtrum. Et poſt ſeptē
dies cepit ipſum et interfecit omnes ſarrace
nos quos intus inuenit et captiuabat muli
eres cum paruulis earū. Deſtruxitqꝫ caſtrū
vſqꝫ ad fundamentum et reuerſus eſt in ter-
ram ſuam cum diuitijs et honore. Cum pre
dicta que acciderant muce cognouit quidā
eius filius cuius nomen erat lupus qui pre
ſidebat toleti timore magno percuſſꝰ cepit
quecunqꝫ habebat et venit ad regem ordo-
neum factuſqꝫ eſt eius vaſallus quipoſtea
pro regis ordonei ſeruitio multa bella ꝯtra
ſarracenos ſuperauit ſemper victor exiſtēs.

Vincunt chriſtiani occiſo rege Corie ſar
raceno.

Quadrageſimūquartum bellum in-
ter ſarracenos et chriſtianos accidit
anno ſequenti ſcꝫ octingenteſimotriceſimo.
Tunc enim ꝑdictus rex ordoneus produxit
exercitum ſuum magnum et iuit ad percur-
rendum terrā ſarracenorum que dicitur ge-
ſte et corea. Rex autem ſarracenus predicte
ville que dicebatur ſeijth exiuit contra eum
et commiſſum eſt durum bellum nimis ſed
finaliter victus fuit rex ſarracenꝰ et mortuꝰ
ibidem cum multitudine ſarracenorum et
rex ordoneus cepit tunc villam et inuenit in
tus multitudinem ſarracenorum cū mulie
ribus et filijs quos omnes deduxit capti-
uos et muniuit villam illam ac dimiſit in fi
deli cuſtodia.

Vincunt chriſtiani et capitur ciuitas ſala
mantina a rege ordoneo

Quadrageſimumquintum bellum
inter ſarracenos et chriſtianos acci
dit eodē ſupradicto anno qꝛ cū ſupradictꝰ
rex ordoneꝰ rediret de ꝑdicto bello victoria

habita venit cum exercitu ſuo ſuper vnū ſarracenum qui dicebatur moiſcios et dicebat ſe regem ſalamantinum habuitq̧ belluꝫ cū eo et victus eſt rex ſarracenus cuꝫ omnibus ſuis et cū cede plurima ſarracenoꝝ et tūc rex ordoneus ingreſſus eſt ciuitateꝫ et captiuabat ſarracenos plurimos cum mulieribus et paruulis quos intus inuenit et reuerſus eſt ad legionem cum magnis diuitijs et bonore

Vincunt ſarraceni et occiduntur propetum octo milia chriſtianorum.

Quadrageſimumſextum bellū inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini octingenteſimotriceſimoquito. Tunc ſarraceni ciuitatis toleti audientes ꝙ abdarramen amiramamolim hyſpanie erat mortuus qui reliquerat xv. filios et xij. filias et ꝙ machometus eius filius regnabat pro eo rebellati ſunt et miſerūt veloces nuncios predicto regi ordoneo ꝙ daret eis adiutorium cōtra eum rex autem ordoneus noluit ire illuc in perſona ſed miſit eis vnuꝫ filium ſuum cum magno exercitu aſturianorum et nauarrorum. Cum aūt predictus machometus hoc ſciuit ꝑparauit ſe cū multitudine graui et venit ſuper toletum poſuit q̧ inſidias in quodam torrente qui dicitur tolete et ipſe cum paucis venit contra ciuitatem. Speculatores autem qui erant extra ciuitatem cum viderent eum venientem cum paucis gentibus cogitauerunt ꝙ non erāt plures et notificauerunt exiſtentibus in ciuitate chriſtiani ergo et ſarraceni toletani venerunt contra eum et commiſſo prelio exierunt illi qui erant in inſidijs et mortui ſunt de chriſtianis octo milia de toletanis vero xiij. milia. Sed et pro memoria illius victorie canis ille machometus fecit amputari plurima capita illorum et tranſmiſit illa cordubam et in maritimas partes et in affricam. Predictus autem rex ordoneus regnauit. x. annis et mortuus eſt ex quadam infirmitate que dicitur podagra in oueto et ibi ſepultus eſt. ſucceſſit ei in regno filius alfonſ9 tercius.

Vincunt ſarraceni et capitur Roma ac magna pars tuſcie a ſoldano babilonie deuaſtatur.

Quadrageſimūſeptimum bellū int̄ ſarracenos et chriſtianos accidit circa mortem predicti Gregorij pape. iiij. qui fuit ſecundum quoſdam hyſtoriographos anno domini octingenteſimotriceſimooctauo. His temporibus portentum ſingulare apparuit primo in ſigno virginis et ab illo ſigno in ſignum leonis cancri geminorum thauri cucurrit ibiq̧ ſe figens globuꝫ igneū emiſit iubarumq̧ ꝓlixitatem depoſuit. imperator quoq̧ iſta diligenter examinans cū egmardo philoſopho contulit ſed eiuſdem portenti effectum exprimere noluit Tunc imperator ſubiunxit ꝙ regni mutationem principiſq̧ mortem pretendebat. Tunc egmardus ad confortationem principis prophete teſtimoniuꝫ introduxit dicens. a ſignis celi ne timueritis que gentes pauent. et ait imperator non alium timere debemus niſi illū qui noſtri et huius creator eſt ſydens ſed ei9 clementiam laudare tenemur qui noſtram inertiam talibus amonere dignat̄ indicijs. qui ergo talia portenta cum apparent omnibus communiter tangunt. Ideo omnes ꝓ poſſe ad meliora feſtinare debemus vt miā in illo dominante conſequi valeamus. Et licet tunc impreſſio illa imperatorem non tetigerit tetigit tamen totum ſtatum eccleſie ex aduentu ſarracenorum ad partes romanas. quia tunc quidaꝫ ſcelerati chriſtiani miſerūt ad ſoldanum babylonie vt veniret romam aſſerentes ꝙ leuiter poſſit totaꝫ ytaliam poſſidere. Tanta igitur ſarracenorum multitudo ſuperueniens intrauit ytaliam vt totam ſuperficiem terre quaſi locuſte viderent̄ implere ac per portam ceruellenſem intrans viriorum romam cepit ciuitaſq̧ leonina expoliatur omnino et eccleſia ſancti petri ſtabulum equorum efficitur et non ſolum per ſarracenoꝝ roma tunc capta fuit ſed et magna pars tuſcie deuaſtatur.

Vincunt chriſtiani et expelluntur a Roma et tuſcia ſarraceni.

Quadrageſimumoctauum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit ſtatim poſt predicta. Nam ad petitionem pape Gregorij quarti ſupradicti Hugo marchio lombardie cum lombardis et

ludouicus rex frãcorũ cũ gallicis veniẽtes
poſt plurima bella ſarracenos cum multa
effuſiõe ſanguis a roma et tota illa terra fu
gauerunt quia dictus gregorius papa et lu
douicus imperator quaſi eodem tempore
deceſſerunt. Ideo ſunt notanda que circa fi-
nem vtriuſq̧ contigerunt. Unde appropin-
quantibus ad mortem fuit maxima ſolis e
clipſis tantum ꝙ fuit obſcuratus aer et tene
bratꝰ ſicut de nocte ita ꝙ ſydera apparebãt.
Item luna ſic receſſit a ſole ꝙ lumen recipe
videbatur ſicut in nouilunio. Poſt hec egri
tudo imperatorem grauiter inuaſit qui ſta-
tī prouide de imperio et regni et anime ſue
ſaluti diſpoſuit et eccleſiaſtica ſacramẽta ſuſ
cepit multaq̧ cum deuotione migrauit ad
xpm. et Gregorius papa quaſi in eodem tẽ
pore diem clauſit extremū. hec ex hyſtoria
collecta fratris iohannis de padua.

Vincũt xpiani occiſa ſarracenoꝝ magna
multitudine. Et eccleſia ſancti Iacobi edifi-
catur per regem alfonſum magnum ex lapi-
dibus muro forti.

Quadrageſimumnonum bellum in
ter ſarracenos et chriſtianos accidit
anno domini octingẽteſimotriceſimonono
imperante lotario filio ſupradicti imperato
ris ludouici et ſedente in cathedra petri Ser
gio papa. ij. Ac regnante in regno legionis
rege alfonſo. iij. qui fuit dictus magnus.
Iſte fuit filius ſupradicti regis ordonij de
quo ſupᷓ glorioſa bella narrata ſunt. Et fuit
rex piiſſimus elemoſinis clarus ipſe fecit ec
cleſiam ſancti Iacobi et lapidibus muro et
forti opere fabricata. quia primo erat de ter
ra eo ergo tẽpore predictus rex alfonſus ma
gnus congregauit exercitum ſuum ex puin-
cialibus et gaſconibꝰ et nauarrijs venit cõ-
tra terram ſarracenorum confregit et deſtru-
xit quecumq̧ inuenit et cepit per vim villam
quandam que dicebatur tunc leijcia quam
ignibus concremauit et occidit omnes ſar-
racenos quos ibi inuenit. et reuerſus eſt oue
tum magnis cum diuitijs et honore.

Vincunt xpiani peremptis pluribus ſar
racenis per regem alfonſum.

Quinquageſimum bellum inter ſar
racenos et chriſtianos accidit ſeq̄n
ti anno ſcilicet octingenteſimoqua-
drageſimo. Tunc magnus exercitus ſarra-
cenorũ regis toleti venit ad percurrendum
et deſtruendum terram regis alfonſi magni
Cum ergo predictus rex ſciuit venit cum exer-
citu ſuo contra eos et bellauit cum eis in lit-
tore fluminis dolci victiq̧ fuerunt ſarraceni
et perdiderunt ibi omnia que portauerant
ac mortui ſunt ex ſarracenis quingenti. xl.
Alij vero terga ſunt dare coacti. Sed et rex
alfonſꝰ ſecutꝰ eſt eos viriliť et occidit multos
ex eis ac captiuauit reuerſuſq̧ eſt ouetū cũ
magnis diuitijs et honore. In predicto
bello fuit ſtrenuiſſimus miles Bernardus
delcarpio de quo ſupra mentio facta eſt cõ-
ſobrinus regis alfonſi caſti multas enim ce
des in ſarracenos fecit nõ ſolū zelo fidei ſꝫ
deſiderio liberandi patrem ſuum comitem
dutarum ſana de quo ſupradictum eſt quē
rex alfonſus caſtus in carceribus poſuerat:
quia ſine ſcitu ſui acceperat in vxorem ſoro
rem ſuam de qua predictum eſt bernardum
habuit ſed licꝫ propter hoc rebellauerit regi
predicto et vt debellaret regē feciſſet caſtrũ
illud quod dicitur delcarpio prope ſalamã
ticam et aluam de tormes tamen nunq̄ po-
tuit ipſum videre niſi mortuum dato caſtro
regi cogitans ipſum recipere viuum vt ple
ne continetur in generali hyſtoria hyſpanie.

Hoc bello vincunt chriſtiani ſub Ber
nardo delcarpio. Et capitur balbaſtrum cũ
alijs locis.

Quinquageſimumprimum bellum
inter ſarracenos et chriſtianos acci
dit circa idem tempus. Nam cū
ſupradictus bernardus delcarpio tradidit
ſupradictum caſtrum regi et vidit patrẽ ſuū
mortuum: fuit a rege alfonſo magno expul
ſus a regno ſuo, et venit in regnum francie
ſed cum in curia regis francie non fuiſſet re
ceptus ſicut ipſe optauerat reuerſus eſt ver-
ſus hyſpaniam. et tunc habuit cum ſarrace
nis tria magna prelia et ſemper fuit victorio
ſus occidit enim plurimos eoꝝ et habuit et
ſpolijs innumeras diuitias cũ quibꝰ poſtea

conquiſiuit et illo loco vbi predicta prelia habuit vſq; barbegal et lucratus eſt barbaſtrum et ſegorbe et montem album.

Vincunt chriſtiani ſub rege alfonſo. et liberatur coymbra ab obſidione ſarracenorū

Vinquageſimūſecūdū bellū inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno dn̄i octingētesimoquinquageſimoquarto. Tunc p̄dictus rex alfonſus magnus congregato exercitu ſuo iuit ad ſuccurrendum coymbrā quam tenebant ſarraceni obſeſſaz et pugnauit cuz eis et deuicit eos cepitq; cā et poſuit ſub dominio ſuo et pſecutus ē ſarracenos percurrens plures alias ciuitates.

Vincunt xp̄iani ſub rege alfonſo magno et p tuitiōe patrie edificatur caſtrū magnuz

Vinquageſimūtercium bellū inter ſarracenos et xp̄ianos accidit anno dn̄i octingenteſimoſexageſimo. imperante ludouico fratre ſupradicti lotarij imperatoris. et ſedente in cathedra petri Nicolao papa primo. Tunc ſupradictus rex alfonſus magnus cōgregato exercitu magno xp̄ianorū iuit ad percurrendā terram toleti et cremauit ac deſtruxit quecūq; inuenire potuit. pſtrauitq; multa caſtra et fortalitia que ſarraceni poſſidebant et captiuauit plurimos ſarracenos quod videntes ſarraceni timore magno pauſſi miſerūt ei nūcios ſuos nūciātes eidē q sibi darēt tributū ſi cōcederet eis pacem. Rex aūt alfonſus conceſſit eis treugas per tres annos et reuerſus eſt in terram ſuā cū magnis diuitijs et honore Sz cū reuerteret cepit vnū caſtrū qd̄ tenebāt ſarraceni qd̄ dicebat quinqualubel Iſtud caſtrū nō intrauerat in treuga et occidit ibi multos ſarracenos et poſt hoc fecit vnum caſtrum magnum in maritimis aſturiarum pro defenſione illius terre ne nauigantes inimici illam deſtruerent et nomē illius caſtri dicitur gordon. Et intra caſtrum fecit vnam eccleſiam ſub nomine ſancti ſaluatoris quam fecit cōſecrari a duobus archiepiſcopis et vno epo quaz multis donis decorauit ſpecialiter dedit illi eccleſie quandam crucem de puro auro ornatam pluribus lapidibus quam ipſe mandauerat fieri. Fecit etiaz in eccleſia ſancti iacobi quandam capellam mire pulcritudinis et dotauit predictam eccleſiam plurimis hereditatibus ac ornauit illam auro et argento necnon ornamentis et lapidibus precioſis. Fecit etiam iſte glorioſus rex alfōſus ſuper corpora ſanctorū facundi et primitiui. eccleſiaz mire magnitudinis et pulchritudinis. circa littus cey quā etiaz dotauit et honorauit multis neceſſarijs.

Vincunt chriſtiani per regem alfonſum magnum in ſenectute ſua.

Vinquageſimumquartum belluz inter ſarracenos et xp̄ianos accidit circa annum domini octuageſimumſecūdū. Cum enim predictus rex alfonſus magnus xlvi. annis regnaſſet reliquit regnum et dedit illud filio ſuo garcie et peregrinatus eſt in ſanctum iacobū et cū reuerteretur rogauit filium ſuum regem garciaz q traderet ſibi gentes cuz quibus adhuc ſemel vel bis poſſet ire contra ſarracenos in ſenectute ſua qd̄ rex garcias conceſſit eidem. Iuit ergo cuz exercitu magno et cremauit et depredatus ē et deſtruxit magnam terram ſarracenoruz et reuerſus eſt in nauarram cum grandi multitudine captiuorum et multis diuitijs et honore. Poſt hoc venit ſamoram vbi de infirmitate ſua glorioſe finiuit et ſepultus eſt in eccleſia ſancte Marie ciuitatis oueti cū vxore ſua regina domina xymena.

Chriſtiani per regem Garciaz vincunt capto ayolas rege ſarracenorum.

Vinquageſimumquintum belluz inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa annum domini octingenteſimum octuageſimūtercium. Cum enim predictus rex garcias poſt mortem patris regnaret in primo anno regni ſui cōgregauit magnū exercitum ſuum et iuit ad percurrendam terram ſarracenorum confregitq; multas villas et cremauit eas proſtrauitq; mlta caſtra et pugnauit cum quodam ſarracenorum rege qui dicebatur ayolas et deuictu bello cepit illum regem et reuerſus eſt in terram ſuam cum multitudine captiuorum ac

cum magnis diuitijs et honore ſed cum reuerteretur ex culpa illoꝝ qui regē ſarracenū obſeruabant ſolutus a vinculis fugit. Rex predict⁹ garcias ãno tercio regni ſui mortuus eſt ſcilicet in ciuitate zamore et deductum eſt corpus eius ad ciuitatem ouetu vbi honorifice ſepultus eſt.

Lvi. bello vincunt xpiani ſub rege ordoneo ſecundo. Et capit' ciuitas rogel.

Quinquageſimūſextum bellū inter ſarracenos et xpianos accidit circa idē tēp⁹. Mortuo eñ predicto rege garcia regnauit pro eo frater eius ordoneus ſcōs filius ſupradicti regis alfonſi magni. Iſte ordoneus tempore patris ſui congregauit magnū exercitū et intrauit terram ſarracenoꝝ et peruenit illam. peruenit etiam ꝓuinciam beticā que eſt terra de gualderquiuir et cōfregit multas ciuitates cremauitq₃ eas et deſtruxit ac plurimos ſarracenoꝝ captiuauit. cepit etiam in illo primo ingreſſu vnam de nobilioribus et fortioribus ciuitatibus ſarracenoꝝ que tunc dicebat' roges et reuerſus eſt in terram ſuam diues et cū honore.

Iſto bello vincunt chriſtiani ſub rege ordoneo ſcōo et capta talauera. ignibus crematꝰ

Quinquageſimūſeptimū bellū inꝉ ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini octingenteſimooctuageſimoſexto. Tūc ꝑdictus rex ordoneus ſcōs congregato exercitu ſuo iuit et obſedit talaueram. Sarraceni vero cordubenſes et alij circumuicini cum hec audierūt venerūt ad ſuccurrendum ad predictam villā. Sed cum adiutorio altiſſimi rex ordoneus pugnauit cum eis et deuicit eos. ꝑempti ſunt etiā ibi multi ſarraceni. Alij vero perfugam euaſerunt et tunc rex ordoneus cepit illam villā et depredatus eſt quicquid ibi inuenit proſtrauitq₃ muros ville ac illam ignibus cremauit et ſic reuerſus eſt in terram ſuam diues et cum honore deduxitq₃ captiuū ducē exercitus corduben'. Alij tamen dicunt ꝙ predictam conquiſtam fecit iſte ordoneus tempore regis garcie fratris ſui.

Per regem ordoneum ſecundum capitur caſtrum albame. et xpiani vincunt.

Quinquageſimūoctauū bellū inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno domini octingenteſimononageſimo. Tunc enim ꝑdictus rex ordoneus timēs ꝙ perderet tempus ſuum ſi deſiſteret ab oppugnatione inimicorū fidei xpiane produxit exercitum ſuum magnū et iuit vt ꝑcurreret terram meride et confregit ac deſtruxit igne et ferro quicquid inuenit. Cepitq₃ vnum caſtrum quod dicebat' calabri et nunc dicit' albame. Sic ergo poſt plurima certamina et victorias reuerſus eſt in terram ſuā cū multitudine captiuorū vtriuſq₃ ſexus. et ante ꝙ egrederet' de terra ſarracenoꝝ venerūt ad eū potentiores meride ac terre lucene. ac etiam rex paſſienſis qui dicit' bedadios petentes ab eo treugas ꝓpter quas concedēdas multitudinē immenſā pecunie obtulerunt eidē et reuerſus eſt legionem cum magnis diuitijs et honore. Et tunc fecit mirificum illud templum eccleſie maioris in eadem ciuitate vbi prius erat ſuum regale palatium. Iacet ſepultus rex in eccleſia predicta retro altare maius in pariete vbi tranſitus gentium efficitur circulariter. ſucceſſit ei in regno filius eius alfonſus quartus qui regnauit quinq₃ annis ſed nihil magnifica fecit cōtra ſarracenos. Diē mort⁹ quadā leuitate voluit ordinē intrare et de facto ſic fecit renuncians regnū ſuum fratri ſuo ramiro et cū pauco tempore remaneret in religione in monaſterio ſancti facundi prope ceyam exiuit ab ordine et venit legionem et rebellauit cum eadē ciuitate fratri ſuo volens iterū regnare. quod cū frater eius rex ramirus cognouit venit ſuper eum cum magno exercitu quem contra ſarracenos parauerat et obſedit eum in eadē ciuitate duobus annis finaliter dedit ſe rex alfonſus fratri ſuo regi ramiro qui eū cepit et poſuit in carceribus et alios duos filios regis fruele qui rebellauerant et extraxitq₃ oculos eorum et poſt duos annos rex alfōſus predictus cecus mortuus eſt et ſepultus ibi legionis in monaſterio ſancti pauli.

Vincunt xpiani per regem Ramirū ſcm

occiſis.lxxx.milibus ſarracenorum.et capti uato rege Ceſar auguſtano ꝓditore.

Quinquageſimūnonū belluz inter ſarracenos et chriſtianos accidit cir ca idem tempus Tūc abdarramē rex cordu beñ.et albenybaya rex ceſar auguſtan⁹ q̄ ſe fecerat vaſallum regis ramiri cum terra ſua cum multitudine graui venerunt vt perauire rent terram regis ꝑdicti ramiri et acceſſerunt vſq; ad locum qui dicit̃ ſimancbas.qđ cuz rex ramirus ſciuit.exiuit contra eos cum ex ercitu ſuo et commiſſum eſt durū bellum. Sz cum adiutorio altiſſimi victi ſunt ſarraceni et albenybayo ꝓditor fuit capt⁹ mortuiq; ſunt de ſarracenis.lxxx.milia. Hec victoria fuit habita in die iuſti et paſtoris ceteri vero ſarraceni fugierunt et recolligerūt ſe in quo dam caſtro cum abdarramen Sed rex rami rus inſequēs eos obſedit eos et captiuauit plurimos coꝝ abdarramen furtim euadēte et reuerſus eſt predictus rex collectis ſpolijs campi innumerabilibus et cum rege ꝓdito re vinculato ac cum multitudine captiuorū in honore in ciuitatem legionenſem.

Bello·lx.vincunt chriſtiani ſub rege Ra miro ſecundo.

Sexageſimū belluz inter ſarracenoſ et chriſtianos accidit āno domini octingenteſimononageſimoſexto. Imperā te henrico primo et ſedēte in cathedra petri Ioh.xix. Tunc predictus rex ramirus ſcđs cōgregauit exercituz ſuū et obſedit quoddā caſtrum quod antiquitus dicebatur agraui nūc vero dicit̃ calatrana. Sarraceni aūt ali orum caſtroꝝ circumuicinoꝝ cum exiuerunt venerunt vt ſuccurrerent ꝑdicto caſtro de cal drana et commiſſum eſt durum belluz inter eos et regem ramirū.ſed finaliter victi fue runt ſarraceni ꝑempta multitudine ſarrace norū et reuerſus eſt in terram ſuā cum mag nis diuitijs et honore. Iſte rex ramirus cuz infirmaretur grauiter ouetī ꝑcepit ſe differ ri ad ciuitatem legionenſem vbi expoliauit ſe a regno quod receperat a fratre ſuo alfon ſo dicens hec verba. Nudus egreſſus ſuz ex vtero matris mee·et nud⁹ reuertar illuc dn̄s mihi adiutor non timebo quid faciet mihi homo. Quibus dictis animā dedit in ma nibus creatoris et ſepultus eſt in monaſte rio ſancti ſaluatoris eiuſdez ciuitatis quod ipſe fecerat pro filia ſua dn̄a eluira et regna uit pro eo filius eius ordoneus tercius.

Vincunt chriſtiani hoc bello.lxi.et capit̃ caſtrum de ibaraco per comitem fernanduz gundiſalui.

Sexageſimūprimū bellum inter ſar racenos et chriſtianos accidit circa annum domini nongenteſimū. Tunc re gnante in regno legionis ſupradicto ordo neo tercio. Excitauit deus quendam virum in armis ſtrenuū ſibiq; dilectum comitē ſcz fernandum gundiſalui cuius filia ſcz domi na viraca vxor ſupradicti regis erat comes caſtelli qui ex deſiderio ſeruiēdi deo incepit bella duriſſima ↄtra ſarracenos. Et primo cōgreſſu deuictis ſarracenis obtinuit caſtrū quod dicitur de ibaraco quod eſt ſituatum in altitudine cuiuſdam rupis preſaſe. Vnđ ſarracenis euenit tribulatio magna.

Vincunt xpiani.et almonſor cum.xij. le gionibus bellatorum fugatur per comitem fernandum gundiſalui cum cc.equitib⁹ ex reuelatione quadam ſibi facta.

Sexageſimumſecundū belluz inter ſarracenos et xpianos accidit anno dn̄i nongenteſimoprimo. Tunc almāzor qui erat potentior ſarracenus exiſtēnū citra mare ſub abdarramē amiramamoli hyſpa nie et regis cordubenſis cum audiuit ꝙ co mes fernandus gundiſlay ceperat ꝑdictum caſtrum de caraco iratus ac turbat⁹ fuit val de quare congregauit magnam poteſtatem regum ſarracenoꝝ et militum aliarūq; gen tium quoꝝ numerus.xij.legionum militū Vna legio eſt ſex milia ſex centum ſexagin ta ſex. Cuz vero ꝑdictus comes fernandus gundiſlaui cognouit ꝙ almanſor veniebat contra eum in multitudine tamgraui et ꝙ mirabatur dicens ꝙ nō eſſet loc⁹ in quo nō quereret eum miſit ſtatim nūcios ſuos per totum caſtellum vaſallis ſuis dicens ꝙ ve nirent ad eum quia nimium eis indigebat qui viſis litteris parato animo vnanimiter venerunt ad eum cum quibus habuit conſi lium ſuum quid eſſet melius ire obuiam al

manzor vel expectare eum et inter alios miles quidaꝫ dictus gundiſalus didaci ſic locutus eſt. O domine non mihi videtur tēpus bellandi cū iſtis ſarracenis Sed ſi aliquaꝫ viam poſſemus inuenire ꝑ quā iſtud bellum impediretur haberꝫ ego pro bono conſilio ſi vobis placeret nec propter hoc debemus habere ꝓ inconuenienti contribuere eiſ aliquid aliud quicquid illud eſſꝫ ꝑ quod poſſemus mitigare iras ſarracenorū et lucrari treugas eorum quia in multis alijs rebus expenduntur diuitie in hoc ergo nō debemus excuſari quia in bello ponit homo aliquotiens animam et corpus et nihil ei prodeſt aurum et argentum et quicquid aliud. Item ſarraceni ſunt multi et bene armati nos vero ſumus pauci et armis vacui. et ſi ꝓpter peccata noſtra vincimur omnes erimus confracti et tota caſtella perdetur et ponetur ſub poteſtate ſarracenorū Sed ſi iſtud bellum non dareſ haberem ꝓ bono cōſilio et pro meliori ꝙ nos poſſemus facere vt nō ꝑderemur ſic ex noſtro defectu nec aliquid nobis prodeſſet ſine adiutorio domini noſtri iheſu chriſti. Domine ſi locutus ſum ſine modo peto veniam. et dicet vnuſquiſqꝫ illud quod ſibi melius videtur Iſtud cōſiliū non placuit predicto comiti fernando gundiſalui et quaſi iratus dixit. Amici volo reſpondere domo grandi ſaluo didaci et enarrando quecūqꝫ dixit oſtendam ꝙ non ſolū non ſunt dicenda ſed nec audiēda. Ipſe dicit primo ꝙ excuſemus bellum. ſed cū homo non poſſit excuſare nec fugere mortē debet mori honorificētiꝰ quo poterit et ſic treugas lucramur contribuendo eis aliquid cū ſumꝰ domini efficeremur ſerui et vnde deberemus caſtellum extrahere a pena et oppreſſione in qua eſt amplius ei duplicareſ. Cuꝫ ergo omnes vnde nos deſcēdimus ferueñt fidelitate decorati et in eius obſeruatione gloriabantur. Ideo nō curauerūt de morte ſua et iſto modo impleuerūt quicquid voluerunt et pugnauerunt viriliter ne aliquid indecens facerent ꝓpter quod reputari poſſunt nec voluerunt habere hereditatē vnde ipſi minus valerent ꝙ omnes alij viuētes in toto mundo et ꝓpter eorum magnam fidelitatem vicerunt ſemper inimicoꝝ ſuos. quia ꝓpter mortis timorem numꝙ errorē aliquem facere voluerunt nec aliquid quod eis inhoneſtum eſſet et iſto modo ipſi vicerunt inimicos ſuos. Quod ergo illi fecerūt debet in memoriam noſtram venire et concordando nos cum eis ac eorum facta obſeruando nunꝙ errabimꝰ. Dimittamus ergo iam enarrare parentum magnalia et redeamus ad factum noſtrum preparemus nos vt eamus ad bellum et ꝓpter mortis timorem nullatenus dimittamus quia cum dei adiutorio et noſtre fidelitatis vicemꝰ inimicos noſtros et extrahemus caſtellum a pena et confractione in qua eſt nec eorum multitudinem pauere debemus quia plus poteſt vnus leo ꝙ decem oues et occidēt triginta lupi triginta milia agnos Sitis certi amici ꝙ nos vincemus almanzor hac vice et erit magnus honor meus. veſter autem maior ac de me facietis meliorem dominē totius hyſpanie. Cum ergo predictꝰ comes finiuit orationem ſuam mouit ſe cuꝫ exercitu ſuo de loco qui dicitur muñeon vbi tunc erat et venit in locuꝫ qui dicitur lara et inde aſcendēs equum ſuum intrauit montem vt venationi vacaret. Inuenitqꝫ aprum quendam et ſecutus eſt eum ſolus aper vero fugiens eum recollegit ſe in quadam ſpelūca in qua ſolebat manere. ſed nō ſecutus ibi intrauit quandam eccleſiam paruā ibi ꝓpinquam et poſuit ſe retro altare. Eccleſia autē illa tota erat exteriꝰ cooperta quadā herba que dicitur edera ſic ꝙ nihil eius videbatur in qua tres monachi pauperrime viuebant et vocabatur eccleſia illa ſanctus petrus Comes aūt predictus inſequens aprū non potuit in equo pre arborum ſpiſſitudine intrare poſt apruꝫ deſcendit ergo de equo et ligauit eum ad arborem ſecure ipſe vero ſecutuſ eſt veſtigia apri pedes et ingreſſꝰ ē eccleſiaꝫ predictam et acceſſit vſqꝫ ad altare vbi porcus iacebat. cum autem reſpexit locum et vidit ꝙ erat eccleſia timuit et noluit accedere ad altare nec occidere aprum. licet ipſe multum bene poterat illum occidere et ait. Dñe deus queꝫ timent omnes res mundi ſi ego in hoc erram tu debes mihi veniam dare cū ego nihil ſcirem huius ſanctitatis qꝛ ſi ego ſciuiſſem non intraſſem ibi vt talia facerem quinimmo veniſſem in peregrinationem et oblationes tribuiſſem. Sed parce mihi tu pater potentiſſime fili virginis marie et da mihi vigorem et adiuua me contra gentem

paganam que venit ad deſtruendam caſtellam quia ſi tu non ſeruas eam ego pro perdita illam habeo tu ergo domine illam obſerua et cuſtodi eam. Cum autꝫ finiuit predictus comes orationem ſuam venit ad eũ vnus trium illorum monachorum qui dicebatur pelagius et interrogauit eum quis eſſet et quid peteret. Comes vero ei nihil celauit. dixitqꝫ ei ꝙ ſegregauerat ſe a gẽte ſua et intrauerat ibidem poſt illum aprum. Tunc monachus dixit ei. Rogo te propter deum et propter tuam bonitatem ꝙ ſis iſta nocte meus hoſpes .et dabo tibi panem ordei vt comedas quia de tritico nõ habeo: et dabo tibi de alijs que potero habere. Quod cum comes audiuit non refutauit ſed conuiuiuꝫ acceptauit et manſit ibidem illa nocte. Altera vero die de mane dixit monachus ille pelagius comiti. Certiſſime credas ꝙ diriget deus negocia tua et deuinces omnem poteſtatem illius almanzor prelium magnũ habebis cum eis. ſed certiſſime vinces eos et tot ex eis occides ꝙ non erit numerus. Itꝫ ſcias certiſſime ꝙ recuperabis vnã magnã partem terre et effundes ſanguinem regum et magnatum. et felicitas tua erit tãmagna ꝙ per totum mundꝫ exibit ſonus militie tue Veruntamẽ ſcias pro certo ꝙ eris captꝰ bis. Et omnia que tibi dico certitudinaliter ſcias ſic fore ventura Sed et ante tercium diẽ ſequentẽ eris poſitꝰ in magno cogitatu quia videbis totam gentem tuam vltra modum pauore percuſſam propter vnum terribile ſignum quod videbunt nec erit ibi aliquis tamfortis ꝙ non langueſcat timore.

Sed tu ſtatim conforta eos melioribus verbis quibus poteris exponendo ſignum et ipſi ſtatim perdent timorꝫ. et exnunc vade feliciter inuenieſqꝫ omnes tuos triſtes planctus et luctus propter te facientes et cogitãtes ꝙ ſis captus vel mortuus a ſarracenis et ꝙ maneãt ſine domino et ſine aliquo tutore. Sed rogo te et peto iſtud donũ ꝙ poſt ꝙ̄ deuinceris campũ recorderis huius paupercule ſocietatis et huius tampauperrimi loci et tampauperis hoſpitalitatis ſicut recepiſti quia nos tres monachi ſumus ſoli facientes pauperem vitam et ſi deus nobis non mitteret ſuam mercedem deuorarẽt nos beſtie fere huius mõtis. Comes vero reſpõdens ei dicit. frater pelagi amice non timeatis perdere ſeruitium quod mihi feciſtis qꝛ ſi deus concedit mihi hãc litem vincere ego promitto huic loco totã meam quintã partem omniũ que lucratus fuero. et vltra hoc cum mortuus fuero hic precipiã ſepeliri corpus meꝫ vt hic locus factus propter me ſit melioratus et magis honoratus: faciamqꝫ alteram eccleſiam maiorem hanc ꝙ̄ modo: vbi poſſint manere plures monachi et maior conuentus et dabo eis in quo viuant et omnia que eis neceſſaria fuerit. Sic ergo facto vale venit predictus comes in predictuꝫ locum celera et inuenerat ſuos ſicut dixerat pelagius monachus ſed eorum triſticia verſa eſt in gaudium et leticiaꝫ. Narrauitqꝫ eis omnia que ſibi acciderant cuꝫ monacho pelagio. Altera autem die precepit moueri gẽtes eius que ita pauce erant ꝙ mille ſarraceni erant pro vno chriſtiano. Sed licet eſſent pauci erant tamen optimi milites et habebant bonum cor adiuuandi dominum ſuũ Venerunt ergo ad locum vbi mutuo ſe videbãt chriſtiani et ſarraceni et tãta erat multitudo ſarracenorum ꝙ montes et valles videbantur cooperti eis veniebantqꝫ ſonantibus tubis et anãfilis et facientes magnuꝫ tumultũ .ac cum grandi leticia cogitãtes ꝙ vincerent et caperent omnes illos chriſtianos et tanta erat multitudo et magnitudo vocum illorum ꝙ videbaturꝙ totus mũdꝰ veniebat ibideꝫ. Comes autem fernandus gundiſalui exiſtens in loco ſuo omnia circumſpiciens cupiebat ſe iaꝫ videre cum illis Et ecce illa hora accidit ſignũ quod ſibi p̄dixeret monachus pelagius quia vnus de militibꝰ eius fortiſſimis aſcẽdit vnũ equũ pulchrum et velocem vrgenſqꝫ cum calcaribus vt exiret ante eos aperta fuit terra et deglutiuit eum cuꝫ equo ſuo. Tunc fuerũt oẽs perculſi timore magno dicẽtes propter peccata noſtra iſtud accidit nobis et bene apparet ꝙ deus derelinquet nos et fuerat nobis melius conſilium ſi reuerſi fueramus quia oculariter videmus ꝙ deus vult iuuare ſarracenos quomodo ergo nos poterimus ire contra eos. Sed tunc virtuoſus ille comes dixit eis. Amici non faciatis ſic nec velitis lucrari malum nomen pro ſemper nec perdatis cor ſine vulneribus nec oſtendatis in vobis talem puſillanimitatem quia ego volo vobis oſtendere quid vobis oſtendit iſtud

ſignum. Unde ex quo nos facimus terram ſubmergibilem ſit tam dura et tā fortis quid aliud erit quod nos poſſit ſufferre. Et vos omnes eſtis homines alte nobilitatis et video nunc corda veſtra langantia timore cōtra gentes que non ſunt niſi vmbra et ideo vos nolite timere quia ego hac die deſiderabam me videre cum almanſor in campo et experiri quomodo ſcitis caſtellam cuſtodire dominū veſtrum. Poſt ꝙ ergo predictꝰ comes finiuit ſermonem ſuū reſumptis viribus ſuorum militum ſicutꝰ vir ſapiens in bello precepit deuolui vexillum ſuū et iuit virili animo et ſine timore percutere ſarracenos ibantqꝫ caſtellā clamantes. Caſtilla caſtilla. Cōmiſſū eſt ergo durū bellū et milites chriſtiani intantum fuerunt accenſi deſiderio pugnandi et adiuuandi dominum ſuum ꝙ nihil cogitabant de morte ſua tan/ ſtrenuiſſimi ergo fuerunt ꝙ vicerunt poteſtatem ſarracenorum et fugit almanzor cū paucis. Hac die deus manifeſte oſtendit ſuam poteſtatem in hoc ꝙ tres centi milites chriſtiani tantaꝫ multitudinem ſarracenoruꝫ et tam potentem virum ſicut erat almāzor vicerunt. Victis ergo ſarracenis fugierūt a cāpo Sed et comes fernandus gundiſalui ſecutꝰ eſt eos cum aliquibus de ſuis et occidit plures eorum et expoliauerunt campū victoria habita et inuenerūt in tentorijs multitudinē auri et argenti et vaſa et arma et alia plura ſic ꝙ facti fuerunt ditiſſimi ꝑſemper. Et exinde venit predictus comes cum omnibus ſuis ad ſupradictum monaſteriū ſācti petri et dedit ibi multa donaria que inuenerat in tentorijs ſarracenorū deditqꝫ multitudinē diuitiarū monacho pelagio amico ſuo. Et reuerſus eſt in ciuitatem ſuam cum Burgēſ cum omnibus ſuis vbi aliquibꝰ diebus ſtetit ꝓpter vulnera ſanāda illorū qui in bello vulnerati fuerant.

Hoc bello .lxiij. Vincunt chriſtiani per comitem fernandum gundiſalui plurimis ſarracenis captis et trucidatis.

Exageſimumtercium bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa idem tempus. Tunc ſarraceni dolentes de victoria quā habuerat predictus comes fernādus gundiſalui et ſcientes ꝙ ipſe cum rege ordoneo .iij ſupradicto erat vinculo amoris colligatus cōgregauerūt exercitum magnū et venerunt ſuper ſanctū ſtephanū de gormatio qui eſt in littore dorij et obſederūt caſtrum illud et percurrerūt totam terrā vſqꝫ ad burgis qđ cū ſciuit predictus comes fernandus gundiſalui venit animoſe cōtra eos cum militia regis et ſua ſecutuſqꝫ eſt eos vſq; ad doriuꝫ bellans et occidens plures eoruꝫ deuictiſqꝫ ſarracenis reuerſus eſt in terrā ſuā cum multitudine captiuoruꝫ diuitijs et honore. Eodem anno mortuus eſt predictus rex ordoneꝰ .iij. zamore et ſepultus eſt in eccleſia ſancti ſaluatoris ciuitatis legionenſis quā cōſtruxit pater eius et regnauit poſt euꝫ ſanxiꝰ primus qui dictus fuit groſſus ex eo ꝙ pre pinguedine equitare non poterat niſi cuꝫ difficultate. Iſte fecit pacem cū ſarracenis qꝛ curauerūt euꝫ a pinguedine ſua. regnauit octo annis et occidit eum quodā venenato pomo: comes gundiſaluus qui dominatur vltra doriuꝫ et ſic iſte qui nihil glorioſū fecit contra ſarracenos male finiuit. Iacet ſepultus apud legionem in eccleſia ſancti ſaluatoris iuxta patrem ſuum. Et regnauit ꝓ eo ramirus tercius filius eius.

Vincūt chriſtiani ꝑ comitem fernādum gundiſalui et fugatur ſecundo almanſor ꝑempta innumerabili multitudine ſarracenoꝝ

narum quare illi ſarraceni habuerunt mitte
re nuncios ſuos ad regez toleti vt liberaret
eos bello vel donis. Rex ergo ille Almay
mō multitudinem auri et argenti multoſqꝫ
pannos preciosos miſit regi fernando petēs
treugas vt venirent ad eum ſecure ꝙ ei con
ceſſum. Venit ergo rex ille ſarracenus et fa⸗
ctus eſt vaſallus regis fernandi ſic ꝙ quoli
bet anno dabit ei parias et reuerſus eſt rex
fernandus in terram ſuam cū magnis di⸗
uitijs et honore.

Vincunt xpiani per regem fernandū ma
gnuz et efficitur tributarius rex hyſpaleñ. ac
defertur corpus beati yſidori in ciuitatez le
gionen̄.

Cinquageſimūtercium bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit anno dñi Milleſimo. l. Tunc predictus rex fernandus magnus congregato exercitu ſuo venit in portugaliā et obſedit montem maiorem vbi plurima damna recipiebat conubita et tāfortiter expugnauit eā machinis ſuis ꝙ breui tempore habuit eā. Ibi apparuit ſtrenuiſſimus miles nudas de viuar qui vadens vt obſeruaret colligentes herbam tres lites ſarracenorum deuicit. Mouit ergo rex illuſtris exinde exercitū ſuū in algarbium comburens et deſtruens quicquid inuenire poterat captiuando deſtruendo et occidendo ſarracenos quouſqꝫ peruenit ad ciuitatem hyſpaleñ. Et tunc benabamech alimucanus rex hyſpaleñ. videns predam et magna damna que per ſuum regnū rex fernandus faciebat miſit ei nūcios ſuos cum magnis diuitijs et factus eſt eius vaſallus concedens ei parias quolibet āno. Rex autem fernandus habito conſilio ſuorū recepit eum in vaſallum et dona petiuitqꝫ ab illo rege ſarraceno corpora ſanctarū iuſte et ruphine. Si volebat eius amorem habere. Reſpondit rex ſarracenus ꝙ neſciebat vbi erant illa corpora. Ueruntamen ꝙ ſi ipſe ſciret vel quicunqꝫ alius ꝙ ſibi placebat et nō ſoluꝫ illud ſed in omnibus alijs in quibus ſibi poſſet complacere. Et tunc reuerſus eſt rex fernandus ſamoram cum magnis diuitijs et honore et populauit eandem ciuitatē que a tempore almāzor deſtructa fuerat. Et ex illo loco miſit duos epōs ſalꝫ legioneñ. et aſtoriceñ. et comitem minū ac duos diuites viros ad regem hyſpaleñ. pro honorabilibus illis corporibus ſanctarū iuſte et ruphine. Qui cum peruenerunt ad predictam ciuitatem hyſpaleñ. recepit eos ille rex ſarracenus cum honore et expoſita ābaſiata rex habito ſuo conſilio reſpondit ꝙ de corporibus illis nihil ſciebant. Ueruntamen ꝙ darent eis parias. Epiſcopi aūt illi cum ſancti viri ſteterunt in oratione tribus diebus et ieiunijs quibus ſic in oratione ꝑmanentib⁹ apparuit ſanctus yſidorus dicens eis. Serui dei non eſt voluntas dei ꝙ corpora beatiſſimarū virginū iuſte et ruphine extrahant ab hac ciuitate, quia hec ciuitas debet conquiri a xpianis et vult ꝙ hic maneant ꝓ conſolatione eoꝝ. Sed deus habet pro bono ſemper veſtram ſanctitatem et ꝓpter honorē regis fernādi a quo recepit mlta ſeruitia ꝙ deducatis corpus meū in ciuitatem legioneñ. et cum audiuerunt timuerūt timore magno et ſteterunt per aliquam moram attoniti et muti ꝓpter magnam claritatem et ſentiētes mirabilem et non aſſuetum odorem et tunc ſanctus ille confeſſor yſidorus fecit ſignum crucis ſuper eos et ſtatiꝫ redierunt in ſeipſis et interrogauerunt euꝫ quis eſſet. Qui reſpōdit ego ſum ille yſidorus qui fuit archiepſ hyſpaleñ. tunc facta gratiarumactione petierunt ab eo ꝙ eis oſtenderet locuꝫ ſepulture et oſtendit eis dando certa ſigna eis quō iacebat in ſibilia veteri et diſparuit ab ocul⁹ eorum. Illi vero venerunt ad regeꝫ dicētes ꝙ volebant ei oſtendere quod petebant placuit regi et venit cuꝫ militibus ſuis ad locū ſignatum et fodientes preſente rege inuenerunt ſepulchrum ſancti confeſſoris et aperientes ſepulchruꝫ exiuit odor mirabilis in modū aluuſqui et balſami qui profuit in ſalutem non ſolum xpianorum ſed etiam ſarracenorum et extracto corpore honorifice inuoluerunt oſſa illa nobilibus pannis et rex ꝓpter miraculum quod viderat doluit de conceſſo et voluit accipere illud ſi potuiſſet. Sed cuꝫ hec cogitauit amplius corpus illud videre non potuit et motus eſt intellectus eius in aliud ſic ꝙ obliuioni tradidit que cogitauerat et poſt hec mouerūt ſe epiſcopi ac alij ambaſiatores cuꝫ precioſo illo corpore per viā ſuaꝫ plurimis miraculis choruſcando. et cū peruenerunt legionem et rex fernand⁹ ſauit iuit ad eos cum ſolenni ꝓceſſione. et cū magno honore poſuit illud ſanctum corpus in quodā monaſterio quod ipſe fecerat in monumento aureo ſuper altare maius et extūc eccleſia illa vocata eſt ſanctus yſidorus quaꝫ dotauit lapidibus precioſis auro et argento ac plurimis poſſeſſionibus. Eſt aūt monaſteriū illud quod ego vidi canonicorū regulariuꝫ vbi ſunt ſepulture multorum regū quoruꝫ ymagines tenent cruces in manib⁹ ſiniſtris et in dextris enſes euaginatos.

Uincunt xpiani per regem fernandū magnuꝫ et ſubiugatur celtiberia et carpetania ac liberatur hyſpania a ſubiectione imꝑatorum romanorum.

Ctuageſimumquartum bellum inter ſarracenos et chriſtianos accidit circa predicta tempora. Tunc enim p̄dictus rex fernandus magnus ad requiſitionem regine domine ſancie vxoris ſue cō/gregauit exercitum ſuum magnū contra ſaracenos carpentanie et celtiberie que ſibi rebellauerant deditq̧ ei p̄dicta regina de ſuis thezauris magnas diuitias pro ſtipendijs militum. Cuz ergo p̄dictus rex peruenit ad terras illas intantuz confregit illas et tot ſaracenos occidit et captiuauit ꝙ per vim et contra eorum voluntatem reduxit terras illas ad priſtinam ſeruitutem. et reuerſus eſt in terram ſuam cum magnis diuitijs et honore deditq̧ regine in recōpenſationez eoꝝ que ſibi pro exercitu ſuo dederat omnes parias illorum ſaracenorum. Celtiberia eſt illa terra que vadit a ſancto ſebaſtiano ex p̄te occeani maris indirectuz vſq̧ mare ceſarauguſte quod ē mare mediterraneū et ex fluie ybero vſq̧ ad regnum murcie vocat̄ carpentanea. Iſte rex fernandus liberauit regnuz ne eſſet ſubiectuz imperatori nec recognoſceret ſuperiorem in temporalibus et hec fuit cauſa quare fuit vocatus magnus ſicut pleni⁹ continetur in generali hyſtoria hyſpanie.

Hinc illuſtri regi beatus yſidorus reuelauit diem mortis ſue vt ſe diſponeret pro ingreſ/ſu beatitudinis eterne qui venit an̄ corpus beati yſidori et genibus flexis ac coronatus regia corona ſic orauit Dn̄e ihesu xp̄e cuius eſt omnis poteſtas et omne regnuz quia tu es rex omnium regnorū. et rex omnium gē/tium. domine reddo tibi nunc regnū quod mihi dediſti ſed peto pro mercede ꝙ anima mea ſit poſita in luce cuius non eſt finis quibus dictis expoliauit ſe veſtimentis ſuis regijs auro decoratis et abſtulit coronaz quā tenebat in capite et poſuit eam ſuper altare et indutus eſt cilicio circa carnem. et iterum fecit orationem ad deum et abſolutus ē ab epiſcopis de peccatis ſuis et ſtatim ibi rece/pit vltimā vnctionez ſparſitq̧ cineres ſuper ſe et p̄cepit ſe deduci in peregrinationem ad ſanctā mariā de almaſam que eſt ꝓpe cabeſom vbi nouem dieb⁹ ſtetit et appropin/quāte morte fecit ſe deduci in cabeſom et ordinato teſtamento ſuo diuiſoq̧ regno trib⁹ filijs ſcȝ Sancio alfonſo et garſie poſt penitentiam lachrimabilem triū dieruz die quarta que fuit dies ſancti iohannis baptiſte hora ſexta data benedictione filijs ſuis migrauit ad dominum ſepultus eſt in eccleſia ſc̄i yſidori ciuitatis legionen̄. iuxta patrē ſuuz quem ipſe deonā fecerat deduci. Regnauit viginti duobus annis et ſex menſib⁹ et ſucceſſit ei in regno caſtelle Sancius filius ei⁹ primus Alfonſus in regno legionis et garſias in galecia et portugalia.

Vincunt chriſtiani et efficitur tributarius rex ceſaraguſtanus per regem ſanciū caſtel/le et quō proditorie per vellido dolpho oc/ciditur rex iſte ſancius ſecundus rex caſtelle

Ctuageſimumquintum bellum inter ſaracenos et xp̄ianos accidit anno domini Milleſimoſexingenteſimoſeptuageſimo Tunc p̄dictus rex Sanci⁹ videns ꝙ rex fernandus pater ſuus pro honore fidei xp̄iane conqueſtauerat ꝓuincias portugalie et lucitanie hyſpalen̄. corduben̄. tolen. celtiberie et carpētanie ſuitq̧ reges eaꝝ facti tributarij ei. Ideo congregato exercitu venit ſup̱ ciuitatem ceſaraguſtanam et ob/ſedit eam ac cuz ingenijs et machinis pluribus de die et nocte eam fortiſſime expugnabat ꝓpter quod poſt multa damna que re/ceperūt ſaraceni rex ciuitatis miſit regi Sancio multitudinem magnā auri et argenti ac lapidum p̄cioſoꝝ et factus eſt eius vaſall⁹ cum tota terra ſua et tributari⁹ cuz omnibus ei⁹ ſic ꝙ quolibȝ āno darent ei certū quid et firmata hac pace. Reuerſus eſt rex ſanci⁹ in terrā ſuā cuz diuitijs et honore. Iſte rex ſancius nō fuit cōtentus de diuiſione regnoꝝ quā fecerat pater eius fratrib⁹ ſuis. Et ideo deſiderio habēdi omnia regna. licȝ penā p̄ditionis poſuiſſet pater cuicunq̧ eorū frangēti diſpoſitōnem eius Congregauit exercitū magnū. et iuit Primo contra regez garſiam fratrē eius qui erat rex portugalie et galecie Et poſt plurima bella deuicit cuz et captuz carceribus mancipauit Deinde bellauit cō/tra regem alfonſum fratrē ſuum qui erat rex legiōis et deuicto eo in cāpo atq̧ capto poſuit eum etiam in carceribus. licet precibus aliquorum fuerit ſolutus cum conditōne ꝙ efficeretur monachus et ſic factum eſt. quia in monaſterio ſancti facundi accepit habitū monachalem ſed non permanſit qȝ dimiſſo

habitu receſſit et venit ad regem alymaymõ
toleti cum quo moratus eſt honorifice vſqꝫ
ad mortem fratris ſui regis ſaucij. Sicut er-
go manſit rex ſaucius rex caſtelle legionis et
portugalie. ſed adhuc nõ contentus voluit
capere Samorã quam dederat pater ſuus
ſorori ſue dñe vrrace. Venit ergo ſuper ean
dem ciuitatem et poſt plurima bella exiuit
proditor quidem de ciuitate qui dicebatur
vellido dulpho qui factus priuatus regis
quia ꝓmiſit ſibi dare modum quomodo ci-
uitas caperetur. Rogauitqꝫ regem die qua-
dam vt ambo irent ſoli lentis paſſibus vt
viderent circunquaqꝫ ciuitatem et ꝙ ei oſtẽ-
deret locum ingreſſus. Cum ergo iuiſſent et
cum rex locũ vidiſſet deſcendit ab equo cir
ca flumẽ vt ſolaciaretur. tradiditqꝫ venabu
lum quoddam deauratũ quod manu geſta
bat predicto vellido dulpho ipſe vero ſeceſ
ſit ad ſecreta nature que cum ꝓditor ille ex
aduerſo cerneret inclinatum percuſſit regem
per ſpatulas ſic ꝙ venabulum per pectora
eius exiuit ſubito fugiens recepit ſe in ciui-
tatem. Sic ergo maledictio paterna compre
hendit eum vt ſic ꝓditorie moreretur. Jacet
ſepultus in monaſterio deonam. et ſucceſſit
in regnis predictis Rex alfonſus quia rex
garſias mortu⁹ etiã fuit in vinculis vt ple-
nius iſta ꝯtinentur in generali hyſtoria hyſ
panie.

### Vincunt xpiani per regẽ alfonſum ſextũ et oſtẽditur cõfirmatio iuramẽti in libertate

Ctuageſimũſextum bellum inter
ſaracenos et xpianos accidit anno
domini Milleſimooctuageſimoter
cio Tunc predictus rex alfonſus ſextus qui
dict⁹ fuit brano p⁹ mortẽ regis ſaucij fratris
ſui qui deceſſerat ſine prole habuit omĩa re-
gna eius pacifice et in tanta pace et iuſticia
tenuit regna ſua qualis non fuerat poſt ex-
cidium hyſpanie. Hic ergo rex propter que-
dam federa et iuramenta que fecerat regi to
leti alymaymon cum fuit in eius poteſtate
ſcilicet nunꝙ eundi contra eum nec contra
filium eius et adiuuandi eum cõtra quem
cunqꝫ contrarium cum audiret ꝙ erat obſeſ
ſus a rege corduben̄. congregauit exercitum
ſuum magnum et venit in eius ſuccurſum.
Cum ergo cognouit rex corduben̄. ꝙ rex al-
fonſus in multitudine graui veniret et eſſet
in eius timore magno paſſus fugit et tũc
iterũ rex alfonſus firmauit federa predicta
tenens in poteſtate ſua regem toleti in terri
torio ſuo inuitatum et circundatum quingen
tis milibus armorum ſicut et ipſe tenuerat
eum in ciuitate toleti ne videretur iuramẽta
ſeruare que fecerat Exiſtens in alterius po-
teſtate ſed libere et poſt hec ambo reges cũ
exercitibus ſuis mouerunt ſe contra terram
regis corduben̄. cremantes et deſtruẽtes vil
las loca et caſtra ac quecunqꝫ inuenire pote
rant et reuerſus eſt rex alfonſus in terrã ſuã
cum diuitijs et honore.

### Vincunt xpiani et efficiuntur tributarij omnes ſaraceni hyſpanie per regem alfonſum ſextum.

Ctuageſimumſeptimũ bellum in-
ter ſarracenos et chriſtianos accidit
anno domini Milleſimooctuageſi
moquarto. Tunc predictus rex alfonſ⁹ ſext⁹
brano tercius rex caſtelle congregauit exerci
tum ſuum magnum et intrauit terram ſara
cenorum comburens et deſtruens quicqd
inuenire potuit et tantum timorem incuſſit
ſaracenis ꝙ omnes ſaraceni totius hyſpa-
nie facti fuerant tributarij.

### Vincunt xpiani et imponit̄ nomen roderico de viuar Cid adruidas cãpeatore.

Ctuageſimumoctauũ bellũ inter
ſaracenos et chriſtianos accidit an
no domini milleſimooctuageſimo
quinto. Tunc predictus rex alfonſus ſextus
tercius rex caſtelle miſit rodericum didaci q̄
a quinqꝫ regibus quos deuicerat vt ſupra-
dictum eſt fuit cognominatus lingua arabi
ca Cid quod idem eſt ꝙ dominus ad regẽ
hyſpalen̄. corduben̄. et granate. Inter quos
tũc magna verſabat̄ diſcordia et inimicicia
et multi milites nobiles regni caſtelle iuua
bant almudafar regem granate cum pote-
ſtate ſua. Qui omnes iuerunt contra regem
hyſpalen̄. et licet predictus adruidas ſcripſiſ
ſet regi granate ꝙ non bellaret contra regẽ
hyſpalen̄. quia erat vaſallus regis alfonſi

noluit acquieſcere precibus eius ſʒ intrauit et deſtruxit vſqʒ ad locum qui dicitur cabra quicquid inuenit. Quod cum cognouit predictus adruidas congregauit omnes ſaracenos et chriſtianos quos tunc habere potuit et iuit virili animo contra eos. Sed videntes cum milites qui erant cū rege granate nunciauerunt ei ꝙ non exirent cōtra illa propter eū nec propter alios ſibi ſimiles Quo audito cogitauit ꝙ non eſſet ei honor ſi non cōmitteret eos. venit ergo contra eos et bellauit cum eis in campo et durauit bellum ab hora terciarum vſqʒ ad ſextam horā et ceciderunt multi ex parte regis granate ac deuicit eos fugieruntqʒ ꝑ vim a campo ſaraceni et cepit in bello comitem garſiam ordoneum et alios milites qui iuuabant ſaracenos tenuitqʒ eos in vinculis tribus diebus et trib⁹ noctibus et dimiſit eos. precepit ergo victoria habita ſpoliari campum et reddidit predam quaʒ portabat regi hyſpalēn. ſic vt vnuſquiſqʒ cognoſceret que ſua erant et reuerſus eſt ad regem alfonſum cum magnis diuitijs et honore et cum parijs predicti regis hyſpalēn. Et extunc ſaraceni et xpiani vocauerunt eum adruidas campeator que omnia multum placuerunt regi alfōſo.

Vincunt xpiani et capiuntur ſeptem milia ſaracenorum per cid campeatoreʒ et quō per inuidiam expellitur a regno.

Centageſimumnonum bellum inter ſaracenoſ et xpiano accidit poſt ꝑdictū bellum paucis ſclapſis diebus. Tūc enim rex alfonſus ſex ius ꝑdictus Congregauit exercitum ſuū magnū et intrauit terram ſaracenorum invuādalia vbi plurima damna eis intulit. Sed cū ipſe eſſet in partibus illis bellans cōgregati fuerunt ex aduerſo plurimi ſaraceni et intrauerūt ꝑ regnū caſtelle obſederuntqʒ gormacuʒ et fecerūt in terra illa multa mala et damna. Cid autem adruidas campeator qui remāſerat infirmus in receſſu regis etiam conualeſcebat audito damno quem ſaraceni faciebāt congregauit. omnes gentes quas potuit et iuit contra terram toleti et percurrit illam deſtruens quicquid inuenire poterat et deduxit ſecum preter alias diuitias ſeptem milia ſaracenorum inter viros et feminas. et ſic reuerſus eſt in caſtellam cuʒ honore. Iſtud factum ſeminarium inuidie fuit inter militeſ caſtelle. Et ideo tenuerunt modum cū rege alfonſo ꝙ cum campeator eſſet expulſus a regno et ſic factum eſt et cum recederet nocte quadam cuʒ dormiret dictum eſt ei in viſiōe vade audacter et noli timere ſemꝑ tibi bene erit dum vixeris eriſqʒ diues et honoratus et in ſuo receſſu cepit vnū caſtrum ſaracenorū quod iacet ſuper henares et dicitur caſtreyō gentes vero ſue ꝑcurrerunt terraʒ illam vſqʒ guadalfaiarā. Et congregatis omnib⁹ ſpolijs quinta pars deputata ipſi cuʒ fuit vendita ſaracenis ꝑcio trium milium marcharum argenti.

Vincunt chriſtiani et capitur alcoʒar per Cid campeatorem

Nonageſimumbellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit ſequenti die. Cum enim ꝑdictus Cid adruidas campeator iret in confinibus regni bellauit cum ſaracenis de alcoʒar et occidens plurimos eorum cepit locum illum quadam arte mirabili ibi inuenit plures diuitias et iſtud factum magnum intulit timorē ſaracenis omnibus teroltj et calataiubij propter qd̄ ſcripſerunt regi valencie abuacar que acciderant dicentes ꝙ ſi non ſuccurreret eis ꝙ etiam caperent terram eorum.

Vincunt chriſtiani fugatis et vulneratis duobus regibus per Cid Campeatorem

Nonageſimumprimum bellum inter ſaracenoſ et chriſtianos accidit paucis elapſis diebus poſt predictum bellum. Quia tunc rex valencie vidit ſupradictas literas et miſit duos reges cum trib⁹ milibus armatorum et cum omnibus alijs gentibus illius frontarie veneruntqʒ ſupra locuʒ de alcoʒar et obſederunt ibi ipſū Cid adruidas campeatorem cum militia ſua tenueruntqʒ ibi cum obſeſſum tribus ebdomadibus et abſtulerunt ei aquam. gentes autem quas cum habebat in numero erant pauce quia ſolum erant quadringenti equites et trecenti pedites. Videns autem ꝙ aquam perdiderant die quadam parauerūt arma ſua et armauerunt ſe ſecretiſſime et ſu

ſtito apertis ianuis exeuntes irruerunt viri-
liter in ſaracenos ex inſpirato. Sed et illi
videntes eos venire parauerunt ſe vt meli⁹
potuerunt et ſtatim factum eſt prelium ma-
gnum cecideruntq̧ plurimi ſaraceni. Sed
et int̃ cetera ſtrenuiſſima q̃ ibi fecit Ipſe ad
quendam militem ſaracenū feriens enſe nu-
do diuiſit in duas partes vt equuʒ ſuuʒ da-
ret cuidam militi ſuo qui pedes pugnabat
equo ſuo mortuo et vnum regem illoꝝ duo-
rum qui dicebatur fenis percuſſit letaliter ꝓ-
pter quod dedit terga. Alius vero rex qui
dicebatur gnaluc fuit etiam percuſſus in ca-
pite a martino antolmes milite ſtrenuo pro-
pter quod etiam dedit terga. Vidẽtes ergo
ſaraceni ꝙ reges fugiebant et omnes ipſi ti-
more perculſi relicto campo fugierunt et ſe-
cuti ſunt eos chriſtiani occidentes et vulne-
rãtes eos ſine numero quouſq̧ peruenerũt
ad portas terolij et calambij quia rex fenis
fugit teroliuʒ et gnaluc calatambium et in-
de reuerſus eſt cum bellatoribus ſuis ad lo-
cum vbi fuerat bellum et expoliauerunt cã-
pum vbi multas diuitias inuenerunt et int̃
cetera de equis ſaracenorum poſt ꝙ̃ congre-
gauerunt eos quia erãt ſperſi inuenerũt qui-
gentos et decem deferunt de equis chriſtia-
norum quindecim et intrauerunt caſtrũ ſuũ
de alcoʒar cuʒ magnis diuitijs leticia et ho-
nore de equis vero quos habuit pro parte
ſua virtuoſus Cid miſit .xx. cuʒ ſellis et fre-
nis et ſingulis enſibus pendẽtibus ex arʒo-
nibus in donum regi alfonſo caſtelle predi-
cto vt haberet amorem eius quia irat⁹ erat
ab eo vt ſupradictum eſt.

Vincunt chriſtiani et fugat̃ rex denie a:
comes aomani capitur per Cid cãpeatore

Onageſimũſecundum bellum int̃
ſaracenos et chriſtianos accidit an-
no domini Milleſimooctuageſimo
octauo. Tunc predictus Cid campeator cũ
eſſet eius timor ſuper omnes ſaracenos ce-
ſar auguſtanos valentinos et ſuper omnes
illarum partium acceptis electis militibus
ſuis iuit ad percurrandam terram ſaraceno-
rum et peruenit vſq̧ ad locum qui dicit̃ bu-
erta et vſq̧ ad montem aluanũ ſpacio quin-
q̧ dierum et exiuit ſonus eius inter omnes
ſaracenos et chriſtianos. propter quod co-
mes remõ berengel barchinonẽſ. qui in ſua
recommendatione habebat illos ſaracenos
cõiunctus fuit heualphaie regi denie. Qui
magnis exercitibus congregati ſecutis ſunt
predictum Cid campeatorem cogitãtes ꝙ
ab eorum manibus euadere non poſſet ip-
ſe autem ad tunc deducebat magnam ꝑdaʒ
peruenerunt ergo ad cuʒ nupmar de tonar
nec predictus comes remon voluit accepta-
re verba honeſta ipſius Cid ſibi nunciantis
ꝙ nihil ducebat d̃ ſuo et ꝙ dimitteret cũ in
pace. Videns ergo virtuoſus Cid eoruʒ ſu-
perbiam qui tollere volebant ea que ipſe lu-
cratus fuerat ab inimicis dei et legis noſtre
irruit in eos viriliter et ceciderũt multi ex ꝑ-
te aduerſa. Alij vero quaſi innumero fuerũt
vulnerati et deuicit eos cepitq̧ predictuʒ co-
mitem vnum et lucratus eſt illa vice enſem
qui dicebatur colada. Sed poſt tercium diẽ
virtuoſus Cid liberauit comitem predictuʒ
et remiſit eum ad partes ſuas cum duobus
militibus.

Vincunt chriſtiani et fugatur iterum rex
denie per Cid campeatorem.

Onageſimũtereiũ bellũ inter ſara-
cenos et xpianos accidit ãno dñi mil-
leſimooctuageſimonono. Tunc ꝑ-
dictus benalfaie vna cum predicto comite
remon venerunt cum multitudine graui et
obſederunt caſtrum de almeniar regis ceſar
auguſtani qui erat valde confederatus ipſi
Cid cãpeatori miſit ergo rex ceſaraguſtan⁹
pro Cid campeatore ſibi confederato vt ſuc-
curreret caſtro ipſius. Qui venit ſuper eos et
commiſſum eſt durum bellum effuſaq̧ eſt
multitudo ſanguinis. ſed finaliter vicit eos
Cid qui nun ꝙ̃ victus fuerat et fugierunt a
campo rex abenalfaie. et predictus comes
ſecutuſq̧ eſt eos per tres leucas occidens
et vulnerans plurimos eorum et reuerſus ẽ
cum multitudine captiuorum et cum ma-
gnis diuitijs et honore in ciuitatem ceſara-
guſtanam vbi honorifice et cum magna le-
ticia fuit receptus.

Vincunt chriſtiani et capitur caſtrum de
rudea per Cid campeatorem qui obtinuit

priuilegia magna pro nobilibus et ciuib⁹
caſtelle.

Onageſimumquartuz belluz inter
ſarracenos et chriſtianos accidit an
no domini milleſimononageſimo
Tunc predictus rex alfonſus ſextus hiſpano
tercius rex caſtelle venit in ſuccurſum cuiuſ-
dam vaſalli ſui ſaraceni contra vnum vuā-
dalum qui ſe eleuauerat cū caſtro de rueda
quod eſt prope ceſarauguſtam Saracenus aūt
ille qui ſe eleuauerat cum caſtro habuit ver-
bum ſuum cum infante ramiro qui erat ex pa
te regis alfonſi dicēs ꝙ volebat dare caſtrū
predicto regi alfonſo et exiuit colloquendo
cum rege inuitauitqꝫ eum ad prandium in-
tra caſtrum ſed rex non acceptauit conuiuiuz
illuminatus a deo quia erat conuiuiū pro-
ditionis. Intrauerunt ergo cum eo ad cōui
uium predictus infans et comes garſias ꝙ
cum fuerunt intra caſtruz occiſi ſunt lapidi-
bus quod factuz nimis diſplicuit regi et co
gitando vituperium quod ſibi fecerat ille ſa
racenus miſit pro Cid ruidas campeatore
qui libenter venit ad mandatum eius et re-
cepit eum rex honorifice. Narrauitqꝫ ſibi dā
na que receperat ab illo ſaraceno. Tunc pe-
perat et et inuitauit eum ꝙ veniret ſecuz in
caſtellam ſed noluit acquieſcere quouſqꝫ cō
ceſſit ſibi ſequentia ſcꝫ ꝙ cum aliquis no
bilis haberet exire de regno ꝙ daretur ei
ſpacium. xxx. dierum. Secundo ꝙ nihil fa
ceret contra aliquez nobilem nec ciuem niſi
primo eſſet exauditus ſicut debꝫ eſſe de iure
Tercio ꝙ nihil faceret contra foros et priui-
legia ad bonos vſus villarum et locorum:
quarto ꝙ nō faceret impoſitōes inordiataſ. qui
to ꝙ ſi contra hec faceret ꝙ ꝓpter hec tota ter
ra poſſit rebellare et eleuari quouſqꝫ fieret
emenda per regem que omnia rex conceſſit
ſibi et iterum inuitauit eum ꝙ ſecuz veniret
ſed ipſe noluit quouſqꝫ vindicaret ipſum de
illo ſaraceno proditore. Regraciatus eſt er-
go rex alfonſus ſibi et reuerſus eſt in caſtel
lam. Uirtuoſus vero Cid obſedit caſtrum
predictuz et in tanta preſſura poſuit eū quo
uſqꝫ moriebantur fame nec poterant iam
bellare pre fame et volebant ſibi dare caſtrū
ſi ſaluaret vitam eorum. ſed ipſe noluit vt
vindicaret regem cepit ergo viribus caſtruz
et captiuauit ſaracenum illum aliuoſalas et
omnes qui erant cum eo omnes occidit pre
ter aliuo ſolas ꝓditore et aliquib⁹ ſuis quoſ
miſit regi alfonſo placuit ergo regem cuz vi
dit preſentem ſiue dominum ipſius Cid cā
peatoris et fecit magnam iuſticiam de iſto
proditore et ſocijs eius et regraciatus eſt ipſi
Cid quia vindicauerat eum.

Uincunt chriſtiani et fugatur rex denie et
capitur rex aragonum per Cid cāpeatorem

Onageſimumquintuz bellum inter
ſaracenos et chriſtianos accidit an
no dn̄i Milleſimononageſimo pri-
mo Tunc predictus Cid campeator congre
gatis militibus ſuis iuit ad percurrendam
terram benalfaie regis denie ꝙ cum rex ille
ſciuit doluit valde et miſit veloces nuncios
ad petrum regem aragonie cum quo erat fe-
deratus ꝙ veniret ad adiuuandum eum cō
tra Cid campeatorem qui etiam dolens qꝛ
cum intrauerat terram ſuam ſimiliter cōgre-
gauit exercitum ſuum et ambo reges vene-
runt ſuper eum qui erat edificando quod-
dam caſtrum ſuper modella quod dicebaꝛ
alcola parauerunt ergo ibi acies ſuas et cō-
miſſum eſt duruz bellum et ceciderūt multi
ſed finaliter habuit victoriam Cid campea
tor de illis duobus regibus et fuit captus
rex aragonie cum multis comitibus et mili
tibus ſuis. Alij vero dederunt terga et cum
hac honorabili preda reuerſus eſt ceſaraugu
ſtaz vbi cum magna leticia et honore recep
tus fuit a rege et filijs eius. Sed virtuoſus
Cid cōpatiens regi petro et ſuis militibus
quia chriſtiani erant ſoluit eos et pmiſit eoſ
ire libere in terraz ſuā Et poſt hec venit Cid
campeator in regnum cum diuitijs et hono
re qui receptus fuit a rege alfonſo honorifi
ce deditqꝫ ſibi multas villas et caſtra ac pri
uilegia ꝙ quemcunqꝫ locum caperet a ſara
cenis vel alijs inimicis eſſet ſuum iure he-
reditario et ſucceſſorum ſuorum.

Uincunt chriſtiani et capitur toletum ac
plurima loca per regem alfonſuz ſextum

Onageſimumſextum bellum inter
ſaracenos et chriſtianos accidit an
no domi Milleſimononageſimo
quinto Imperante henrico et ſedente in ca

thedra petri gregorio ſeptimo. Tunc predi/
ctus rex alfonſus hrano tercius Rex caſtel/
le congregauit exercitum ſuum magnum et
venit ſuper toletum. Erat enim iam
ſolutus a iuramento quod fecerat alyma/
ymon regi toleti propter eius mortem et fi
lij ſui yſeñ. Uenit ergo predictus rex et co/
gitauit quomodo capere poſſit ciuitatem il
lam tammagnam et tamfortem et recorda/
tus eſt verbi quod audierat cum eſſet ſub ar
bore in orto regis predicte ciuitatis quãdo
erat cum predicto rege alymaymon. Quere/
bant enim inter ſe conſiliarij predicti regis
ipſo preſente rege quomodo poſſit capi ci/
uitas illa tamfortis et reſpondit vnus illo/
rum ꝙ non poterat capi niſi ſeptem annis
eſſet obſeſſa ſic ꝙ nulla prouiſio poſſit intra
re et tunc in octauo anno poſſet capi pre fa/
me. Iſtud verbum audiuit rex alfonſus. lꝫ
ipſi cogitarent ꝙ dormiebat. ſic ergo cuꝫ ve
nit ex hoc verbo abſtulit eis panem et vinũ
et fructus per quatuor annos. et hoc vndiqꝫ
per totam terram et tenuit eam obſeſſaꝫ ali
is quatuor annis ex quadruplici parte ciui/
tatis et cum intra ciuitatem eſſet populus ſi
ne numero defecerunt eis iã victualia et ſub
quibuſdaꝫ pactis data eſt eis ciuitas in die
ſancti vrbani menſis may. et capta ciuitate
illa que quondã fuerat honor et gloria got
torum exiuit inde et percurrit omnes terras
circunquaqꝫ et cepit tunc ſanctam Eulaliã
maquedam albanam argancam ſcalonam
ozedam butragam atcuſiam ozaman berlã
gam et medinaꝫ celi. et plurima alia loca et
reuerſus eſt toletum vbi collocauit thronuꝫ
ſuum et fecit ibi habitationem ſuaꝫ et facta
eſt meſquita maior eccleſia cathedralis di/
cta ſancta maria et fecit ꝙ eligeretur archi/
epiſcopus qui eſſet primas hyſpaniarum et
dotauit eccleſiaꝫ illam pluribꝰ villis caſtris
locis et poſſeſſionibꝰ honorifice ſicut et nũc
eſt et in die conſecrationis eccleſie obtulerũt
rex et regina de thezauris ſuis et poſuerunt
in illa eccleſia reliquiarum multitudinẽ q̄s
habebant ꝓpter quas venerandas et indul
gentias obtinendas concurrit ibi multitu/
do populi ex toto archiep̄atu certis tempo/
ribus anni.

Uincunt chriſtiani cruce ſignati tranſeũ/
tes in terram ſanctam et capiuntur ciuitates
nicia et laudicia.

Onageſimumſeptimuꝫ bellum in
ter ſaracenos et chriſtianos acci/
dit anno domini Milleſimonona/
geſimoſeptimo ſedente in cathedra petri vr
bano ſecundo predictus papa anno domi/
ni Milleſimononageſimoſexto apud darũ
montem aluernie in menſe nouembris con/
ſilium celebrauit vbi expoſita eſt miſeria ci/
uitatis hieruſalem dedecus chriſti et obpro
brium nunciatur conſilium et auxilium po
ſtulatur. Unde occidentis populi innume/
rabilis multitudo duces comites et nobiles
ignobiles diuites et pauperes epiſcopi de
rici et religioſi ſenes pueri et puelle dolẽtes
loca ſancta prophanari a gentibus et thur/
cis ab appulia prouincia lingua occitana
hyſpania Acquitania britania normania
Schocia flandria francia germania lotho/
ringia borgũdia lombardia. alijs ꝓuincijs
regnis et terris nullo vnq̄ꝫ angariante ſed
omnes pari fide et voto et deuotione iniu/
rias chriſti vltum ire ſe parentes ſigno cru/
cis ſignati pace firmiſſima vbiqꝫ terrarum
compoſita de terris ſuis egredientes nullũ
in tanta multitudine regem habentes niſi
chriſtum ſepulchrum ipſius tanto tempore
ſub ſeruitute redactum proponunt reddere
libertati et quanto quiſcunqꝫ pronior erat
prius ad mũdi miliciam tanto erat pronior
modo ad dei miliciam exercendaꝫ. Iudeos
vero in vrbibus quas tranſibant credere cõ
pellebant vel trucidabant Unde multi zelo
paterne legis mutuo ſe peremerunt. Alij
credere ſe ſimulantes poſt ad iudaiſmum re
labantur. Et ſi queratur quis incitauit pre/
dictum vrbanum papam vt crucem predica
ret et quis tantam multitudinem cõmouit
Reſpondetur ꝙ hoc venit ex inſpiratione
diuina que facta fuit cuidam pauperi religi
oſo viro gallico qui dicebatur petrus here/
mita. qui cum peregrinaretur in ſanctum ſe/
pulchrum videns loca ſancta ab impijs ir/
reuerenter tractari. videns etiam venerabilẽ
ſymonem ciuitatis patriarcham cum ſubdi
tis ſuis viliter et cum omni abiectõne et plu
ribus oppreſſionibus affligi commota ſunt
viſcera eius vehementer et cepit anxius con
triſtari et cogitare ſi commode poſſet afflictꝫ
ſubuenire. Cum autem quadam nocte do/

minice reſurrectiōis in eccleſia lachrymis et oratōnibus domino ſupplicās pernoctaret longo vigiliarum labore fatigatꝰ ſupra pauimentum eccleſie ſomno humanitꝰ irruente cepit paululum dormitare dominꝰ auteꝫ ihesus chriſtus apparuit ei in ſomnis iniungens ei legationem ad dn̄m papaꝫ et ad principes occidentales ꝓ liberatione terre ſācte quam legationem ipſe fideliter adimpleuit veniens ad predictum papam et omnes alios principes chriſtianos cū literis predicti patriarche et aliorum fideliuꝫ hieroſolimis commorantium. Sic ergo congregati ſunt omnes ſupradicti cum petro heremita Erāt autem huius ſancti exercitus eminentiores Adamarus podieñ epiſcopus. Godefridꝰ dux lotoringie. euſtacius et baldonius fratres eius. Robertus comes flandrienſis. Rodolfus comes metenſis. Hugo magnꝰ frater regis frācorum. Stephanus comes bleſenſis Raymundꝰ comes toloſe et ſancti egidij beſtimundus dux apulie. Robertꝰ comes normanie Anſhelmꝰ de aboldumūte Raymundus torene. fertur autem ꝙ ſidruidas campeator fuerat inuitatus ab iſtis principibus pro iſto paſſio faciendo ꝓpter eiꝰ magnam famam. Sed ipſe occupatus cum rege alfonſo contra ſaracenos in expugnatione toleti et aliorum locorum vt infra dicetur. ſed ab illo conuiuio facto excuſauit expoſita etiam ſua ſancta occupatione et creduntur tunc tranſfretaſſe pluſ ꝗ̄ ducenta milia chriſtianorum inter quos Gulfrenus de turribus multos inſultus hoſtibꝰ inferens atq̄ damna vna die rugitum leonis a ſerpēte circumligati audiuit qui ſocijs diſſuadentibus accedens audacter ſerpentē truncauit leonem liberando cuiꝰ rei leo immemor eūdem ſequitur vt leporanꝰ et ꝗ̄diu in illa terra fuit multa fecit ei cōmoda in venationibus et bellis et quacunq̄ vidit domino aduerſari ſubito proſternebat nec dn̄o redeūte in naui poſituꝫ derelinquere voluit ſed nautis nolentibus eum recipere vt pote animal crudele ſecutus eſt dominuꝫ ſuum natando per maria quouſq̄ defecit. Anno ergo p̄dicto ſcilꝫ Milleſimononageſimoſeptimo exercitus domini fines paganoruꝫ attigit et factum eſt primum bellum magnum cuꝫ ſaracenis ad pontem fluminis pharphar nono kalendas marcij vbi multo ſaracenorū ſanguine effuſo victi ſunt a chriſtianis Et capte ſunt ciuitates Nicea et laodicia et licet eſſent tanti in exercitu tanta fuit rerum omniū habundantia vt aries vno denario. bos vero ſn̄ nummis duodecim venderetur.

## Vincunt chriſtiani et capitur antiochia.

Onageſimumoctauum bellū inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno predicto ſcꝫ Milleſimononageſimoſeptimo. Cum enim exercitus domini predicta obtinuiſſet loca et in manu imperatoris Conſtantinopolitani reliquiſſet ꝓfectus inde varijs tranſcurſis regiōnibꝰ et ꝓlixi itineris diutumo labore plurimuꝫ fatigati menſe ſeptembri ante ciuitateꝫ antiochie. Naꝫ que tunc erat ſaracenorū ſubiecta dn̄io caſtra locauerunt. Cum auteꝫ ꝑ menſes vero nouem in obſidione ciuitatis continue laborarent et varijs tribulationibꝰ eſſent oppreſſi vꝫ fame frigore yemalibus ymbribuſ et multimodis egritudinibꝰ ac diuerſis morbi generibus a turcis in ciuitate cōmorantibus ſibi illatis parum ꝓfeciſſent nec vllis bellicis inſtrumentis contra munitiſſimam ciuitatem preualerent. Reſpexit deus afflictionem populi ſui per quendam fidelē chriſtianuꝫ in ciuitate ſub infideliū dominio cōmorantem qui de nocte per ſcalam dominū boamundum principem tarentinum clam cum militibus in ciuitatem recepit Illi vero portas vi aperientes interfecto eius duce nomine Acciano cum alijs fere .xi. milibus quibuſdam alijs vinculis mancipatis ciuitatem nobilem multarum ꝓuinciaruꝫ a diebus antiquis metropolim et mediatricem diuino munere poſſederunt.

## Vincunt chriſtiani et fugatur corboranꝰ cum exercitu ſuo antiochia ab eius obſidione liberatur et inuenitur lancea qua perforatum fuit latus chriſti in cruce.

Onageſimumnonum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimononageſimo

octauo. Capta enim antiochia vt predictum eſt mox ſuperuenit Coroboranus magno cum exercitu paganorum et chriſtianos obſident tantaqꝫ fame afflicti ſunt vt vix ſe aliqui ab humanis carnibus abſtinerent media ergo perurgente et fame intolerabili compellente de neceſſitate facientes virtutem pauci contra multos ad prelium coacti ſunt exire lancea domini ſancta qua latus eius in cruce fuerat perforatum que paulo ante ſub terra per reuelationem reperta fuerat eos pro vexillo precedente exercitu chriſtianorum innumeram infidelium multitudinem audacter ingrediens et brachio extento viriliter pugnans diuino protectus adiutorio glorioſe de hoſtibus obſidentibus triumphauit alijs gladio trucidatis alijs terga vertentibus equorum velocium preſidio fuga elapſis expoliauit ergo campum exercitus domini et tantum auri et argenti equorum et victualium copiam inuenerunt vt omnes cumulatim diuitijs et victualibus ſupra modum habundantes cum hymnis et laudibus ciuitatem ingreſſi domino pro tanta victoria gratias retulerunt. lancea vero chriſti fuit per hunc modum reperta. Apparuit enim ſanctus andreas cuidam ruſtico prouinciali dicens: veni oſtendam tibi lanceam chriſti. et ruſticus iſdem capta antiochia fodiens in eccleſia ſancti petri in loco ſibi oſtenſo preſente raymundo comite toloſano et capellano ſuo lanceam inuenit. Dubitantibus autem pleriſque: quidam bartholomeus nomine chriſto ſibi apparente certificatus ignem licet per dum quem fieri iuſſit illeſus tranſiuit cum lancea et ſic exercitus domini fiduciam habens in chriſto et lancea a tempore apoſtolorum inuiſa intrepidus proceſſit.

Vincunt chriſtiani cruce ſignati et capitur ciuitas ſancta hieruſalem.

Centeſimum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno domini Milleſimononageſimonono. Tunc exercitus domini dominium ciuitatis antiochie boamundo predicto concedentes ordinatis eccleſijs et clero ac patriarcha et ſtipendijs vnde ſuſtentari poſſint: Siriacque proficiſcentes marchiam et barram multaque caſtella regionis illius expugnant tanta fame afflicti quod corpora ſaracenorum fetentia edere compelluntur et inde profectus exercitus domini ad interiora ſine larga dei manus refocillatus et eſt tandem montana hieroſolimorum conſcendens ante ſcilicet ciuitatem peruenit tentoria figens et caſtra ſecundum militarem diſciplinam collocans ex omni parte ipſam vrbem obſidione vallauit. Eſt autem hieruſalem ciuitas in montanis ſita riuis fontibus et ſiluis carens excepto ſiloe vbi aqua ſufficienter habetur. legitur quod priuſquam exercitus domini hieruſalem applicuiſſet quandam columba deſuper exercitu predicto volans ab accipitre grauiter plagata eſt. circa quam reperte ſunt littere quas deferebat talis ſententie. Rex acharon duci ceſario ſalutem. generatio canina venit gens contentioſa contra quam per te et per alios defendas tuam legem indica idem vrbibus alijs. Erectis ergo petrarijs et alijs bellicis inſtrumentis et ſcalis muro applicatis multum laborantes parum in principio profecerunt. quibuſdam enim ex noſtris ſagittarum ymbre grauiter ſauciatis. Alijs vero molarum immiſſione peremptis machinis etiam ligneis ex magna parte igne ſucceſſis ab his qui in ciuitate erant maxime ledebantur. Dum etiam in eadem obſidione propter eſtum et aque penuria laborarent ex conducto communi omnes quotidie nudis pedibus orando ſeptem diebus circuierunt ciuitatem.

Tandem die octauo qui fuit ydus iunij feria que ſpecialiter eſt dies crucifixi ardore animi ſucceſſi et crucis ſigno muniti prompto animo pro illo parati mori qui pro ipſo eodem die mortuus eſt Strenui domini pugiles ſcalas muris immittentis per ſagittas et ſpicula per lapides deſuper venientes et ingentia ſaxa per gladios et lanceas et ignes ſupra muros aſcendendo ciuitas ſancta hieruſalem a chriſtianis capitur et in portitu ſalomonis paganos egredientes tot ceciderunt vt in ſanguine occiſorum vſque ad equorum genua equitarent ſic diuino muſere ciuitas ſancta hieruſalem a chriſtianis capitur et libertati eorum eſt reducta que per annos circiter .ccc. ſexaginta poſtquam ſecunda vice ab imperatore eraclio fuit capta

ab immundis ſaracenis fuerat poſſeſſa gratias referentes ſaluatori noſtro domino iheſu chriſto patriarcham latinuz et tam cleruz ꝗ eccleſias ordinantes ducem godefriduz de bullon militem ſtrennuum et virum deo et hominibus acceptum dominuz ciuitatis vnanimiter elegerunt qui licet ciuitatis adminiſtrationem ad multarum precum inſtantiam ſuſcepiſſet pro reuerentia tñ chriſti et cordis humilitate noluit rex appellari nec coronam auream deportare vbi dominus noſter ſpinis coronatus fuit pro noſtra redemptione.

Vincunt chriſtiani cruce ſignati ceſis centum milibus ſaracenorum.

Centeſimumprimum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit paucis elapſis diebus a captione ſacte ciuitatis hieruſalem. Tunc enim cum principes de repatriando tractaret. Ecce rex ſaracenorum cum centum milibus equitum et cccc. milibus peditum ad bellandū chriſtianos aſcalonam venit quibus exercitus domini in quo non erant niſi quinqꝫ milia equitum et quindecim milia peditum occurrens deo pro eis pugnante et nube ab ictu ſolis protegente ſaracenos ſolo impetu territos proiectis armis eos in fugam cōuertit et in hoc bello facto. vi. kal. auguſti ceſi ſunt centum milia paganorum. In portu vero aſcalone vſqꝫ ad duo milia ſuffocantur eorum vero qui in mari et inter ſpineta conſumpti ſunt numerus ignoratur. His geſtis reuerſ⁹ eſt exercitus domini in ſctā3 ciuitatē cū magnis diuitijs et honore et manſit ibidez ſupradictus godefridus electus in regez. Alij vero principes ad propria cum honore ſunt reuerſi.

Vincunt ſaraceni in hyſpania et occiditur infans ſancius alfonſi. perditur concha et plurima alia loca et deſtruūtur omnia balnea regni.

Centeſimumſecundum belluz inter ſaracenos et chriſtianos accidit ſupradicto anno domini Milleſimo nonageſimonono. Tunc rex alfonſus ſext⁹ tercius rex caſtelle de quo dictum eſt ſupra conſilio Aben. habet regis hyſpalēñ. cuius filiam caydam nomine ceperat in vxorez factam chriſtianam que vocata fuit maria vt nihil eſſet in hyſpania quod eis non ſubiugaretur miſit in affricaz pro ſaracenis qui dicebantur almorandes. Erant enim mirabiles bellatores et placuit regi marrochioꝝ complacere regi alfonſo et miſit ei militiam magnam illoru3 quibus prefecit capitaneū vnum Algnaſelum ſuum maiorem qui dicebatur balyabenaxa. Hunc predicti almorandes tunc obliti domini ſui eleuauerunt myramamolin et reuerſi ſunt in optatem ꝑtem quia congregati ſunt cū alijs ſaracenis et expugnauerunt regem hyſpalēñ. qui dederat filiam ſuam in vxorem occulte chriſtiano et quia erat amicus regis chriſtiani. Venerunt ergo contra predictum regem et ipſe occurrit eis non tam preparatus ad bellu3 ſicut poterat et debuerat. et occiſus eſt in bello. quo facto eleuatus in ſuperbiam ille ſaracenus qui ſe fecerat vocari myramamolin venit cum ſua multitudine graui cōtra terram regis alfonſi et obſedit hucles. Tunc autez rex alfonſus predictus erat infirm⁹ et doluit vehementer qꝛ non poterat ire in perſona contra eos ſed miſit illuc filium ſuum vnigenitum quez habuerat ex illa predicta cayda vxore ſua chriſtiana qui dicebatur infans don⁹ ſancius alfōſi et erat adhuc puer et cum eo miſit comitem donum garſiam de cabra qui nutriret eu3 et multos alios comites et nobiles cum exercitu magno et venerunt prope villeſiu3. Cum ergo ſaraceni obſedentes viderunt chriſtianos dimiſerūt obſidionem et venerunt contra eos et ordinatꝭ aciebus commiſſum eſt durum bellum et ꝑmittente deo ac peccatis forte exigentibus victi fuerunt chriſtiani et ibi vbi maior erat poteſtas chriſtianorum cum predicto infante filio regis ibi occurrit maior multitudo ſaracenorum. Infans autez ſentiens equu3 ſuum vulneratum dixit nutricio ſuo comiti pater vulneratus eſt equus meus et dixit comes. fili ſitis firm⁹ alias vos eritis vulnerat⁹. et cecidit ſtatim equus mortuus cū eo.

quod cū vidit predictus comes timēs mortem infantis deſcendit ſubito de equo ſuo et cooperuit infantem cum ſcuto et ibi defendens infantem plurimos ſaracenos cum enſe ſuo occidit ſed tanta fuit eorum multitudo ꝙ non potuit ſuſtinere quia abſciderunt ei vnum pedem quodam enſe et quando vidit ꝙ non poterat ſe continere dimiſit ſe cadere ſuper puerum vt moreretur prius q̄ ipſe et ibi occiderunt comitem illum. Ceteri vero comites habuerunt infantez et fugiebāt cum eo quantū poterant cogitantes euadere mortem. Saraceni autem videntes eos inſecuti ſunt eos et quia non poterant tam cito fugere cum puero ſicut voluiſſent attinxerunt eos et tranſeūtes vltra eos occiderūt ibi infantem et comites et in memoriam illius victorie poſuerunt ſaraceni nomen loco illius ſeptem porci ſed poſtmodum mutatus eſt locus ille et vocatus eſt ſeptem comites. Alij autem qui euaſerunt venerunt toletum ad regem et factus eſt planctus magnus a rege pro filio ſuo ſicut plenius continetur in generali hyſtoria hyſpanie. Tunc fuit perdita concha quam habuit cuz vxore ſua cayda habuerunt etiā ſaraceni tūc huete et hucleſcum queſiuit rex Alfonſus a ſapiētibus quare milites ſui non poterant tolerare bella ſicut ſolebant. Et reſponſum eſt ei ꝙ erat quia ſepe intrabāt balnea et quia nimis vacabant delitijs et extunc rex alfonſ⁹ fecit ꝙ deſtruerentur om̄ia balnea regni ſui et fecit milites laborare multis exercitibus.

Vincunt chriſtiani ſub principe godefrido de bullion et capiūtur plurime ciuitates.

Centeſimumtercium belluz inter ſaracenos et chriſtianos accidit āno domini Milleſimocenteſimo. Tūc victorioſus princeps Godefridus de bullion expeditis alijs principibus collecto exercitu ſuo attendens ꝙ ciuitatem ſanctā nō poſſet retinere niſi fines ſuos vellet ampliare et hoſtes vicinos a ſe longius propulſare licet eſſent pauciſſimi reſpectu circunſtātiuz nationum quia habebant ab oriēte arabes moabitas et amonitaſ. a meridie vero ydoneos egyptios et phyliſteos. ab occidente autem ciuitates maritimas per tolomaydaz ſiue accon et tirom et tripolim et omnes alias vſqꝫ ad anthiochiam. a ſeptentrione vero tyberiadam et ceſaream philippi et regionem decapoleos et damaſcum. maluerunt tamen pro chriſto animas ſuas morti exponere q̄ miſſa manu ad aratrum retroſpicere et negociuz imperfectū relinquere non ergo confidentes in ſua fortitudine nec in multitudine ſed in ſola dei protectione ſpem habentes et ſalutifere crucis vexillum ſemper in prelio deferentes inimicos partim fugatis partim trucidatis partim carceri mancipatis vrbes munitiſſimas et caſtra inexpugnabilia chriſto ſubiecerunt. Unde in illo ſuo primo egreſſu cepit ciuitatem ioppen in littore maris ſitam. Et ciuitatem ramata nobilem populoſam muro valido circundatam et turribus excelſis in campeſtribus ſitam. cepit etiam ciuitatem porphiriam in littore maris quaſi miliaribus quatuor ab accon diſtantes et ciuitatem tyberiadem in galylea que eſt ſupra ſtagnum genazareth ſita. Quibus ſubiugatis reuerſus eſt glorioſus princeps in ſanctam ciuitatem cum leticia et honore. In fine ſupradicti anni mortuus eſt princeps godefridus et electus ē cōcorditer et in regez inunctus Baldouuin⁹ frater eius miles ſtrenuiſſimus qui poſtmodum diuino fret⁹ auxilio regnum ſuum dilatauit. Nam ipſe expugnauit azur et ceſaream philippi et accon que alio nomine dicitur tolemayda et ciuitatem bend et ciuitatem Sydonis et montem regalem et plurima alia loca cepit ac multa alia loca fortalicia ac deinde ab alijs ſucceſſoribus multis bellis et multa effuſione ſanguinis dilatatum fuit regnum hieroſolimitanum in ciuitatibus villis et caſtris ſicut latiſſime narrat acconeñ. epiſcopus in libro de rebus et ſtatu terre orientalium que propter breuitatem relinquo.

Vincunt chriſtiani et obſidetur ciuitas cordubeñ. ac membratim diuiditur proditor ſaracenus qui regem hyſpaleñ. interfecerat per regem alfonſum ſextum.

Centeſimumquartum bellum inter ſaracenos et chriſtianoſ accidit pau

cis elapſis diebus poſt predictum bellum. Tunc enim predictus rex alfonſus. vi.iij. rex caſtelle ex ira magna quam habebat cōtra ſaracenos: tum quia interfecerant filiuꝫ eius: tum propter alia damna que fecerant in terra eius congregatis exercitibꝰ magnis liber ab infirmitate venit in terraꝫ ſaracenorum directe contra illum ſaracenum qui ſe fecerat vocare myramamolim qui tūc erat in ciuitate cordubeñ. et obſedit eum ibi qui cum cognouit poteſtateꝫ excedentem regis alfonſi non fuit auſus exire contra eum.

Cum ergo ſic eſſet obſeſſus quidam ſaracenus nobilis cuius nomen erat abdallar venit de nocte cum multitudine magna ſaracenorum et dedit ſaltum ex improuiſo in exercitum regis alfonſi chriſtiani autem ſentientes eos capientes ſcelenter arma ſua bellauerunt cum eis et occiderunt maiorem pteꝫ eorum et captiuauerunt ſaracenuꝫ predictū abdallar qui et interfecerat regem hyſpaleñ. predictum patrem regine domine marie cayde. Ceperunt etiam plures alios cum eo.

Precepit ergo rex alfonſus ꝙ duceretur ſaracenus ille ante eum et mandauit ꝙ duceretur ad locum vbi poſſent eum videre ſaraceni de ciuitate. et ꝙ conſcideretur corpus membratim in fruſtra quia interfecerat ſocium ſuum vt dictum eſt. Precepit etiam ꝙ ducerentur alij nobiles ſaraceni qui fuerant cum eo et ꝙ comburerentur viui in eodem loco quod cum viderunt ſaraceni de ciuitate timore magno perculſi firmauerunt paceꝫ cum eo ꝙ darent ei tributum omnium terrarum quas poſſidebant citra mare et miſerūt multum aurum et argentum ac multitudinem lapidum precioſorum ac alia plurima dona. Et tunc rex alfonſus contentus de his que fecerat in curſu illo et quomodo cōfregerat et honorauerat illum ſaracenum. Alium qui ſe vocauerat myramamolim reuerſus eſt in terram ſuam cum magnis diuitijs et honore et extunc predictus rex alfōſus tenuit regnum ſuum in pace et dederunt ei ſaraceni citra mare quolibet anno tributa ſiue parias ſuas.

## Vincunt ſaraceni ſub nicaph rege morrochiorum et vulneratur rex alfonſus ſextꝰ

Centeſimum quintum bellum inter ſaracenos et chriſtianos accidit anno domini milleſimocenteſimoprimo. Tunc nicaph rex marrochiorū qui erat myramamolim congregato magno exercitu almorauidum tranſiuit mare cui congregati ſunt et vniti omnes ſaraceni vuādalie venit ergo ſuper regem hyſpaleñ. et obſederunt ciuitatem atqꝫ ceperunt eam et inuenerunt ibi illum proditorem qui ſe fecerat vocari myramamoliꝫ et preſcidit caput eius et exinde venerunt ſupra cordubam et ceperūt eam et factum vnum dominium ſaracenoꝝ citra et vltra mare quod primo non erat quo facto intrauit myramamolim cum ſuo exercitu magno per terram regis alfonſi et peruenit vſqꝫ ad badayos Rex aūt alfonſus p̄dictus cum erat ſemper ceſaraguſtam et tenebāt eam obſeſſam Cuꝫ ergo ſciuit ingreſſum predicti myramamolim in terram ſuaꝫ eleuauit ſe ab obſidione et venit cum exercitu ſuo. et cum multitudine francorum que venerant in adiutorium eius et commiſſuꝫ eſt bellum aſperrimum prope badayos.

ſennacherib ꝑ ſuperbiam et deuicit eum cuꝫ
blaſphemauit contra deum iſrahel. propter
quod indignatus deus percuſſit per ange/
lum ſuum in caſtris aſſiriorum centuꝫ et oc/
tuagintaquinqꝫ milia et ipſum occiderūt ꝓ
prij cū ydola in tēplo ſuo adoraret pꝫ yſaie
xxxvij. Bellauit cōtra nabuchodonoſoꝛ ꝑ
ſuperbiam et deuicit eum cum fuit glorifica
tus in edificio babylonis. ꝓpter quod indi
gnatus eſt deus et ꝓiecit eū a regno et ſeptē
annis cum feris habitabat ſicut beſtia da/
nielis. iiij. Bellauit contra oloſernem prin/
cipem milicie nabuchodonoſoꝛ per ſuꝑbiā
gulam et luxuriam: et deuicit eum ꝓpter qḋ
indignatus eſt deus tradidit eum in manuſ
ſancte mulieris Judith que preſcidit caput
eius Judith. vi. Bellauit cōtra Amon per
ſuperbiam et deuicit eum cum preſumſit pi
mere iſrael propter quod indignatus ē deꝰ
permiſit quod ſuſpenderetur patibulo et ꝙ
deleretur genus eius heſter. v. Bellauit cō
tra regem anthiochum per ſuperbiam et de
uicit eum cum dixit ſe facturum iheruſaleꝫ
congeriem ſepulchri iudeorum propter qḋ
indignatus eſt deus percuſſit eum plaga in
ſanabili viſcerum ſuorum primi machabe/
orum. ix. Bellauit contra vniuerſum po
pulum gentilium per ydolatriam et deuicit
eum ſicut patet ſapiencie. xiiij. cum per vni
uerſum orbem romanꝰ imperantes ydola
adorarent. Unde et tunc rome templum
pentheon erat conſtructum ſic dictum. quia
ſimulachrū erat omniū deoꝝ. Cōtra alios
innumerabiles bellauit et varijs vulneribꝰ
peccatoꝝ infixis de eis viriliter triūphauit

et eorum animas captiuas poſt hanc vitaz
ad inferos deducebat quam captiuitatē et
miſeriā deplorātes patres antiqui gemitibꝰ
inenarrabilibꝰ clamauerunt ad deū vt mitte
ret liberatorem. dicentes veni ad liberandū
nos dn̄e deus virtutū. et p̄s. lxxix. oſtēde fa
ciem tuā ideſt filiū tuum humanatū et ſalui
erimus. et iterū yſaie. lxiiij. vtinā diſrumpe
res celos et deſcenderes a facie tua montes
deſfluerent et cum gemitus humani generiſ
audiret altiſſimus miſertus eſt ſuper eum et
miſit in tempore plenitudinis filiū ſuuz re
demptorem et liberatorez et tunc dyabolus
finaliter bellauit cōtra filios iſrael per mali
ciam et inuidiā et deuicit eos cum ſcʒ occide
rūt redemptorē meſſiā ſuū propter qꝺ indi
gnatꝰ deꝰ tradidit eos in ꝑpetuā captiuitatē
ſicut ſup̄ declaratū fuit libro primo et tercio

De ꝑditiōe dn̄ij demonū in aduētu x̄pi.

Prima cōſideratio eſt ꝙ demoneſ
in aduentu x̄pi per iuſticiam perdi
derunt dominiū ſuum quod ſup ge
nus humanū habebant fecerat enim grādē
offenſaz dyabolus deo tā deceptore et frau
dulenter cōtra dei voluntatem eius ſeruum
tulit et fecit ſeruū ſuum. quo non obſtante ſi
voluiſſet reconciliari deo pro eo ſicut pro ho
mine ſatiſfeciſſet noluit tamen. immo ei pla
cuit ſemper ꝑmanere inimicus dei peccatuz
ſuum nō recognoſcens ꝙ non erat in hoie.
immo dolebat de peccato vt deo reconcilia
retur. Et ideo ne dyabolus poſſit ꝯqueri de
iniuſticia ſi forte deꝰ de ſua poteſtate abſo
luta et violenter ſine aliqua ſatiſfacione libe
raſſet hominē per iuſticiam. Debuit perdere
dominiū quod ſupra hominez tenebat qui
homo ex eo ꝙ ab eo victus in paradiſo ter
reſtri fuerat iuſte ſeruus ſuus erat. ꝙ autem
deus in tali hominis liberatione debuit vti
iuſticia et non abſoluta potentia patet ꝑ tā
to qꝛ deus eſt neceſſario iuſtꝰ et taliter iuſtꝰ
ꝙ nō poteſt dici deꝰ ſi nō intelligat̄ iuſtus.
Et iterū quia laudabilior eſt princeps q̄ vti
tur iuſticia ꝙ potentia ſolum. Quomō autē
primus homo nec oēs homines nec omēs
āgeli boni nec etiā oēs demones ſimul nō
potuerūt ſatiſfacere ꝓ hoie ſed ſolū deus et
homo. vt declaratū eſt ſup libro. iiij. cōſide
ratiōe. v. in tercio articulo fidei nō eñ totus
mūdus ſoluere valebat debitū primi hoīs
vt apo. v. Nemo poterat in celo nec in terra
neqꝫ ſubtus terram aperire librum neqꝫ vi
dere illum ideſt implere redemptionem hu
mani generis que ab eterno ſcripta fuit in li
bro diuine diſpoſitionis vt per x̄pꝫ ſolū im
pleretur libruz ergo ipſe ſolus aperuit quia
ſolus penam crucis nobis mortis debitori
bus tulit. Vn̄ dicit p̄s. lxviij. q̄ nō rapuit ſcʒ
x̄ps tunc exſoluebat. Mirabant̄ autē hoīes
poteſtatē magnaz diaboli et eius dominiū
ſuper homines et dicebant illud yſaie. xlix.
nunquid tolletur a forti preda ideſt huāuz
genus a dyaboli poteſtate aut ꝙ captū fue
rit a robuſto ſaluum eſſe poterit. Et Reſpō
det deus ibidem hec dicit dominus equidē
et captiuitas a forti tolletur et quod ablatū
fuerit a robuſto ſaluabitur ſcʒ per x̄pm. Vn̄
ſequitur ibidem quaſi muſto ſanguine ſuo
inebriabuntur et ſciet omnis caro quia ego
dominus ſaluās te redemptor tuus fortis
Jacob. Et confirmatur per dictum ſaluato
ris Johannis. xij. Nūc iudiciū ſcilicet diſcre
tionis eſt mundi nunc princeps huius mū
di eijcietur foras ſcʒ a dominio et poteſtate
tyrannica ſuper homines. Vnde ipſe diabo
lus dicebatur princeps mundi quia dn̄a
tur in hominibus mūdo deditis. et ſicut di
cit paulus ad coloſeñ. ſcd̄o expoliās ſcilicet
x̄ps principatus et poteſtates traduxit confi
denter ideſt dyabolum exterminauit longe
a poteſtate quam habebat. Et ſi queras de
mō quem x̄ps tenuit vt vinceret dyabolum
et eius dominium auferret. Reſpōdetur ꝙ
fuit modꝰ quo piſcis capitur hamo ſub eſca
abſconſo quia volens capere eſcam non vi
dens hamū capitur ab hamo. ſic chriſtꝰ vo
lens preliari cū dyabolo in ſua paſſione ab
ſcondit ſuam fortitudinem ſuam pulchritu
dinem ſuam ſanitatem ſuam dignitatez in
cruce. Cum enim per virtutem fortitudinis
deberet cum dyabolo preliari totam eaz ab
ſcondit tenendo manus fixas et clauatas
in cornibus crucis. Vnde abacuc in tercio
capitulo loquens de cruce chriſti dixit cor
nua ſcilicet crucis in manibus eiꝰ ibi abſcō
dita ē fortitudo eius. et patet fortitudo ſua
ibi in abſcondita: quia per eam vicit fortiſſi
mam mortem et fortiſſimū dyabolū Nā ſe
quitur in illo eodem ante faciē eiꝰ ibit mors
egredietur dyabolus ante pedes eius ſcilicʒ

victus et nudus a ſuo dominio et potentia quam primo tenebat. Abſconderāt em̄ demones laqueos mortis pedibus noſtris in ligno ſcientie boni et mali. Et ideo xp̄s abſcondit eis laqueum. Vn̄ capti ſunt in ligno crucis. Et ideo dixit pſalmiſta veniat illi ſcȝ dyabolo laqueus quem ignorat ei etc̄. Abſcondit etiā in cruce ſuam pulchritudineȝ in turpitudinem cum eſſȝ ſpecioſus forma p̄ filijs hominū pſ̄. xliiij. ibi non erat ei ſpecies nec decor abſconditus vult⁹ ei⁹ et deſpect⁹. Vn̄ nec reputauim⁹ eum yſaie. liij. Abſcōdit tercio ſuam ſanitatem in infirmitate quia vt dicitur yſaie capitulo eodē nos reputauimus eum quaſi leproſum ꝑcuſſuȝ a deo et humiliatum virum dolorum et ſcientem infirmitatem. Abſcondit. iiij. ſuam dignitatē in contemptum et vilitatem quia cuȝ latronibus et homicidis cū iniquis et ſceleratis deputatus eſt: yſa. capitulo eodē cuȝ tamē eſſȝ ſumme dignitatis et excellentie quia ver⁹ de⁹ et ver⁹ homo ſicut fuit declaratū ſupra .i. libro Sic ergo in xp̄i paſſione egreſſus eſt dyabolus victus ante pedes eius ꝑdita poteſtate et dn̄io liberato hoīe ab ei⁹ captiuitate. Et ideo in figura huius legit̄. i. Reguȝ. xvij. q̄ dauid occidit leonē et predam eius tulit ab ore huius leonis. Petebat ꝓpheta liberari dicens ſalua me ex ore leonis pſ̄. xxi. Et in ſignuȝ victorie habite legauit xp̄s humani generis inimicum ſcȝ dyabolū et ſic ante faciem iuit mors. i. dyabolus vict⁹ et ligatus ſicut in triumphis victi ſolent ire ante victorem ligati. Unde apo. xx. Apprehendit draconeȝ ſerpentē antiquū qui eſt dyabolus et ſathanas et ligauit eum per annos mille. i. vſq; ad tempus antichriſti et ponit̄ ibi tempus determinatum pro indeterminato. Et qꝛ tunc reſumet violentā ptātem et exiet per affluentē malignitatem vt mittat populos in erroreȝ. Ideo tunc dicit̄ ſolui. Signuȝ āt manifeſtū perditōis dn̄ij demonū fuit ceſſatio ydolatrie in vniuerſo mūdo ad p̄dicationem xp̄i et apoſtoloꝝ per quaȝ ydolatriaȝ fere vniuerſum orbem captiuū tenebat cum ydolis vt deus coleretur.

## De proprietatibus et malicia demonū

Ctaua ꝯſideratio ē de ꝓprietatib⁹ et malicia demonū. Circa primū notatur Job. iiij. Chriſt⁹ aſſinauit tres proprietates p̄cipuas dyaboli. Prima q̄ ē homicida ab initio. quia homo in ſpē humana ponitur per animam Ideo ille magis ꝓprie eſt homicida qui animā interficit ꝑ peccatuȝ mortale q̄ iſte qui interficit corpus ꝑ quod homo conuenit cum brutis hoc aūt fecit dyabolus a principio mundi quia per ſuggeſtionem eius primum peccatū homini contigit et in hoc officio continue perſeuerauit. Secunda proprietas dyaboli ibideȝ eſt q̄ in veritate non ſtetit. i. in debita obedientia ad deum. res enim dicuntur vere inquantuȝ conformātur veritati prime a q̄ veritate deuiauit dyabolus per peccatum ſuꝑbie. Tercia eſt q̄ mendaciū ex ꝓprijs loquitur. i. ex habitu malo in quo eſt obſtinatus idest ſubditur cauſa quia mendax ē et pater eius. i. ipſius mendacij qui em̄ mēdacia ab alijs inuenta ſolum refert mendacia dicit lȝ qui ea facit mēdax dicit̄ et ꝓpter hoc dyabolus dicitur pater mendacij quia primū mendacium adinuenit dicens mulieri Gen̄. iij. nequaq̄ moriemini. Sed eſt difficultas cū ſint mendaces ſi poſſunt demones cōpelli ad dicendum veritatem. Dicit̄ q̄ ſic. Cōpelluntur em̄ fallaces ſpūs ad dicendum veritatem et ſalubria nobis ſicut exēplificat beatus auguſtin⁹. viij. de ciu. dei ca. xxvi. de dolore dmonū qui loq̄bant̄ per homē an̄ xp̄iſti aduentum de ſuis futuris penis apd̄ memorias ſanctorum martyrū quas imminere cernebant. In multis em̄ ait augu. talib⁹ locis torquentur et confitentur et de poſſeſſis hominum corporibus eijciuntur. Sunt et alie viginti due demonum proprietates quarum viginti numerantur in ſecundo libro. ſumme veritatis theologice ſcilicȝ q̄ ſūt ſpiritus impuri humani generis inimici mēte rationales nequicia ſubtiles nocēdi cupidi ꝑ ſuꝑbiā tumidi ſemꝑ in fraude noui immutant ſenſus inquinant effectus vigilātes turbant dormientes per ſomnia inquietant morbos inferunt tempeſtates cōcitāt in angelos lucis ſe transformant ſemper infernū ſuum ſecum portant. In ydolis diuinum cultuȝ ſibi vſurpant ſemꝑ hominis dn̄ari appetunt magice artes per eos fiunt hominis ad exercitiuȝ dantur ſemper fini hominis inſidiantur. hec ibi. Viceſima p̄ria demonuȝ ꝓprietas eſt q̄ ſemper ambulāt in circulo.

Unde pſ. de demonib⁹ ait. In circuitu im-
pij ambulant. Item cum dominus quereret
a ſathan Job. i. Unde venis. Reſpōdit cir
cuiui terram et perambulaui eā ꝙ quadru
pliciter intelligi poteſt primo ſic. Circuiui
terram. i. data eſt mihi vniuerſalis temptā-
di diligentia quia pauci ſunt in quibus nō
habeant locum veſtigia mea. Secūdo ſic ex
poneret dyabolus ſi poſſet inclinari ad ſuū
peccatum cognoſcendum. Circuiui terram
ideſt in hoc me oſtendo remotum a virtute
et obſtinatum in malo quia ſemper ſum in
circumferentia et nunꝙ poſſum venire in li-
neam per quam veniam ad medium quod
eſt virtus. Tercio ſic circuiui terram propter
anxieratem laborum. Unde glo. ſathan la-
borans terrā circuit quia quietus in dei cul
mine ſtare cōtempſit. Quarto ſic circuiui ter
ram propter hoc ꝙ dyabolus ſerpens ē tor
tuoſus. Unde yſa. xxvij. Uiſitabit dn̄s ſup
leuiathan ſerpentem tortuoſum et ſicut mo-
tus circularis ꝙtum eſt de ſe nunꝙ ceſſat ſic
et dyabolus nunꝙ quieſcit et quia ſemp in
circulo eſt ideo nunꝙ rectus ſed magis tor
tuoſus eſt. Recte ergo dicitur de demonib⁹
recte in circuitu impij ambulant. Et ſi q̄ras
qualiter circuit dyabolus. Reſpondit glo.
ſuper illo verbo. i. Petri. v. Circuit querens
quem deuoret dicens. Circuit tanꝙ hoſtis
obſtens muros clauſos explorat an ſit parſ
aliqua murorū minus ſtabilis cui⁹ aditu
ad interiora penetret. Offert oculis formaſ
illicitas et faciles volūtates et viſu deſtruat
caſtitatem. aures per canora temptat et mo-
leat xp̄ianū iniurijs laceſcentibus ad cedē
īſtigat. honores terrenos ꝓmittit vt adimat
celeſtes et cū latenter nō poteſt fallere aptos
addit terrores. in pace ſubdol⁹ in ꝑſecutiōe
violent⁹. ꝯtra quem tm̄ anim⁹ dꝫ eſſe ꝑatus
ad reſiſtendū quantū ille ꝑatus eſt ad repu
gnandū. hec ibi. Uiceſima ſcd̄a demonum
ꝓprietas eſt ꝙ ſunt crudeles immo ſeuiſſi-
mi et ē crudelitas demonis in trib⁹ Primo
in ꝑſidēdo vn̄ yſa. xix. Tradā egyptū in ma
nu demonioꝝ crudeliū Scd̄o demō eſt cru-
delis in puniēdo. ꝓuerbioꝝ. xvij. Semp iur
gia q̄rit mal⁹ angel⁹ aūt crudelis mittet cō
tra eū Tercio ē crudelis in nō miſerēdo. hie
remie. vi. Crudelis ē et nō miſerebit. et. i. pe
tri. v. Aduerſari⁹ veſter tanꝙ leo rugiēs cir
cuit q̄rēs quē deuorat Eſt eīm figuraliter be

ſtia illa de qua dicitur geneſis. xxxvij. Fera
peſſima deuorauit filiū meum ioſeph. mul
te alie ſunt ꝓprietates demonū quas non
ſufficere calamo explicare ideo hec ſufficiāt
ꝓ pn̄ti. Uidendū eſt ergo de ſcd̄o ſcꝫ de ma
licia demonū que q̄druplicitér explicari pōt
Primo demones aliquo mō ſuadūt bonū
ſed nō ꝓpter bonū ſꝫ ꝓpter malū finē vt cū
inſtabilib⁹ hoībus in bonū ſuadēt ingreſſū
religiōis ſcientes ꝙ nō ꝑmanebunt ſꝫ apo-
ſtatabūt. Non aūt talia ſuadēt ſtabilib⁹ ho
minibus in bonū. Scd̄o demonuꝫ malicia
oſtenditur cum decipiūt hominē ſuadendo
malū ſub ſpē boni vt ꝑiurare et iuramentū
falſum facere ꝓ rebus alterius cōſeruandis
Tercio demonum malicia oñdit̄ cuꝫ decipi
unt hominē diſſuadendo bonū tanꝙ noci-
uū vt cū diſſuadet ꝓbo et ſtabili viro ingreſ
ſum religiōis ne de hoc peniteat et egrediēs
confundatur In cuius ꝑſona bernardus ſic
loquens ait Noli inquit precipitanter agere
diu cōſidera diligenter intuere magnum eſt
quod ꝓponis et opus egens magna deli-
beratione. expire ꝙ poſſis amicos ꝯſule ne
poſt facta penitere contingat. Contra cuius
cōſilium bernardus ſubiungit hec eſt ſapiē-
tia mūdi animalis et dyabolica inimica ſa-
lutis ſuffocatrix vite mater tepiditatis eiuſ-
ꝗ ſolet deo vomitum ꝓcurare Cuꝫ eīm ver-
bum dei eſſe nō dubites quid opus eſt deli
beratione vocat te magni conſilij angelus
quid ergo adhuc cōſiliū ꝑſtolaris. quis eīm
ſapientior et fidelior illo ab ore. pueri gebē-
ne eripior et cōſiliū petā amicos ꝯſulat qui
nō legit inimici hoīes domeſtici ei⁹ michee-
vij. Supradicto mō dyabol⁹ malicia ſua a-
liqñ diſſuadat aliquib⁹ orōēꝫ vel elemoſy-
nā ne per hoc incurrant vanā gloriā Quar-
to demonū malicia oſtēdit̄ cū decipiūt ho-
minē diſſuadēdo malū vt ducūt ad penas
aliqñ in tēperātiā in victu et in ſono vt idu-
cāt idiſcretā abſtinētiā ꝙ ē peī⁹: et ſic ei⁹ ma
licia mille nocēdi modos hꝫ. xvi. q. ij. ca. vi
ſis ſep. Rugit aduerſ⁹ hoīes q̄ quidē rugi
tus nihil aliud ē ꝙ ei⁹ volūtas et ardēuſſia
cupiditas nocēdi. Uñ glo. ſup h̄ verbo tāꝙ
leo rugiēs dicit. Sicut rugit⁹ leōis impedit
aures ne aliū ſonū recipiāt. ſic dyabol⁹ fide
liū mentes terrendo vel illiciēdo in gerendo a
via veritatis ne vocem xp̄i audiant auertit.
Et ſi q̄ras nūqd ſēp creſcit malicia diaboli

Ad quod reſpondit doctor ſeraphic⁹ bonauentura in .ij. ſententiaꝝ ꝙ in dyabolo creſcit malicia voluntatis ꝙtum ad vim adminiſtratiuam qua conuertit̃ ad hominē ſꝫ nõ ꝙtum ad contemptiuaꝫ qua eſt ſimplex et auerſus a deo quia ꝙtum ad hanc nõ eſt in ſtatu demerendi. Sed nunquid malicia demonũ aliqua via impediri põt dicit̃ ꝙ ſic. Quadrupliciter em̃ impediri põt. Primo ꝑ terminũ peccati poſitũ a deo. Scḋo per reſiſtentiaꝫ bonoꝝ ſpirituũ hꝫ em̃ angelos vnũ bonum ad cuſtodiã et vnum malum ad exercitiũ. Tercio per liberũ arbitriũ hoĩs nõ cõſentientis quia dyabolus neminē vincit niſi volenteꝫ ab eo vinci. Unde ambroſius de vita beata et ponit̃ .xvi. q. i. ca. non eſt. voluntarium militē elegit ſibi xp̄s voluntariũ ſibi ſeruũ dyabolus acq̃ratur. neminē iugo ſeruitutis aſtrictum poſſidet niſi ſe ei prius peccatoꝝ ere vendiderit. Quarto ꝓpter peccati abbominationem qꝛ demones nobilioris nature deteſtant̃ pctã vilia. Hec ſufficiãt ꝓ p̄ſenti de ꝓprietatib⁹ et malicia demonũ

De bello demonũ poſt aduentũ xp̄i vſqꝫ ad diem iudicij.

Bona cõſideratio eſt de bello demonum poſt xp̄i aduentuꝫ vſqꝫ ad diē iudicij. Unḋ lꝫ demones ꝑdiderãt poteſtatem quã primo ſuꝑ humanũ genus habebant et eoꝝ princeps victus et ligatus vſqꝫ ad p̄finitũ tempus ſit in inferno vt ſupra declaratum eſt cõſideratione .iiij. ꝑmittũtur tñ demones habere cõſilia ſua cũ ſuo principe lucifero et temptare hoies pro coꝝ exercitio et vt iſtud bellum poſſimus intelligere imaginemur eccleſiã fideliuꝫ tñ vnam ciuitatem dei que dicit̃ fidei fortaliciũ vel ciuitas iuſtificationis ſiue bone cõſcientie q̃ duodecim ꝑfectionib⁹ decorat̃. Primo ē in ſitu cõgruenti quia in medio vbi virtus habitat longe ab extremis ſcꝫ vicijs et peccatiſ Secundo eſt pulchra et excellens qꝛ maior pulchritudo hoĩs eſt in bona conſciencia. Tertio eſt in ſecuritate quia nõ timet aduerſa. Quarto eſt ſana qꝛ in bona cõſcientia nõ poteſt habitare infirmitas peccati. Quinto eſt ſituata in loco delectabili quia nunqꝫ eſt vera delectatio vbi non eſt quies conſcientie Sexto eſt in bona diſpoſitione quoniam in circulo edificata eſt per operum perfectioneꝫ Septimo habet concordiam ciuiuꝫ quia ſē per homo in ſtatu iuſtificationis diligit proximum ſuum ſicut ſeipſum. Octauo habēt priuilegium habundãtiam quia non ē ſub lege peccati. Nono quia habent victualium habundantiaꝫ quia nihil ibi deficit vbi gratia habundat. Decimo habet bonum regimen cum voluntas rationis ſibi ſubijcıatur Undecimo ē libera a captiuitate per chriſtũ et etiam quia bona conſciencia non eſt ſub ſeruitute dyaboli. Duodecimo habet amorem et charitatem quod pulchrificat totaꝫ ciuitatem. Iſta eſt illa ciuitas iheruſalē deſcēdens de celo ornata a chriſto ſicut ſpõſa pulchra et excellens vbi ipſe habitat per gratiã de qua apocali .xxi. Huic ciuitati pulcherrime vt fortiſſima eſſet chriſtus poſuit murum antemurale et foſſatum. murus eſt charitas que omnia ſuſtinet hunc cuſtodire debent prelati eccleſie epiſcopi et clerici qui ſtare debent ad portam ciuitatis vt ſi venerit aliquis de pugna dyaboli vulneratus ꝑ peccatum dent ſibi medicinam penitentie et ſi venirent pauperes indigentes tribuant eis de bonis eccleſie quia bona clericoꝝ pauperuꝫ ſunt. Secundo poſuit antemurale ꝙ eſt iuſticia et equitas que ſunt in defenſionem muri et hoc antemurale defendere et cuſtodire debent principeſ chriſtiani qui poſiti ſunt pro iuſticia miniſtranda in mũdo. Unde ſapientie .i. dicitur diligite iuſticiam qui iudicatis terram. Hi etiaꝫ debent ad portas antemurale vt ſi forte inimici venerint et voluerint impugnare murũ cũ fuerint inter murũ et antemurale eos capiēt et faciãt iuſticiã expedientem. Tertio poſuit chriſtus p̄dicte ciuitati foſſatum ꝓfundũ quod eſt humilitaſ Iſtud cuſtodire debent religioſi qui debēt eſſe fundati in vera humilitate et eam omnibus venientibus predicare. Quid dicam de hac ciuitate ſi tales ſunt cuſtodes vere ipſa ē glorioſa et habitãs in cõfidentia ſophonie Scḋo glorioſa ꝙtũ ad pulchritudinē et habitãs in cõfidentia ꝙtũ ad ſua magna fortalicia merito ergo glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. pš. teſte. Talis fuit hec ciuitas in primitiua eccleſia quando ipſis fidelibus erat cor vnum et anima vna vt legitur in actibus: Uidens ergo dyabolus felicitatem et gloriam predicte ciuitatis doluit

vehementer cognoſcēs ꝙ in ea multe anime
liberate a manibus ei⁹ ad ſedes celeſtes vñ
ipſe ceciderat angelorum manibus cū gau
dio ferebantur non curās debellare iudeos
ſaracenos nec hereticos et alios obſtinatos
iuxta dictum gregorij quia illos temtare ne
gligit quos quieto iure ſe poſſidere ſentit.
Cogitauit ꝙ predictam ciuitatem debella-
re poſſet et primo inter cetera excitauit cōtra
eam pſecutionem gentiliū que durauit toto
tempore apoſtoloꝝ et ducentis annis vltra
In qua pſecutione et bello vltra ducenta mi
lia hominum vtriuſcꝫ ſexus pro veritate fi-
dei et zelo ciuitatis iuſtificatōnis ſiue bone
conſciētie martirio coronati ſunt ſicut libro
.i. ꝯſideratōe. iij. articulo. i. i examīe. iij. latiſ
ſime declaratū fuit. In quo bello nihil lu-
cratus eſt dyabolus ſed potius miſerabilr
victus ab illo bello ceſſauit cum per talem
pſecutionem plus multiplicarentur fideles
et fortior efficiebaꝰ ciuitas iuſtificatiōis ve-
re fidei et bone cōſciētie. Suſcitauit etiam
bella hereticoꝝ quoꝝ hereſes per diuerſa cō
ſilia examinate damnate ſunt et plurimi eo
rum igne cremati ſic ꝙ coꝝ in publico nō eſt
vox necꝫ ſonus licet in occulto nimiū ſeuiat
iſta peſtis ſicut ſupra libro. ij. declaratuꝫ eſt
quare cum ſit malicioſiſſimus vt in precedē
ti conſideratione dictum fuit non valēs q̄e
ſcere. Cogitauit ꝯtra predictā ciuitatē aliam
edificare que dicetur ciuitas babylonie. i. cō
fuſionis et dyabolica cuius fundamentum
poſuit cōtemptū dei ſuper quod edificauit.
xij. abuſiones que ſunt princeps iniuſt⁹ ci
nalis adulator miles ſine fide ꝯſiliari⁹ ſine
veritate. cōmiſſarius ſine pietate plat⁹ ſine
charitate. aduocatus de rapacitate. clericus
ignorans. religioſus ſupbus. mercator falſ⁹
Iuuenis ſine verecundia. popul⁹ ſine ami-
citia. murus pdicte ciuitatis dyabolice diciꝰ
animoſitas et diuiſio. Antemurale diciꝰ in
iuſticia et oppſſio. Foſſatū vero diciꝰ ſuper
bia et ambitio et ſic in omnibus iſta ciuitaſ
ꝯtrariaꝰ prime ciuitati. De his duabus ciui
tatibus dicit aug⁹. de ciui. dei. duo amores
fecerūt ſibi duas ciuitates quia vna incipit
a cōtemptu ſui vſcꝫ ad amorem dei. et hec ē
ciuitas iuſtificatiōis. Alia vero incipit a cō
tēptu dei vſcꝫ ad amorē ſui. et hec ē ciuitas
dyaboli et deſtructōis Cū ergo ex diuina p
miſſiōe vidit dyabol⁹ ſe potēciē ad expugnā

dū magna pte pdictā ciuitatē ordinauit ex-
ercitū ſuū in triplici acie In prima poſuit ca
pitaneū ſathan. In ſecundo beelzebub. In
tercio vero mā̄monam. Prim⁹ capitaneus
bellauit et cōtinuo bellat ꝯtra religioſos q̄
cuſtodiunt foſſatū. et pdictus dyabol⁹ por-
tat pro armis ſuis ſuperbiaꝫ ſilationē et am
bitionem cōmittit ergo inter vtroſcꝫ durum
bellum et vulnerati ſunt ac trucidati ſpecia-
liter plurimi religioſi ſi qui fecerunt habitū
humilitatis in corpore et leoneꝫ ſuperbie in
corde. exterius apparent hominibus huileſ
capite in terraꝫ inclinato ſed corde ſunt altio
res celo. Unde vidi temporib⁹ meis duos
religioſos duorum ordinum informatoruꝫ
qui a mundo ſegregati ſancti viri mūdū cō-
temnentes exterius videbantur ſic victos a
demone ꝙ ſua clauſtra relinquentes mun-
danis fauoribus adherentes epi facti ſunt
non vocati ſed vt erumnas fugerent ordinū
ſuoꝝ ꝙ fuit in magnā confuſioneꝫ predicta-
rum religionū et cauſa multarū murmurati
onū. Ipſi vero facti inuerecūdi ac ſi nihil eo
rum ſtatui indecens feciſſent vt ſurdi in omī
bus ptranſibant. Bellat etiam dyabl⁹ cum
alijs religioſis per ambitioneꝫ et intrā vul
nerat eos ambitiōe miſerabili ꝙ cū nō effi-
ciunꝰ plati in ordine inter dei ſeruos viuere
nō ptimmo exeūtes ad alios ſe trāſferūꝫ
vbi poſſunt ſuas ambitiōes implere nō at-
tendētes ꝙ cū ppli xp̄ꝫ voluerūt facere regē
fugit in montē. iohānis. vi. Charitas etiaꝫ
non eſt ambitioſa. i. Coꝛ. xiij. ſup q̄ꝺ dicit
aug⁹. Ocium ſanctū querit charitas verita-
tis negociū ſuū ſuſcepit. neceſſitas charitatiſ
quam ſatanā ſi nullus imponit vacandū
eſt veritati. ſi aūt imponitur ſuſcipienda ē
ppter charitatis neceſſitatē. Alios aūt reli-
gioſos inuenit dyabolus deſiderantes viſi
ones et reuelatōnes et quia raro tale deſide-
rium abſcꝫ radice ſupbie et pſumptōis ſeu
vane curioſitatis inuenit iuſticia dei pmittē
te veniūt in illuſiones et deceptōes dyaboli
per quē modū ſeminat dyabolus in maiori
parte temptationes ſpirituales huius tem-
poris et indicat in corde illorum qui ſunt mi
niſtri antichriſti et ſic cadunt plurimi religio
ſi vulnerati ſuperbia a demonibus. Ea pro
pter fugiendum eſt tale deſiderium ſicut ve-
nenū cū nō cōcedātur viſiones et reuelatōes
vere ppꝛ tale deſideriū ſꝫ ſolū pcedūt ex pu

ra bonitate dei et in aīa exiſtente in magna
huilitate timore et reuerentia et feruēti amo
re dei. Alios aūt religioſos vulnerat et pre
cipitat dyabolus cum in orōnibus quas fa
ciunt ſuſtinent aliquā conſolationē que fun
datur in p̄ſumptiōe ſiue exiſtimatione ſup-
ba ſui ipi⁹ aut inducente ipſos in ambitio-
nem ſui ꝓprij honoris et glorie. Aut in vita
iſta aut in paradiſo cum talis cōſolatio prī-
cipaliter includat ſaturitatem et refectionem
ſue ꝓprie affectiōis. Ex quo ſequit̄ multitu
do maxima peſſimorū viciorum et errorum
et ideo talis cōſolatio fugienda eſt oīno et
ſolū illa eſt ſuſtinenda que ſequit̄ propriaꝫ
cognitionem tui et ꝑfectam ſenſibilitatē tue
nihilitatis et tue imꝑfectionis cum magna
ſubiectōe tue magnitudini et altitudini dei
per altā reuerentiam et cum magno deſide-
rio honoris dei q: in talibus vel ſimilibus
dꝫ fundari talis conſolatio. Cauere etiā ſū
me dñt deuoti religioſi ab omi ſentimēto et
viſiōe q̄tūcūq alta et q̄tūcūq appeat certa
ſi ducat eoꝝ cor in opinionē aut affectōꝫ ꝯtra
aliquem articulꝫ fidei aut ꝯtra bonos mo
res et bonas honeſtates cum ſine dubio ex
parte dyaboli ſint. Hec ē doctrina illius illu
minati et ſancti viri fratris Petri ſcōyo in
quibus ſuis notabilib⁹ de remedijs cōtra
temptationes ſpūales qui fuit vn⁹ de prin
cipalib⁹ reformatorib⁹ ordinis noſtri in hoc
regno caſtelle. O q̄ debilitatum eſt foſſatū
ciuitatis dei et q̄ pauci veri religioſi huīles
inueniūtur in orbe p̄ſentim cū multi cadūt
ex ſimulata ſanctitate que ſecundum hiero-
nimū duplex eſt iniquitas, tales eīn ſepul-
chra dealbata plena ſpurcitia mortuoꝝ nun
cupari debent. Sed licet innumeri cadant et
ꝑeant de foſſato victi a diabolo aliqui tñ ſe
per manēt qui viriliter reſiſtunt quos deus
cognoſcit et reſeruat ꝓ defenſione ſue ciuita
tis dilecte. Sed accedit ſcōa acies bellatorū
dyaboli beelzebub et dat ſcōm p̄lium ante-
murale quoꝝ arma ſunt oppreſſio diſtractio
iniuſticia indignatio et cōmitti t̄ hoc bellꝫ
forte ſic q̄ multi principū et militum inuēti
ſunt vulnerati in capitibus noīa vulneꝝ ab
armis dyaboli nuncupant̄ oppſſio pplorū
deſtructio, impotētū. Iniuſticia et indigna-
tio de talibus principibus et militib⁹ dicit̄
ezech. xxij. ca. principes eius in medio eius
quaſi lupi rapientes p̄dam: ad effundēdꝫ
ſanguinem et ad perdendas aīas et ſic ante
murale iuſticie et equitatis rūpitur q: vigi-
les ſcꝫ curiales et conſiliarij dormiunt non
vigilant ꝓ bono ciuitatis ſꝫ ꝓ bono ꝓprio
conſulendo principibus iniuſticias oppſſio
nes adulendo eis et laudando eoꝝ maluꝫ
regimen. De talib⁹ principib⁹ dicit dñs per
ꝓphetam oſee. viij: Ipſi regnauerūt et non
ex me: principes extiterūt et nō cognoui coſ
vere iſto tempore magnam victoriā et gran
dam p̄dam de principibus et militibus re-
portat dyabolus. Cū vix inueniatur qui nō
ſtudeat tyrannice p̄ſidere potius q̄ recte in
ſuo regimine facere. Nec querūt iam princi
pes cōſiliarios virtuoſos et honeſtos ſꝫ ho
mines vulpinos aſtutiſſimos et fraudulen
tos quibus poſſint ſuas militias et tyrān-
des colorare ꝑ adiuēt iōes dyabolicas exq̄
ſitas cū quibus captiuati a diabolo ꝑibunt
ſine fine. Iaꝫ vicarius xp̄i nihil fere poteſt
in eccleſijs ꝓuidere niſi quod pricipib⁹ pla
cet et ſic ſepe ꝓuidentur de dignitatib⁹ et bñ
ficijs eccleſie viri inſipiētes viri ſcelerati. ꝑ-
uuli lactantes et qui nōdum a materno vte
ro exierunt. Sic ergo antemurale ciuitatis
iuſtificationis quaſi totū videtur diruptꝫ
et expugnatum per demones licet aliquos
deus ſuo occulto iudicio ſemꝑ reſeruet in
quibus ſeruetur veritas iuſtificationis qui
ita pauciſſimi ſunt q̄ in tanta multitudine
maloꝝ nō apparent ſemper tñ ad numerum
vij. reſeruant̄. Iuxta illud. iij. Reg. xix: reſer
uaui mihi in iſrael ſeptem milia viroꝝ q̄
nō curuauerūt genua añ baal. ꝑ q̄s itelligū
tur viri fideles ſeptem donis ſpiritusſancti
pulchriformiter illuſtrati qui nō curuāt ge
nua dyabolo bellatori per cōſenſum. Acce
dat ergo tercia acies demonum bellatorum
volentes murū capere violenter ſed nō poſ
ſunt quia vt dictum eſt murus eſt caritas q̄
fortiſſima eſt. caritas eīn nū q̄ excidit Coꝝ.
xiij. quod videns capitane⁹ hui⁹ aciei qui
mammona dicitur triumphare de cuſtodi-
bus muri armauit milites ſuos fortiſſimis
armis auaritie et ſymonie et cum murus
nimiū āguſtiaretur venerūt prelati nō pau
ci ad parlamentum cum mammona et reſca
tati ſunt. Dic mihi quis eſt in eccleſia q̄
non ſit reſcatat⁹ per mām̄ona vis tu aliq̄d
in ecctia opꝫ q̄ primo roget ꝓ te mām̄ona
vis epān habeas ꝓ te aduocatū mām̄onā

quia a maiori vſq; ad minorez omnes aua-
ricie ſtudent et a propheta vſq; ad ſacerdo-
tem cuncti faciunt dolum. Iere. vi. Iā nihil
valent electiones canonice in eccleſijs cathe-
dralibus ſed fauor et pecunia: nihil ſcientia
et ſancta vita ſz aſtuta mãmone malicia et
ſic ruptus eſt murus ciuitatis iuſtificatiōis
pro magna parte et multi vigilantes occiſi
ſunt quia non vigilant illi tales propter cu-
ram animaz ſed burſaz. Ideo dicit bernar-
dus quem dabis de numero platoz qui nō
magis ſtudeat burſas euacuendis q̄ vicijs
extirpandis. plus ſtudēt in ſalmone q̄ in
ſalomone. Merito ergo de his conqueritur
dñs Ezechi. xxij. Sacerdotes eius cōtēpſe-
runt legem meam polluerūt ſanctuaria mea
inter ſanctum et pphanum non habuerunt
diſtantiam et inter pollutum et munduz nō
intellexerunt et a ſabbatis meis auerterunt
oculos ſuos et coinquinabar in medio illo-
rum. Rupto ergo muro et peremptis talibꝰ
cuſtodibus iniquis ex vulneribus auaricie
et ſymonie ingrediuntur demones ciuitatez
ſanctificationis et occidunt filios ſcz cogita-
tiones eoz capiunt mulieres affectiones et
viros ſcz conſenſus quos captiuos in dam-
nationem ppetuam abyſſi infernalis dedu-
cunt pro magna parte et ciuitatem ignibus
exponunt vt non remaneat lapis ſuper lapi-
dem quia quaſi nihil iuſticie nihil humilita-
tis nihil charitatis remanet in illa ciuitate.
Sic ergo incenderunt electam ciuitatem ſan-
ctitatis et deſertas fecerunt vias ipſius eccle-
ſiaſtici. xlix. hanc deſolationem preuidens
ſaluator noſter dolens de talium aiarū dā-
natione ſuo ſanguine redemptaz fleuit ſup
illam ſcz ciuitatez iuſtificationis quaſi ei di-
ceret o ciuitas mea dilecta o ſpiritualis ha-
bitatio mea q̄s te ſic deſtruxit q̄s te in abyſ-
ſum merſit o ciuitas melꝰ tibi fuiſſet nunq̄
fuiſſe vbi ſunt muri charitatis vbi eſt ante-
murale iuſticie vbi eſt foſſatum humilitatis
vbi ſunt tui prelati charitatiui vbi principes
iuſti vbi ſunt humiles religioſi omnia ſub-
merſa ſunt. et quis poterit continere lachry-
mas ſi cum deuotione voluerit contemplari
quot anime pereunt religioſorum quot ani-
me principum quot anime prelatoruz quot
anime ſubditorum ſub vtroq; brachio ex eo-
rum malo exemplo et regimine vel illis. Sz
licet quaſi. vij. numeri in hoc demonuz bel-
lo cadent religioſi principes et milites pre-
lati ac eccleſiaſtici ſubditi etiā ſub vtroq; bra-
chio ſemper tamen manent aliqui in quibus
ſaluatur veritas fidei et iuſtificatio bone cō-
ſcientie. et ſi non niſi duo viri fideles rema-
nerent in mundo in eis ſaluaretur eccleſia q̄
eſt vnitas fideliū charitatis. vinculo aduna-
ta. non eſt autem dubitandum quin aliqui
tales ſint in mundo. quia ſecundū criſoſto-
mū iuſti ſunt in mundo ſicut medulla in ar-
bore qua deficiente deficit ſeu perit arbor er-
go ſi non eſſent aliqui iuſti periret mundus
fluctuat ergo nauicula petri ſed non mergit
bellorū turbinibus quibuſcunq; quia por-
te inferi. i. demonum furie non preualebunt
aduerſus eam cum ſit turris fortitudinis a
facie inimici. Et attente intuedū eſt q̄ iſtud
bellum dyaboli nunq̄ ceſſat immo ꝯtinuo
creſcit et aggrauatur. Unde dicit yſidorꝰ li-
bro. i. de ſummo bono q̄ quāto ppinquiꝰ
finem mundi dyabolus videt tanto crude-
lius perſecutiōnes exercet vt qui ſe continuo
damnādum conſpicit ſocios ſibi multipli-
cat cum quibus gehenne ignibus addicat.
Reſumptis ergo viribꝰ et captis armis xpi-
ane milicie de quibus ſupra libro. i. conſide-
ratione. i. dictum fuit vigilandum eſt et viri-
liter pugnandum cum demonibus quia vt
dicit apoſtolus ephe. vi. non eſt nobis col-
luctatio aduerſus carnem et ſanguinez. i. ad-
uerſus homines qui ſunt caro et ſanguis et
per conſequens viſibiles ſed aduerſus prin-
cipes et poteſtates. i. demones qui ſunt ho-
ſtes inuiſibiles. et dicit principes et poteſta-
tes quia angelorum ordines non ſoluz ſūt
per gratiam ſed etiam per naturam. et ſic de
ſingulis ordinibus ceciderunt aliqui in qui-
bus naturalia permanſerunt integra vt dicit
dyoniſius et inferiores obediunt ſuperiori-
bus vt poſſint nocere hominibus et per pri-
cipes et poteſtates intelligūtur alij ordines
demonuz. Sequitur aduerſus mundi recto-
res. hic nomine mundi non intelligitur vni-
uerſitas creaturarum que non regitur a de-
monibus ſed a deo et angelis ſibi miniſtrā-
tibus ſed intelligitur vniuerſitas malorum
hominum ſic dicitur Ioh. i. mundus eum
nō cognouit qui p demones regūtur iniquā-
tum per eos ad peccata mouētur propter qd
ſubditur ad declarationem huiuſmodi intel-
lectus tenebrarum haruz dicuntur eni mali

homies tenebre quia ſunt inuoluti tenebris ignorantie et culpe contra ſpiritualia nequi tie.i.contra ſpiritus neq̄ ſiue malignos qđ dicitur ad oſtendendum ꝙ per rectores mū di hic demones intelliguntur in celeſtibus ideſt in hoc aere caliginoſo ꝙ frequenter in ſcriptura celū nominatur in quo demones habitant vſq ad iudiciū vt ſupra.dictū fuit propter quod etiam aues celi nominant. Ma.xiij.vbi dicit ꝙ aues celi comederūt ſe men quod cecidit ſecus viam. Sic exponit predictum verbum Nicolaus de lira ſuper epiſtolā ad Ephe.propterea accipite arma turam dei ſcilicet virtutum vt predictum eſt vt poſſitis reſiſtere inſultibus demonum in die mala.i.in preſenti vita vbi imminet tem ptationum pugna vſq ad diem iudicij que etiam erit dies mala malis et amara valde Unde et iohannes papa ſcribens yſaac Sy racuſano epiſcopo.xvi.q.ij.capitu. viſis de aſtucia dyaboli et bello contra eccleſiam ca tholicam ac de munitione noſtra dicit ſic. nec ignoramus aſtuciam eius conatur nan ꝙ a principio ruine ſue vnitatem eccleſie re ſcindere charitatem vulnerare ſanctorum o perum dulcedinem inuidie felle inficere et oī bus modis humanum genus peruertere ac perturbare. Dolet enī ſatis et erubeſcit cha ritatem quam in celo nequiuit habere: ho mines conſtantes ex lutea materia in terra tenere. Unde oportet quantum fragilitati noſtre conceditur vt omnes aditus nocendi eius verſucie muniamus ne mors ingredia tur per portas noſtras. Hec ibi.

De diuerſitate demonum et ſi poſſunt hē re ſpiritus familiares.

Decima conſideratio eſt de diuerſita te demonū et ſi poſſunt habere ſpi ritus familiares Pro declaratione primi notandum eſt ꝙ ſicut boni angeli ſūt diſtincti in nouem ordinibus et cū eis aīe ſancte ſic etiam demones quia a nouem or dinibus ceciderunt ſunt diſtīcti in nouē or dinibus et cum eis anime damnate. Et illi demones qui erāt altiores hierarchie facti ſunt peiores et inferiores in meridionali p te quorum preſidentem vocauit dauid de monem meridianum. Eſt autem vox com munis multorum ꝙ ſunt.x.differētie demo num quidam dicuntur fata. Alij dicuntur vulgariter duen de cauſa. Alij dicuntur in cubi et ſuccubi. Alij faciunt prelia. Alij co medunt et bibunt cum hominibus apparēt in ſomnis Alij vt dicunt fiūt ſpermate et ex odore viri et mulieris cum coniungātur vel ex radijs planetarum. Alij ſunt maſculi et femine. Aliqui ſunt mundi et aliqui immū di. Alij illudunt viros et feminas qui ſur gume ſiue bruxe vulgariter nuncupantur. Multi aſſerunt ſe talia vidiſſe et quaſi tenēt quaſi certa ſed quid veritatis contineat con ſequenter declarabitur.

De fato.

Rima differentia demonū eſt de fatis voluerunt quidam ſimplices dicere ꝙ fata ſunt quedam femine quas dant ſpiritus ſuper creaturam nouiter natā Unde et ſeneca tragedia prima in cho ro primo loquitur de eis quaſi de quibuſ dā ſororibus ſiue deis que ſic diſponunt vi tam humanam ꝙ nullus poteſt pertranſire ordinem ab eis diſpoſitum ſic dicens.dura peragūt penſa ſorores nec ſua retro fila reuol uunt ad gens hominum fertur rapidum ob uia fatis incerta ſui. Sequitur certo veniunt ordine parce.i.ſorores ille que diſponunt vi tam humanam nulli iuſſo ceſſare licet nulli ſcriptum proferre dicet. ꝙ autem fata ſint ta les femine vel dee diſponentes vitā huma nam error eſt. Unde dicit auguſtinus ſuper Joha.ſermone tercio qui edificantur ad cre denda fata ſcilicet talia fiunt corda corū fa tua. Et ſecundum veritatem ſi alicui nomē fati tribuatur nulli niſi voluntati dei tribuē dum eſt ſecundum aug.v.de ciuitate dei. ca pitulo.viij.quia ille ſummus deus optime et veriſſime creditur cuncta ſcire ante ꝙ fiant et nihil inordinatum relinquere. Quia ergo diuina voluntate cuncta diſponuntur cū ſit prima regula in contingentibus ideo fatū non mulieres non dee non vis poſitiōis ſy derum ſed diuina voluntas fatum appella bitur. Unde fatum iſto modo dicitur a for faris et ſic fatum dicitur quicquid deus fat. Si plura vis videre de fato et fortuna ac di uina prouidentia vide in dyalogo fortune libro.i.capitulo.ix.vbi latiſſime de hac ma

teria locutus ſum. Sed quid dicendū eſt ad
illos qui dicunt ſe talia fata vidiſſe. Reſpō
detur ꝙ ſi talia accidant non femine ſed de-
mones ſunt qui nolunt imitari et deridere il
lud ꝙ deus dixit per angeluꝫ abrahe de na-
tiuitate yſaac. et illud quod dixit angelꝰ ma
tri ſampſon et illud quod dixit angelus za-
charie patri iohannis baptiſte et quod dixit
angelus marie virgini de chriſto anteꝙ̄ cō
ciperet

Secunda differentia demonū.

Secunda differentia demonum eſt
illorum qui dicuntur duen de caſa.
Experiuntur ſepe homīes de nocte
in domibus ſuis vigilātes in lectis ſuis ꝙ
ambulat aliquis per domum mutando frā
gēdo res aliquas ictus magnos dādo ſpe-
cialiter in vaſis vinarijs amouendo etiam
capitibus hominum būreta ſua et tollendo
omnes rupas quas in lectis ſuper ſe habet
in quorum aliquibus ego expertus ſum.
Cum enim iuuenis eſſem et iacerem in qua
dam domo quadrata cuius ſolū vnica erat
porta ab intus bene clauſa cum alijs tribus
ſocijs in eodem lecto. ecce ſubito in tempe-
ſtate noctis ſilentio audiuimus extra portā
quaſi ſonū quē apothecarij faciunt in mor-
tariolis crecis in fracturam ſpecierum euigi-
lantes ergo et mirantes quid hoc eſſe poſſet
tali horā ceſſauit modicuꝫ ſonus ille et poſt
paululum ſenſibiliter audiuimus intra do-
mum ſub menſa quadam que ibi erat ſub
qua manſerat cophinus quidem quaſi ple-
nus nouis nucibus et tantus ibidem ſentie
batur a nobis ſonitus nucum confractaruꝫ
ac ſi ibidem plurimi porci groſolantes nu-
ceſꝗ confrangentes ambularent de quo nō
modicum ſtupefacti eramus cum ianua op
time ab intus eſſet clauſa et nullus aliꝰ eſſet
ingreſſus Poſt paululum vero ceſſante ſo-
nitu illo in angulo p̄dicte quadre nobis op
poſito. ſubito apparuit quidaꝫ paruus ſplē
dor et nunꝙ̄ amplius vidimus nec aliquid
ſentimus. Quidam autem ex ſocijs qui ma
ioris etatis erat et vir ſatis peritus dixit no
bis ꝙ non timeremus quia erat quidaꝫ ſpi
ritus malus nobilis ierarchie qui alia ma-
la non operabatur niſi ludos illos ſed die
facto nuces ſicut dimiſimus inuenimus fa

ciunt etiam luctam cuꝫ hominibus et plura
alia aliquibus pauoroſa et ſecundum veri-
tatem tales non ſunt homines nec mulieres
ſed ſunt quidam demones qui volunt deri
dere homines volentes imitari angelum q̄
luctatus eſt cum iacob et angelum qui locu-
tus eſt cum moyſe et angelū quem vidit io
ſue in campo iherico et licet multa damna
de nocte in domibus videantur egiſſe nihil
tamē damni de die reperitur nec res aliqua
mutata de loco ſuo ſed quelibet in ſuo ordi
ne ſicut primo erat. Eſt ergo illuſio quedaꝫ
talium demonum deriſorum que ad nihil
aliud extendi poteſt niſi ad talem hominuꝫ
deriſionem.

Tercia demonū differētia eſt.

Tercia differentia eſt quorundaꝫ de
monum qui incubi et ſuccubi nun-
cupantur qui homines generare di
cuntur tales enim demones in ſpecie homi-
num virorum aliquo modo. Aliquando in
cubunt feminis et aliquando in ſpecie femi
narum ſuccumbunt viris. Quomodo auteꝫ
talis generatio efficiatur declarat doctor ſe-
raphicus bonauentura ſuper ſecundum ſen
tentiarum in ſcripto ſuo. dicēs ꝙ in actu ge
nerationis ſunt duo ſcilicet ſeminis decisi cō-
ſtitutio ſecundum neruos et virtutes calorū
talis ſpeciei competentes et ſic eſt ſolius il-
lius cui dedit deus vim generatiuam vel ꝓ
pagatiuam et hoc nullo modo competit de
monibus aſſumentibus corpus. Itē eſt ibi
ſeminis perfecti tranſfuſio et tranſfuſi ſuſce-
ptio et hoc poteſt competere demonibus.
Primo enim demones ſuccumbunt viris in
ſpecie mulieris et ex eis ſemen pollutionis ſuſ
cipiunt et quadam ſagacitate nature ipſum
ſemen in ſua virtute cuſtodiūt et poſtmodū
deo permittente fiunt incubi et in vaſa mu-
lieris tranſfundunt ex qua tranſfuſione ho
mines generari poſſunt non tamen ſic gene
rati ſunt filij demonum ſed homīs. Hec ille
Iſto modo fertur generatuꝫ fuiſſe merlinū.
Unde legitur in hyſtorijs brittannorum ꝙ
rex hortegeris qui britanniam regebat totiꝰ
inſule in ſe odia conſiderans. Inito cōſilio
cum ſapientibus quid agere deberet ad tu-
tamen ſui iuſſit cōuenire artifices qui et ca-
ſtrum fortiſſimum fabricarent. ſed cum opꝰ

terra abſorberet ſuaſum eſt ei a magis et cõiectoribus vt hominem ſine patre natũ quereret et eius ſanguine lapides et cemẽta aſpergi preciperet et ſic ſuum edificium ſtare poſſet. Queritur ergo merlinus qui illis temporibus natus erat cuius ortus traditur fuiſſe modo ſuſcripto. Quidaʒ eni dicũt eũ fuiſſe filium cuiuſdam monialis filie cuiuſdaʒ regis que clementia vocabatur. Richard⁹ vero dicit eam non fuiſſe monialeʒ ſed dicit ꝙ inter moniales nutrita fuit in eccleſia beati petri de vrbe caermadim Huic autem demõ apparebat in ſpẽ pulcherrimi iuuenis quaʒ ſepius alloquens deoſculabatur tandem cã cognoſcens grauidam dereliquit. Cũqꝫ huius facti noticia ad predictum regem hortegernum perueniſſet ſtupefactus rex a magis perquirit vtrum hoc poſſibile videretur qui reſpõderunt ꝙ ſic quia philoſophoꝝ hyſtorie hec affirmant. Refert eniʒ apoleius inter lunam et terram eſſe demones incubos certa quod nec beatus auguſtin⁹ diſcordat vt in .xv. libro de ciuitate dei patet Hic merlin⁹ a nuncijs regis requiſitus cũ inuentus fuiſſet coram rege cum matre adducitur. Qui regem interrogauit cur ipſe cum matre ſua vocati fuiſſent. Cui rex cauſam vocatiõis aperuit dixit quoqꝫ ꝙ vnum caſtrum ſeu turrim edificari mandauerat ſed fundamenta in loco firmari non poterant quia quicq̇d in die edificabatur in nocte totum abſorbebatur. Cumqꝫ magi et coniectores de cauſa requiſiti fuiſſent. Reſponderunt nullo mõ poſſe in loco fundamenta firmari niſi inueniatur homo ſine patre cuius ſanguine lapides et cementa aſpergantur tu autem diceris eſſe talis et propter hoc te perquiri fecimus. Ad que verba merlinus reſpõdit dicens magos et coniectores fuiſſe mentitos cauſamqꝫ aperuit propter quam non poterant firmari fundamenta aſſeruit quoqꝫ ſtagnuʒ ſub fundamento eſſe ꝙ totum quod ſtruitur abſorbet Queritur ergo fodiendo et ſic inuenitur.

Tunc mandat merlinus euacuari ſtagnum per riuos et incepit tunc aperire myſteriũ futurorum ſicut plenius continet̃ in collectatione hyſtoriarum fratris iohannis de podio. Non ergo ſecundum ea que ſupradicta ſunt mirandum eſt ſi ſic homines generent̃ per demones incubos et ſuccubos lꝫ iſtud raro inueniatur. frequenter tamen experiuntur alique femine etiaʒ deo dedite et nimiuʒ deuote tales demones ad ſe venientes qui eas vigilantes a lectis extrahunt vel orãtes amplexantur et quadaʒ dulcedine ſomni ſoporate euigilantes inueniũt ſe pollutas ac ſi cum viris miſcerentur nec remedium ſe habere poſſe dicunt niſi ſolum cum ligno vere crucis xp̄i in cuius preſentia accedere nõ poſſunt tales demones ſicut iſtis temporibus experte ſunt que hoc bello tribulantur. De viro etiam quodaʒ deuoto audiui ꝙ ſemel cum eſſet in oratione ſenciebat in aere quandam dulcedinem cãtus venire ad ſe qua appropinquante ſoporabatur et euigilans inueniebat ſe pollutuʒ. Plura alia de iſtis ſpiritibus accidunt que longum eſſent enarrare. tales enim demones volunt deridere homines et volunt imitari angelos qui loquebantur cum daniele et cum zacharia. et cum ſancto iohanne qui quaſi ſemper erant cum eis in cubiculo ſuarum habitationum.

### Qualiter demones videntur facere p̄lia:

Uaria differentia eſt aliquoruʒ demonum qui vigilantibus per vias apparent quaſi exercitus magni cũ magnis tumultibus incedere videt̃ur et vulgo dicitur hueſta antiqua. Aliquando etiã videtur facere prelia magna tales enim volunt imitari prelia regis ſennacherib et conſtantini et alia multa de quib⁹ ſupra libro. iiij. conſideratione. ix. dictum eſt. In quib⁹ ipſi lucrati ſunt non paruam multitudinem animarum.

### Quomodo demones in forma humana videntur comedere.

Uinta differentia eſt aliquorum demonuʒ qui inter homines ſe apparent comedentes et bibentes quaſi aſſociantes ſe eis Tales volũt deridere homines et volũt imitari angelos qui cũ abraham comederunt et per viaʒ fuerũt et raphaelem angelum qui ſocius fuit thobie iunioris qui cum eo comedere et bibere videbat̃. et xp̄m qui ſociatus eſt per viam lucaʒ et cleophbam et ad menſam cum eis fuit. Unde legitur in vita beati germani qui cum predicer⁹

ſanctus quadam nocte hoſpitatus fuiſſ3 in vna domo et poſt cenam menſa iteru3 pare tur admiratus queſiuit ab hoſpitib⁹ cur de nuo menſa pararetur qui cum dicerent ꝙ bo nis illis viris et mulieribus que nocte ince dunt prepararēt. nocte illa ſtatuit ſanct⁹ ger manus vigilare. et ecce vidit multitudinem demonum ad menſam in formis virorum et mulierum venientem qui eis precipiens ne abirent cunctos de familia excitauit et q̄ ſiuit ſi perſonas illas cognoſcerent. qui cu3 omnes vicinos et vicinas dicerēt eſſe miſit ad domos ſingulorum et ecce in ſuis lectu lis ſunt inuenti adiurati ergo per ſanctū ger manu3 demones ſe eſſe demones dixerunt qui ſic homines illudebant.

## Quomō in ſomnis terrent homines.

